3 1761 04569102 9

HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/pt1historiarumqu08poly

7111
62
I

POLYBII
HISTORIARVM

TOMI VIII. PARS I.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

HISTORIARUM

olybius

ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

POLYBII

MEGALOPOLITANI

HISTORIARVM

QVIDQVID SVPEREST.

RECENSVIT, DIGESSIT,
EMENDATIORE INTERPRETATIONE, VARIETATE LECTIONIS, ADNOTATIONIBVS, INDICIBVS ILLVSTRAVIT

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER
CIVIS GALLO-FRANCVS, ARGENTORATENSIS.

TOMI OCTAVI PARS PRIOR

CONTINENS
ADNOTATIONES AD LIB. XXXI — XL.
ET
INDICEM HISTORICVM ET GEOGRAPHICVM.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCXCIV.

M 320
14/11/90

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXXI. Lib. XXXI.

RELIQVIAS.

CAPVT I. Cap. I.

De anno, ad quem referenda ſunt priora Capita huius libri, & omnino de ea *Parte univerſi operis*, quam *duobus libris*, ad quos nunc accedimus, *triceſimo primo & ſecundo* complexus eſt Polybius, vide quae notavimus ad lib. XXX. c. 20. Ceterum *libro XXXI Hiſtoriarum Polybii* comprehenſas fuiſſe res, uno vel altero anno poſt Aemilii Pauli triumphum Macedonicum, & annis ſequentibus, id eſt, A. V. 588 vel 589 & ſeqq. geſtas, conſtat Athenaei teſtimonio, quod adtulimus in Scholio ſub contextu, ad cap. XXXI. 4, 1. ſq. cum quo (quod ad ejuſdem libri argumentum pertinet) confer cap. 24. Conſentit codex Peireſcianus, qui Eclogam eam, quam exhibuimus cap. 10. hujus libri, ad *librum XXXI.* retulit.

Verſ. 1. ἐπολέμησαν. ἐξεπολέμησαν e ſuo codice in Notis citavit Vrſinus, & ſic eſt in Bav. quod verbum, licet raro alias & vix uſquam hac notione conſtructioneque reperiatur, ἐκπολεμεῖν πρός τινα, *bellum ſuſcipere*, vel *bellum gerere cum aliquo*, tamen non temere fuit damnan- Verſ. 1.

Verſ. 1. dum; nam nimis quidem ſaepe librariorum culpa omiſſas in verbis compoſitis praepoſitiones vidimus, frariſſime adjectas ubi abeſſe debeant. ἐκπολεμεῖν τινα vulgato uſu alias denotat *debellare aliquem*, quae notio non eſt hujus loci. Ea vero notione, quae huic loco convenit, habuimus apud Polybium idem verbum, ſed cum accuſativo caſu abſque praepoſitione conſtructum, XV. 6, 6. ἐξεπολεμήσαμεν ἀλλήλους, *bello adfliximus*, *bello fagitavimus nos invicem*, *bellum inter nos geſſimus.*

Ibid. πρὸς τοὺς Ῥαυκίους. πρὸς τοὺς Ῥωμαίους erat in cod. Vrſini; ſed verum habet Bav. quod ex conject. reſtituerat VRSINVS, qui & hanc Notam adjecit: „*Raucus* urbs Cretae Straboni et aliis. ΡΑΥΚΙΩΝ extat apud me argenteum numiſma.“ — *Ibid.* ἐνόρκους correxit Vrſinus. Mendoſe ἐν ὅρκοις mssti. *Ibid.* πρὶν ἢ κατὰ κράτος ἑλεῖν. Sic correxit Caſaub. Mendoſe ἕλειν eſt in ed. Vrſ. ἕλην Bav. & ſic videtur fuiſſe in Vrſini codice. Fortaſſe ἕλοιεν ſcripſerat Polybius.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. οἱ δὲ Ῥόδιοι, νομισάμενοι τὰ περὶ τῶν Καυνίων. Vide XXX. 19, 3. Ad Καυνίων monuit h. l. Vrſinus, ſic ſcribendum vbique in praecedentibus paginis, ubi male Καυν. Perperam nunc Καυνῶν Bav.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. θερείας ἀκμαζούσης. Vide Adnot. ad lib. XXX. cap. 20. Mendoſe θεωρίας Bav.

Cap. II. CAPVT II.

De *Gallograecis* conf. XXX. 17, 12. ſqq.

Cap. III. CAPVT III.

E Polybii libro XXI. ductam eſſe narrationem, quae hoc cap. et ſeq. continetur, diſerte Athenæus docet lib. X. c. 10. p. 439. ubi brevioribus repetit ea, quae uberius lib. V. cap. 5. p. 194. ſq. expoſuerat. Vide mox Scholion infra contextum cap. 4, 1. ſq. & confer Notata ad XXVI. 10, 1 & 16. De argumento confer Diodor. Sicul. Excerpt. de Vit. et Vitiis, T. II. ed. Weſſel. p. 583. qui, quae ibi habet, e Polybio tranſſcripſit.

Verſ.

Verſ. 1. τοὺς ἐν Μακεδονίᾳ συντε[ε]λεσμένους ἀγῶνας ὑπὸ Αἰμιλίου Παύλου. *Ludos* illos dicit, quos *ex multo ante præparato, & in Aſiæ civitates & ad reges miſſis qui denunciarent*, & per Græciæ civitates ab ipſo indictos, *magno adparatu Amphipoli fecit Aemilius Paulus*, ut docet Livius XLV. 32. ubi conſer quae notavit Io. Frid. Gronovius. Verſ. 1.

Ibid. τῇ μεγαλοεργίᾳ. Vocab. δωρεᾷ, quod vulgo ſequitur, ſuſpectum merito habuit Caſaub. in comment. in Athenaeum. Vrſinus in Polybii Fragmentis a ſe collectis καὶ τῇ δωρεᾷ ſcripſit. τῇ μεγαλοδωρεᾷ malebat Caſaub. τῇ μεγαλουργίᾳ τῆς δωρεᾶς Reiſkius, ita, ut voce δωρεὰ Latinorum more uſus ſit Polybius, *magnificentia muneris;* quatenus *munus* deſignat *ludos magnificos gratis populo præbitos. Ibid.* θεωροὺς, *qui ludorum ſolennia indicerent, & ad ea invitarent.* cf. ad XXVIII. 16, 4.

Ibid. τοὺς ἐσομένους ἀγῶνας ὑπ' αὐτοῦ. Perſuaſum habemus, non ſic ſcriptum reliquiſſe Polybium. Fortaſſe τοὺς συντελεσθησομένους &c. *Ibid.* ἐπὶ Δάφνης, *ad Daphnen.* Daphne, vicus cum luco & templo, Apollini & Dianae ſacro, prope Antiochiam Syriae. Strab. lib. XVI. p. 750.

Verſ. 6. ἱππεῖς Νισαῖοι. Dubitationem contra iſtam Caſauboni emendationem movit Reiſkius, eo quod *equi* quidem *Niſaei* ſint celebrati, non autem *equites*. At nihil tamen melius certiusque in medium protulit vir doctus. *Ibid.* οἱ λεγόμενοι ἑτέροι ἱππεῖς. Vide Adnot. ad XVI. 18, 7. Verſ. 6.

Verſ. 11. τέθριππα δὲ τεσσαράκοντα. — τεσσαρακόσια. „Imo vero Conſentaneum enim eſt, fuiſſe plures quadrigas, quam currus ſenis equis junctos.“ REIKIVS. *Ibid.* „ἅρμα, *currus a quatuor beſtiis* (h. l. elephantis) *tractus;* συνωρὶς, a duobus.“ REISK. Verſ. 11.

Verſ. 12. θεωρίαι. Per ſe nihil admodum habet hæc ſcriptura, quod ſuſpectam eam reddere merito poſſit; quam ſi teneamus, intelligendum erit cum Reiſkio, trecentas propemodum civitates miſiſſe *legationes*, quæ ludos Verſ. 12.

dos iſtos ſua præſentia cohoneſtarent: cujusmodi legationes θεωρίαι dicuntur, ut vidimus XXVIII. 16, 4. conf. Spanhem. ad Callimachi Hymn. in Delum vſ. 279. & Erneſt. ad Xenoph. Memorab. Socr. III. 3, 12. Vna res, quæ dubitationem h. l. movere poſſit, ea eſſe videtur, quod illæ θεωρίαι inter boves bene ſaginatos & inter elephantum dentes mediæ commemorantur. Caſauboni conjecturam, θυωροὶ vel θυωρίδες, defendit Spanhemius ad Callim. Hymn. in Dian. vſ. 134.

Verſ. 16. *Verſ.* 16. ὑπονοήσειεν. Forſan ἐπινοήσειεν.

Cap. IV. CAPVT IV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ὁλκίων. ἑλκείων, quod vulgo legitur in Polybii Fragmentis, ex Vrſini (ut in ſcholio monuimus) emendatione eſt, quæ nullo modo neceſſaria erat. Pollux X, 176: ὅλκιον· ἀγγεῖον ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν. Heſychius: ὅλκιον· μέγας κρατὴρ, λουτήρ. *Ibid.* ἠλείφοντο μυροκίνῳ μύρῳ. De hoc ſive unguento, ſive oleo odorato, ut ajunt, & aliis, quæ deinde commemorantur, confer Dioſcorid. Mater. Medic. lib. I. cap. 43 ſeqq.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ὑπὸ τῶν μίμων. Mireris in Polybii fragmentis ab editoribus omnibus ſervatam vitioſam illam ſcripturam ὑπὸ τῶν νομίμων, quæ nonniſi errori Vrſini debetur, primi collectoris fragmentorum Polybii. Certe non ſolum Caſauboni Athenæus, ſed vetus etiam Baſileenſis editio Athenæi recte ὑπὸ τῶν μίμων habent.

Cap. V. CAPVT V.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. μετὰ τὴν συνήθειαν τῶν ἀγώνων. — „Qui hic commemorantur ἀγῶνες, non conſtat, qui fuerint: num Antigonia, an Olympia, vel ſimiles ludi.“ REISKIVS. — Immo ex Fragmento, quod ex Athenæo modo exhibuimus, quod e libro XXXI Polybii ductum ille ait, ſatis adparet, de quibuſnam ludis hic agatur. Præterea ſi dubitatio ulla ſupereſſe poſſet, tolleret eam ſeries atque conſecutio Eclogarum de Virt. et Vitiis e Diodoro Siculo

Siculo excerptarum, T. II. ed. Weſſel. p. 583. Perſpecte rem jam viderat Freinſhem. in Supplem. libri XLVII Liviani, cap. 14. Verſ. 1.

Ibid. οἱ περὶ τὸν Τιβέριον. *Tiberius Gracchus.* οἱ τοῦ Γράγχου πρεσβευταὶ eſt apud Diodor. l. c. Oportebat putamus οἱ περὶ τὸν Γράγχον πρεσβευταί. Hanc Gracchi legationem Freinſhemius l. c. poſuit in conſulatum A. Manlii Torquati et Q. Caſſii Longini, id eſt in A. V. 590. De eadem legatione conf. mox c. 6, 7 ſq. & c. 7, 19. adde c. 9, 1. & c. 14, 4. Videtur autem is Gracchus idem eſſe qui A. V. 591. cum M. Iuvencio iterum conſul fuit, Tib. Sempronius, Publii filius, Titi nepos, pater Gracchorum fratrum. Freinſhemius in Supplem. Livii XLVI. 27. rem, de qua hic agitur, in ipſum Gracchi conſulatum ponit: ſed, Galliam & Ligures Graccho conſuli provincias obveniſſe, majori cum veri ſpecie exiſtimavit Pighius Annal. Rom. T. II. p. 403.

Verſ. 2. μὴ οἷον τοὺς περὶ τὸν Τιβ. ὑποπ]εῦσαί τι. — „Debebat eſſe μὴ οἷον — μὴ ὑποπ]εῦσαί τι. Sed vide ad p. 1256, 21." [XXXVIII. 15, 2.] REISKIVS. Verſ. 2.

Verſ. 4. ἀλλὰ πούναν]ίον ἐναντιώτα]α διακείμενος πρὸς Ῥωμαίους. Finiunt vulgo hanc Eclogam in verbis ἀλλὰ τούναν]ίον, neſcio librariorum ne, an ipſius compilatoris culpa. Quatuor poſtrema verba adjecimus ex Diodoro l. c. ubi ecloga, qua de eodem argumento agitur, in haec ipſa verba exit: οὐκ ἦν δὲ τῇ προαιρέσει τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ τούναν]ίον ἀλλοτριότα]α διέκειτο πρὸς Ῥωμαίους. De eadem vero Tib. Gracchi legatione confer apud Polybium noſtrum ſtatim Eclogam ſequentem cap. 6, 7 ſq. Verſ. 4.

CAPVT VI. Cap. VI.

Legatio c. III. quæ vulgo h. l. interſeritur, a nobis rejecta eſt in librum XXX. cap. 2. ubi vide notata. *Verſ.* 1. Σάτυρον. Σάτυρος Bav.

Verſ. 2. οἱ μὲν οὖν παρὰ τοῦ Προυσίου &c. Hujus legationis, a Pruſia ad accuſandum Eumenem Romam miſ- Verſ. 2.

Verſ. 2. ſae, mentio ſit in epitome libri XLVI Liviani. *Ibid.* *αὐτῶν τε τινὰ χωρία.* — „Opinor ſcribi debere *αὐτοῦ τε*, ut ad Pruſiam referatur, pro quo hæc legati conquerebantur.“ VRSINVS. — At nullo modo neceſſaria erat iſta mutatio, quæ temere in contextum Vrſini et ſequentium editionum recepta eſt. Poterant legati dicere, *ipſis*, id eſt, *Pruſiæ et populo Bithynorum* erepta eſſe nonnulla loca ab Eumene; & ſæpe vidimus ita ſcribentem Polybium. Quare recte REISKIVS monuit: „*αὐτοῦ* eſt a F. Vrſino, cujus in codice erat *αὐτῶν*, quod rectum eſt, neque debebat mutari.“ —

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Τοῖς γε μὴν Γαλάταις &c. Conſer lib. XXX. 17, 12.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Οἱ δὲ περὶ τὸν Τιβέριον, *ἥκοντες ἀπὸ τῆς πρεσβείας* &c. Manifeſte hæc verba & ab eo loco, quo vulgo erant poſita, aliena viſa ſunt, & huc reponenda. conf. c. 7, 19.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *οὕτως αὐτοὺς οἱ βασιλεῖς ἐξετέμοντο.* Caſaubonus: *adeo reges eum ſibi adjunxerant.* Mira ſunt vero, quæ, ut iſtam notionem ex illo verbo extorqueret, adnotavit ad hunc locum REISKIVS. — „Sententia, ait, ſatis aperta: ſed ratio verbi dubia, unde ſit ductum; num a *τέμενος*, an a *τέμνειν*. Si prius, hæc eſt uſurpationis ratio: ut *τέμενος* eſt lucus & ager alicui privus, proprius, conſecratus, ut alii nulli juris in eum quidquam ſit; ita ille, quem ſibi quis *ἐξετέμετο*, eſt illius veluti *τέμενος*, lucus conſecratus, ipſi ſoli patens, aliis omnibus inacceſſus. Si poſterior placet ratio, poteſt res ita concipi: ut, ſi quis ſerrula ex aſſere fruſtum ligni in orbem exſcindit, ut ille ſervus in oratione pro A. Cluentio, fruſtum illud undique circumſcribitur, & ſeparatur a reliquis partibus, quibuſcum ante cohaerebat: ita ille, qui aliquem *ἐκτέμνεται*, *ſibi exſcindit*, beneficiis eum a cœtu, cum quo is ante conjunctus erat, avellit, aut ita ei obſtruit omnes vias inquirendi & evagandi, ut neceſſe habeat in illo orbe continere ſtudium ſuum indagandi, quo

quo orbe concluſus & ſeptus eſt ab eo, qui pati non vult in penetralia ſua penitius introſpici." — ERNESTVS: *ἐκτέμνεσθαί τινα φιλανθρωπίᾳ, decipere ſua comitate;* non, *adjungere ſibi*, ut Caſaubonus vertit." — Vellemus aut Reiſkius aut Erneſtus vel unicum ſaltem notionis ejus, quæ ipſis placuit verbo *ἐντέμνεσθαι* tribuere, exemplum ex alio Polybii loco aut alio quovis ſcriptore adtuliſſet. Ab uſu ſermonis ſi diſcedas, orationis connexioni convenientior utique Erneſti interpretatio videri debet. Cogitet eruditus lector, & diſſenſum præſertim codicis Bavarici a lectione vulgata conſideret. Suſpicati eramus *ἐξετρέπονϛο*, hac notione, *declinarunt*, *fugerunt eum*, adeoque *fefellerunt*, ut, quid agerent, quidve molirentur, ille non videret. Verſ. 8.

CAPVT VII. Cap. VII.

Verſ. 1. *προσκαλεσκμένη.* Cum *προσκαλεσάμενοι* eſſet in msstis, monuit VRSINVS: „Vide num rectius ſit *προσκαλεσαμένη*. Pendet enim verbum a ſuperiore *σύγκλητος*. Poteſt tamen defendi antiqua lectio." — At ſic oportebat *διήκουον*, non *διήκους*; quo retento, recte jam inde ab Vrſino *προσκαλεσαμένη* editum eſt. Verſ. 1.

Verſ. 2. *μετρίως ἔστη καὶ βέλτιον.* — „Placeret *μετρίως ἔφη*," ait VRSINVS; atque *ἔφη* ad oram etiam adſcripſit, quod a Caſaubono in contextum eſt receptum, & ſervatum a ſequentibus. Hinc REISKIVS: „*ἔστη*, inquit, quod erat in Vrſini codice, ab eo per errorem eſt cum *ἔφη* mutatum. *στῆναι*, *ſtare* dicitur orator, quum ſecundis auribus excipitur ejus oratio; *πίπτειν*, *ἐκπίπτειν*, *cadere*, quum improbatur, ejicitur, exploditur. Item fabula dicitur *ſtare* et *cadere*. vid. Geſneri Theſ. Ling. Lat. & infra p. 1470, 22. [XXXIII. 12, 3.] Præterea cum linguæ græcæ ratione magis conveniat h. l. *εἶπε*, quam *ἔφη*. De re ipſa vide p. 1260. fin." — Voluit p. 1280 ſcribere vir doctus; nempe de ſuperiore Aſtymedis oratione vide XXX. 4, 10 ſq. Ceterum et nobis utique reſtituen- Verſ. 2.

Verſ. 2. ſtituendum ex msstis verbum ἔστη viſum eſt, at non ea ratione, quæ eſt a Reiſkio expoſita, qua notione nude et ſimpliciter poni id verbum debuerat, non adjecto adverbio. ἵστασθαι, στῆναι vel στήσασθαι (τὶ, κατά τι, vel ἔν τινι) ἀδίκως, νουνεχῶς, ὀρθῶς, δεόντως, eſt *rem injuſte, prudenter, recte, debito modo, adgredi, gerere, adminiſtrare.* III. 7, 6. XVII. 3, 2. XVIII. 16, 4. XXXIII. 12, 3.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. οἱ μαστιγούμενοι. — „Non *cæſi*, aut *qui cæduntur*, ſed *cædendi adhuc*, producti ad flagra corpore toleranda.“ REISKIVS. — Nil admodum impedimus: at non videmus, quidni is, qui jam cæditur, etiam nunc deprecari & veniam orare poſſit. Ac ſane jam ſatis plagarum acceperant Rhodii, ut ait ipſe orator vſ. 17. et hoc ipſo verſu etiam proximis verbis ſignificat.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τρισσοὺς πολέμους ἀναγκασθέντες πολεμεῖν αὐτοῖς. — „αὐτοῖς, *in gratiam eorum*, Romanorum putamus. Significat bellum cum Philippo, cum Antiocho, cum Perſeo. vide Liv. XLV. 22, 23 & 24. ubi hanc orationem Aſtymedis poſteriorem refert.“ REISKIVS. — At inaudita dictio eſt πολεμεῖν τινι, *bellum gerere in alicujus gratiam.* (oportebat ſaltem συμπολεμεῖν, ut V. 67, 10. & alibi.) Et Livius loco eo, ad quem Reiſkius provocat, non hanc, ſed ſuperiorem Aſtymedis orationem expoſuit. Denique nulla cauſſa eſt, cur a plana verborum notione diſcedamus, quorum hæc vis eſt; *tria bella cum Caribus & Lyciis gerere coactos fuiſſe Rhodios*, ut eos, a Romanis ſibi adtributos, ſuæ poteſtati ſubjicerent. Conf. XXIII. 3, 10. XXVI. 7 ſq. & præcipue cap. 7, 7. & c. 8, 5.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Poſt verba μετὰ χάριτος τὴν εὔνοιαν puncta nonnulla, ut lacunæ ſignum, interſeruit Caſaubonus. Sententia quæ fuerit hoc loco oratoris, haud obſcurum eſt; ſed verba haud dubie corrupta ſunt: certe χαρίζονται αὐτὰ ferri non poteſt, ſed oportet ἀφανίζοντες αὐτὰ, ſcil. τὴν χάριν καὶ τὴν εὔνοιαν ὑμῶν, aut ἀφαιρούμενοι αὐτὰ, ſcil.

ſcil. ἣν ἐδώκαſε ἡμῖν. De re vide XXII. 7, 7. & c. 27, 8. XXIII. 3. & XXX. 4, 3. & c. 5, 12. Verſ. 5.

Verſ. 6. παρ' Ἀντιόχου καὶ Σελεύκου. — „Deſignat Antiochum M. & Seleucum, ejus filium atque ſucceſſorem, patrem Demetrii.“ REISKIVS. Verſ. 6.

Verſ. 8. προστάγμασιν recte edd. Mendoſe πράγμασιν Bav. neſcio an et Vrſini codex. Verſ. 8.

Verſ. 10. καὶ τὰ κατὰ τὸν λιμένα. Caret τὰ Bav. male. *Ibid.* καὶ τἆλλα πάνϛα. Sic perſpicue Bav. et rectiſſime quidem, putamus vero et codex Vrſini. Quum vero (neſcimus cujus errore) καὶ τἆλλου πάντα in Vrſini editione legeretur, in καὶ τἆλλαχοῦ πάνϛα id ex ingenio mutavit Caſaub. quod tenuere poſteriores editores. Verſ. 10.

Verſ. 12. τοῦ γὰρ ἐλλιμενίου. Recte ex msstis hoc revocavit Caſaub. poſtquam ἐλλιμνίου temere editum fuerat ex Vrſini conjectura. *Ibid.* ἑκατὸν μυριάδας δραχμῶν. — „*Decies centena millia drachmarum* conficiunt 167 talenta.“ REISKIVS. — *Ibid.* νῦν εὕρῃ κατὰ πενϛεκαίδεκα μυριάδας. Ad vulgatam lectionem, εὑρήκατε ιέ μυριάδας, monuerat VRSINVS: „Videtur legendum εὑρήκαμεν.“ — REISKIVS vero: „Forte νῦν εὕρῃ [εὕροι nos quidem malimus, idque receptum velimus] κατὰ τὰς δεκαπέντε. [id eſt:] *nunc fortaſſe an valeat annuis denis quinis myriadibus.* Si quid venditur, pretium, quo comparatur, ſeu quod illa res invenit, dicitur id εὑρίσκειν, h. e. *valere, conſtare quanti.* [*tanti*, putamus, voluerat ſcribere.] Portoria autem, ſeu vectigalia portus, quotannis venibant: & erant publicani, qui ea pericula ſuo redimerent. Pretium redemtionis eſt τὸ εὑρίσκον, vel ὃ εὕρισκε τὸ τέλος. *Decies quinquies dena millia drachmarum* conficiunt circiter talenta viginti ſex. κατὰ τὰς ſignificat *quotannis tantundem.*“ — Verſ. 12.

Verſ. 14. ὑπ' αὐτοῦ. Perperam ἐπ' αὐτοῦ Bav. Idem mox *verſ.* 15. τὸ πρὸς, pro τί πρός. *Verſ.* 17. ἐμφανὲς a ſe emendatum ait Vrſinus, cum in cod. fuiſſet ἀφανές. Et Bav. in contextu ἀφανὲς habet, ſed in ora γρ. ἐμφανὲς Verſ. 14ſqq

Verſ. 18 ſq. eadem manu. *Verſ.* 18. *τούτου γὰρ χρείαν ἔχει νῦν ὁ δῆμος* &c. conf. XXX. 5, 9. & ibi notata. *Verſ.* 19. *οἱ περὶ τὸν Τιβέριον* &c. Conf. c. 5, 1. & c. 6, 7 ſq.

Cap. VIII. CAPVT VIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *ἀκολούθως ταῖς ἀποκρίσεσιν, αἷς πρότερον ἔλαβον.* cf. XXX. 20, 1.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *αὗται δ' ἦσαν. αὐτὰ δ' ἦσαν* Bav. *Ibid. διότι θαυμάζουσι, πῶς, ὑπὲρ ὧν αὐτοὶ κεκρίκασι, περὶ τούτων αὐτοὺς παρακαλοῦσι κρίνειν.* Alieniſſima utique a ſcriptoris mente videntur, quæ ad h. l. REISKIVS adnotavit: „*θαυμάζουσι* pertinet ad Achæos: item *αὐτούς*; ſed *αὐτοί*, & *κεκρίκασι*, ad Romanos. Sententia hæc eſt: *mirari Achæos, cur Romani, qua de re ipſi dudum decreviſſent, de eadem re ſe, Achæos, jubeant ſtatuere.*“ — Immo vero, cum ex ipſis verbis, de quibus quærimus, tum ex eis, quæ mox ſequuntur, ſatis adparet, ſuperiori Achæorum legationi tale fuiſſe datum reſponſum a ſenatu: *mirari ſenatum, quod ab ipſo poſtularent Achæi, ut cauſam evocatorum cognoſceret, quum illi jam ab ipſis popularibus ſuis, ab Achæis, eſſent condemnati.* Nempe quod a Callicrate aliisque id genus proditoribus Achæorum, & amicis adulatoribuſque Romanorum, erat factum, ut illos homines amicitiæ cum Perſeo convictos eſſe contenderent; id ſenatus Romanus ſimulavit, decreto gentis Achæorum factum eſſe, perinde ac ſi Achæorum decreto fuiſſent condemnati.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *Εὐρέαν.* Εὐρέαν Vrſ. cum msstis. *Verſ.* 5. *περισπασμούς* recte edd. ex Vrſini emend. *περισπασμένους* mssti.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *διὰ τὸ παντάχοθεν ἐξελέγχεσθαι.* Caſaubonus: *quoniam, quicquid ſtatuerent, prodebantur eorum animi.* Rectius: *quoniam, quidquid ſtatuerent, in reprehenſionem erant incurſuri;* vel, *quoniam, quidquid ſtatuerent, deprehenſos ſe videbant.*

Verſ.

Verſ. 7. *πρόδηλον ἔχειν ἐδόκει τὸν ὄλεθρον τοῖς φίλοις αὐτῶν.* conf. XXX. 10, 9. Verſ. 7.

Verſ. 8. *συμμύσαντες.* Caſaubonus ſic edidit, *ἵνα συμμίξαντες*; in verſione autem ſcripſit, *ut omnes deinde labia compeſcerent.* Hinc REISKIVS: Satis apparet, inquit, Caſaubonum conjeciſſe *συμμύσαντες*, quæ vera eſt lectio; *clauſis oculis* & labiis & aperto capite. De illis uſurpatur, qui, quod inviti faciunt, ne facinoris acerbitatem videntes vehementius commoveantur, ideo *oculis connivent*, & labia morſu continent, ne vocula, ne clamor erumpat, doloris index." — *Ibid. ἐν μὲν Ἀχαΐᾳ.* Corrupte *ἐν μὲν αἰνίᾳ* Bav. *Ibid. τοῖς δοκοῦσιν εἶναι Ῥωμαίων φίλοις.* Poſt Ῥωμαίων puncta nonnulla, in lacunæ ſignum, poſuerat Caſaubonus, in verſione vero ſcripſit, *ad eos qui Romanæ partis erant.* Hinc recte REISKIVS: „Poſt Ῥωμαίων videtur, inquit, *φίλοις* deeſſe." — conf. verſ. 7. Verſ. 8.

Verſ. 9. *ὅτι ἡμεῖς οὐκ ὑπολαμβάνομεν* &c. VRSINVS, ſic edens, *ὅτι ὑμῖν οὐκ ὑπολαμβάνομεν συμφέρειν, οὔτε τοῖς ὑμετέροις δήμοις*: — „Ita emendavimus, inquit, cum in exemplari *ὅτι ἡμεῖς οὐκ ὑπολαμβάνομεν συμφέρειν, οὔτε τοῖς ἡμετέροις δήμοις* ſcriptum ſit." — In *ἡμεῖς* cum Vrſini codice conſentit Bavaricus, ſed idem deinde *ὑμετέροις* recte habet, non *ἡμετέροις*. Vrſini emendationem cum tenuiſſent ſequentes editores, monuit REISKIVS: „Codex Vrſini dabat *ἡμεῖς*. Recte vero. Vnde colligo, ſic legendum eſſe: *ὅτι ἡμεῖς οὐκ ὑπολαμβάνομεν, οὔτε ἡμῖν, οὔτε τοῖς ὑμετέροις δήμοις. Nobis videtur neque noſtræ reipub. conducere, neque veſtris civitatibus.*" — Ac pæne magis nunc hoc placet, *οὔτε ἡμῖν*, quam quod nos conjeceramus *οὔτε τοῖς Ῥωμαίοις*. Verſ. 9.

Verſ. 10. *περὶ τοὺς ἀνακεκλημένους.* Sic recte Caſaub. et ſeqq. cum Bav. Vide Valeſii Notam ad XXXII. 22, 4. Mendoſe *περὶ τοὺς ἀνακεκληρουμένους* ed. Vrſini. *Verſ.* 11. *καταπιαθέντων.* Mendoſe *καταπιαθέντων* eadem ed. Vrſ. *Ibid. ὑπέδραμε τοὺς ἀνθρώπους.* Conf. Adnot. ad IX. 10, Verſ. 10.

7.

7. XVI. 6, 10. *Verſ.* 12. Χάροπα. Vide notata ad XXX. 10, 4.

Cap. IX.

CAPVT IX.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Τιβέριος τοὺς Καμμανοὺς, τὰ μὲν βιασάμενος, — ὑπηκόους ἐποίησε Ῥωμαίοις. — „τοὺς Καμμανούς. Ita ſcribendum. Stephanus: Καμμανία, μοῖρα Θεσπρωτίας, οἱ οἰκήτορες Καμμανοί.“ VRSINVS. — Neſcimus, an aliud quid fuerit in cod. Vrſ. & Καμμανοὺς ab editore correctum. Ex codice Bav. nullam diſſenſionem a vulgata ſcriptura adnotavimus. Sed quod in Theſprotia, id eſt in Epiro, *Cammanos* iſtos Vrſinus poſuit, prorſus id quidem alienum ab hoc loco videtur. Rerum in Epiro geſtarum nullum veſtigium in ea ecloga, quæ a præſcriptis verbis incipit, adparet: nec hoc tempore quidquam in Epiro a Romanis geſtum ullibi memoratur. *Tiberius*, quem hic dicit Polybius, haud dubie idem eſt, cujus mentio eſt facta cap. 5, 1. & locis ibi citatis; qui ad inſpiciendas res regum Aſiæ, de quibus etiam reliquo hoc capite agitur, a ſenatu Romano fuerat miſſus. Itaque in Aſia pariter quærendi fuerint iſti *Cammani*. Et memorat Καμανηνὴν vel Καμμανηνὴν, unam ex decem Cappadociæ præfecturis Strabo lib. XII. p. 534. d. et p. 540. b. στρατηγία Χαμανὴ apud Ptolemæum vocatur; *Cammanene* apud Plin. VI. 3, 3. Et, apud Ariarathem, Cappadociæ regem, per eam legationem, de qua modo diximus, verſatum eſſe Tiberium Gracchum, diſcimus ex cap. 14, 4. Sed illud mirum videri debet, quo facto legatus hic, qui ſine exercitu fuit, *vi ſubegerit* populum; (βιασάμενος,) tum, cur *Cappodociæ populum* dicatur *ſub poteſtatem redegiſſe Romanorum*, cum tamen amicus atque fautor fuerit regis Cappadociæ, ut ex cap. 14, 4. diſcimus. Itaque a compilatore eclogarum turbatum hic aliquid utique videtur. De Cappadociæ rebus confer etiam cap. 13. Forte Galatis erepta illa regio eſt, cum eam illi ademiſſent Cappadociæ regi.

Verſ.

Verſ. 3. τὸν Προυσίαν — κεχρῆσθαι ταῖς διαβολαῖς &c. Vide cap. 6, 2 ſqq. *Ibid.* καὶ τοὺς Σελγεῖς. VRSINVS, τοὺς Ἐλγεῖς edens, diſerte in Notis ſic ſcripſit: „In exemplari legebatur Σελγεῖς, male. Stephanus: Ἔλγος, πόλισμα Λυδίας.“ — Vrſini mutationem probavit Abr. Berkelius ad Steph. l. c. ubi tamen cum Xylandro Λυκίας pro Λυδίας legit. At res ipſa ſatis ſignificat, non de exiguo oppido, ſed de inſignioris cujuſdam urbis civibus hic agi. Præterea gentile ab Ἔλγος formatur Ἔλγιος vel Ἐλγαῖος, non Ἐλγεύς. Contra οἱ Σελγεῖς, *Selgenſes*, nobilis Piſidiæ ſunt populus, urbis *Selges* cives, de quibus conf. lib. V. c. 72 ſqq. Poſt artic. τοὺς facile intercidere potuit eadem litera, a qua incipere debuit vox ſequens. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἀπολογησομένους πρὸς τὰς ἐπιφερομένας διαβολάς. Mendoſe Bav. ἀπολογισαμένους πρὸς τοὺς ἐπιφερομένους διαβολάς. Verſ. 4.

Verſ. 5. ἀποτριψάμενοι τὰς ἐπιφερομένας αἰτίας. Conf. notata ad X. 14, 1. & loca ibi citata. Verſ. 5.

Verſ. 6. ὑποψίας. Sic recte edd. cum Bav. — „ὑποψίαν erat in exemplari, ſed male. Livius in epitome libri XLVI. de Eumene dixit, *eum conſpiraſſe cum Antiocho contra populum Romanum.*“ VRSINVS. *Ibid.* Σουλπίκιον. Σολπίκιον Bav. Nil intereſt. Dicit autem *C. Sulpicium Gallum*, eumdem de quo agitur ecloga ſq. Is conſul fuerat A. V. 588. *Ibid.* ἐξαπέστελλεν. ἐξαπέστειλεν Bav. Sed magis placet vulgata, utpote uſui Polybii convenientior. Verſ. 6.

Verſ. 7. διευρινήσοντας περὶ τῆς ἀντιλεγομένης χώρας. Livius in lib. XLV. vertit: *qui de finibus cognoſcerent ſtatuerentque.*“ VRSINVS. Verſ. 7.

Verſ. 8. καὶ κατὰ τὸν Εὐμένη. Sic Bav. & ſatis hoc erat. Vulgo καὶ τὰ κατὰ τὸν Εὐμένη. *Ibid.* γένηται. Et conjunctivum modum & indefinitum tempus deſiderabat grammatica ratio. Verſ. 8.

CAPVT X. Cap. X.

Verſ. 1. Γάϊος ὁ Γάλλος. Vide c. 9, 6. — „Exiſtimavi, hunc eſſe *C. Sulpitium*, qui cum Manio Sergio ad Verſ. 1.

res

Verſ. 1. res Græciæ et conſilia Antiochi atque Eumenis regis inſpicienda miſſus a ſenatu erat, ut ſcribit Polybius cap. 106. & Diodorus cap. 21. Legationum; quod contigiſſe videtur Tiberio Graccho et Iuventio Thalna Coss. [A. V. 591.] Hic C. Sulpicius Gallus triennio ante conſul fuerat, & de Liguribus in magiſtratu triumpharat. Ex quo etiam conſequitur, caput illud Legationum Polybii ad *Librum XXXI.* pertinere." VALESIVS. — Nempe in codice Peireſciano huic Eclogæ titulus erat præfixus Λόγος λά, id eſt, *Liber XXXI.* Confer notata ad initium hujus libri. Sulpicium Gallum modo memoratum vidimus cap. 9, 6.

Ibid. χωρὶς τῶν ἄρτι ῥηθέντων ἀλογημάτων. Conf. Freinſhem. Supplemm. Liv. lib. XLVI. c. 20. & quem is citavit Pauſan. lib. VII. c. 11. p. 549 ſq.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἀποκαθίσας. — „Forte προκαθίσας. Poteſt tamen vulgata facile defendi, ἀπὸ in illa compoſitione interpretando *plane, omnino, perſedendo, ad finem uſque totos continuos decem dies.*" REISKIVS.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἕλκων. — „Si bene habet, eſt pro συνέλκων, ut ἕλκος, vulnus ſanguinem ad ſe contrahens. Malim tamen ἐλέγχων." IDEM.

Cap. XI. CAPVT XI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς &c. — „Fragmentum hoc, *de morte Antiochi Epiphanis*, præponendum eſt Fragmento Legat. c. VIII. in quo regnum pueri Antiochi, Eupatoris dicti, commemoratur, [vid. c. 12, 6 ſq.] qui, patri Antiocho cum ſucceſſiſſet, anno altero poſt a Demetrio fuit depulſus." REISKIVS. *Ibid.* προέθετο στρατεύειν ἐπὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν. — „Enotavi in Adverſariis locum, quem aliquando legi in Memorabilibus Longaruæi (*Longuemana*) T. II. p. 120. quem nolo nunc deſcribere, ſed admonendos tamen de eo lectores judico, ſi qui ſint qui inſpicere curent. De ſacrilegiis

crilegiis aliis Antiochi hujus vide p. 1494, 16." [XXXI. 4, 10.] REISKIVS.

Verſ. 2. *οἰκοῦντας περὶ τοὺς τόπους.* Imprudentibus nobis hoc excidit, cum ad ſuperiora verba *ἐπὶ τοὺς τόπους* aberraret oculus. Reſcribe cum editionibus ſuperioribus *οἰκ. περὶ τὸν τόπον.* Verſ. 2.

Verſ. 3. *ἐν Τάβαις τῆς Περσίδος.* — „Hieronymus in cap. XI. Danielis de ejus morte ac loco eadem ſcribit: *Volens templum Dianæ ſpoliare, quod infinita donaria habebat, fugatus a barbaris eſt, qui mira veneratione templum illud ſuſpiciebant, & mortuus eſt mœrore conſumtus in Tabes, oppido Perſidis.* Apparet, in codice græco, ex quo ſumſit Hieronymus, ſcriptum fuiſſe *ἐν Τάβες.* Eſt autem Tabas oppidum in Paretacene ultima, ut ait Curtius lib. V." [c. 13, 2.] VALESIVS. — Conf. quæ ad Curtii l. c. monuerunt docti viri. — „*ἐν Τάβαις.* Eſt طبس aut طبسين." REISKIVS. Verſ. 3.

Verſ. 4. *δαιμονήσας, ὡς ἔνιοί Φασι, διὰ τὸ γενέσθαι* &c. Hunc locum reſpexit Joſephus, cum Antiq. Iudaic. lib. XII. c. 9, 1. hæc ſcripſit, quæ, quoniam a Caſaubono ceteriſque Polybii editoribus in Fragmentis Polybii relata ſunt, huc quoque, utpote commodiſſimo loco, tranſſcribere non gravabimur. Poſtquam infelicem exitum expoſuit expeditionis ab Antiocho adverſus ditiſſimum Dianæ templum ſuſceptæ, quod Ptolemaide in Perſia erat, ſic pergit: *Λυπουμένῳ δ' ἐπὶ τῇ διαμαρτίᾳ ταύτῃ, προσαγγέλλουσί τινες καὶ τὴν τῶν στρατηγῶν ἧτταν, οὓς πολεμήσοντας τοῖς Ἰουδαίοις κατελελοίπει, καὶ τὴν ἰσχὺν ἤδη τὴν τῶν Ἰουδαίων. προσγενομένης οὖν καὶ τῆς περὶ τούτων Φροντίδος τῇ προτέρᾳ, συγχυθεὶς ὑπὸ ἀθυμίας εἰς νόσον κατέπεσεν. ἧς μηνυομένης, καὶ αὐξανομένων τῶν παθῶν, συνεὶς ὅτι μέλλει τελευτᾶν, συγκαλεῖ τοὺς Φίλους, καὶ τήν τε νόσον αὐτοῖς χαλεπὴν οὖσαν ἐμήνυεν, καὶ τοῦτο ὅτι ταῦτα πάσχει κακώσας τὸ Ἰουδαίων ἔθνος πρεσβήλου, συλήσας τε τὸν ναὸν, καὶ τοῦ θεοῦ καταφρονήσας. καὶ ταῦτα* Verſ. 4.

λέγων

Vers. 4. λέγων ἐξέπνευσεν. ὥστε θαυμάζειν Πολύβιον τὸν Μεγαλοπολίτην, ὃς, ἀγαθὸς ὢν ἀνὴρ, ἀποθανεῖν λέγει τὸν Ἀντίοχον, βουληθέντα τὸ τῆς ἐν Πέρσαις Ἀρτέμιδος ἱερὸν συλῆσαι. τὸ γὰρ μηπέτι ποιῆσαι τὸ ἔργον βουλευσάμενον, οὐκ ἔστι τιμωρίας ἄξιον. εἰ δὲ διὰ τοῦτο Πολυβίῳ δοκεῖ καταστρέψαι τὸν βίον Ἀντίοχον οὕτως, πολὺ πιθανώτερον διὰ τὴν ἱεροσυλίαν τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ τελευτῆσαι τὸν βασιλέα. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου οὐ διαφέρομεν [τοῖς] τὴν ὑπὸ τοῦ Μεγαλοπολίτου λεγομένην αἰτίαν παρὰ τὴν ὑφ' ἡμῶν ἀληθῆ νομίζουσιν. Eodem pertinent quæ Hieronymus habet in Commentar. in Danielis cap. XI. ubi haud multo ante ea verba, quæ modo ab Henr. Valesio relata vidimus, ita scribit: *Polybius & Diodorus narrant, Antiochum Epiphanem non solum contra Deum fecisse Iudææ, sed, avaritiæ facibus accensum, etiam templum Dianæ in Elymaide, quod erat ditissimum, spoliare conatum: oppressumque a custodibus templi & vicinis circum gentibus, & quibusdam phantasiis atque erroribus versum in amentiam, ac postremum morbo interiisse. Et hoc ei accidisse commemorant, quia templum Dianæ violare conatus sit.*

Ibid. ἐπισημασίας τοῦ δαιμονίου. Bene Valesius, *ob quædam signa atque ostenta, ab infenso numine edita.* REISKIVS: „ἐπισημασία (ait) h. l. est idem atque μῆνις, *ira, animadversio.* vide ad p. 364, 4. [lib. III. c. III, 11.] & Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 332, 8. & p. 439, 82. Iosephus Ant. Iud. p. 12, 14. dixit ἐπισημαίνειν pro *irasci;* (alii ἐπισημαίνεσθαι usurpant,) item p. 81, 26. pro *reprehendere, improbare.*“ —

Cap. XII.

CAPVT XII.

Vers. 1. *Vers.* 1. Δημήτριος ὁ τοῦ Σελεύκου. *Demetrius,* Seleuci Philopatoris filius, Antiochi magni nepos, frater Antiochi Epiphanis; is qui deinde Syriæ regnum occupavit, & Σωτὴρ est cognominatus. Ex fragmento quod de eodem hoc Demetrio e Polybii libro XXXIII. citavit Athenæus, quod a nobis lib. XXXIII. c. 14. insertum est, colligi posse censuerat Vrsinus,

Vrſinus, ex eodem Polybii libro XXXIII. ductam eſſe hanc eclogam. Sed, quum parum firmo fundamento iſta nitatur conjectura, facile judicabit quisquis illud fragmentum cum hac ecloga conferre voluerit. Adde Adnot. ad XXXI. 19, 1. Verſ. 1.

Verſ. 3. τὸν μὲν πρὸ τοῦ χρόνον. Sic recte Caſaub. cum Bav. Mendoſe χρόνου ed. Vrſin. Verſ. 3.

Verſ. 5. προσδραμόντος ἐν τῷ λέγειν. Caſaubonus, *quum ſubinde repetiiſſet.* In eamdem ſententiam Erneſtus προστρέχειν ἐν τῷ λέγειν πρός τι interpretatus eſt, *inprimis urgere, ſæpe memorare.* Quæ expoſitio vereor ne in uſu ſermonis nullum inveniat fundamentum. REISKIVS: „προσδραμόντος, inquit, idem eſt atque προπεσόντος, ἐνφερομένου, *inter dicendum eo evectio, ut Romam patriam ſuam nominaret.*“ — Sed et hujus uſus alia exempla deſideramus: & omnino nobis non liquet, quæ ſit vis h. l. illius verbi, cujus alias notiones, huc quidem non convenientes vidimus XXVII. 13, 12. & XXVIII. 7. 8. Verſ. 5.

Verſ. 6. ἐνετρέπετο recte correxit Caſaub. ἐτρέποντο ed. Vrſin. cum mſstis. Verſ. 6.

Verſ. 7. ὑπειδομένη τὴν ἀπιμὴν τοῦ Δημητρίου. — „ἀπιμὴν eſt ab Vrſino, cujus in codice fuit ἀρχὴν, unde quoque effici poterat ἀλκήν.“ REISKIVS. — In eodem errore cum Vrſini codice verſatur Bav. Nobis vero poſt Vrſini emendationem nil aliud quærendum viſum erat. Verſ. 7.

Verſ. 9. Γναίου Ὀπταούιον. — „Τιβέριον Ὀπτάβιον habebat manuſcriptus liber, pro Γναίου, quæ lectio confirmatur & hiſtoria, & loco inferiore ex eodem fragmento.“ VRSINVS. —, Ὀπταούιον, non Ὀπτάβιον, eſt in Bav. ſicut edidit Vrſinus. *Tiberii* vero prænomen, pro *Cnæi*, quo pacto in codices noſtros irrepſerit, non videmus. Mox verſ. 11. ubi de eodem viro agitur, Γναίου ſuo in codice, ut videtur, invenit Vrſinus, ſed Γάϊον habet Bav. At verſ. 13. & cap. 19, 1. in Γναίου conſentiunt omnes. conf. & c. 13, 4 & 7. Pariter Γναίου Ὀπταούιον Verſ. 9

Verſ. 9. ταούϊον legationis illius principem vocat Appianus de Reb. Syriac. cap. 46. qui omnino de Syriæ rebus, per hæc tempora geſtis, conſulendus eſt. Denique eumdem hunc eſſe *Cn. Octavium*, qui A. V. 589. conſulatum geſſerat, diſcimus ex Ciceronis Philippic. IX. c. 2. Adde Plin. XXXIV. 6, 11. ubi tamen, neſcimus quo errore, Popillii illud factum, Antiochum virga circumſcribentis, Cnæo huic Octavio tribuitur.

Ibid. Λουπρήτιον. Λουρίτιον Bav. *Ibid.* ὡς αὐτοὶ προηροῦντο. Sic corrigere Reiſkius juſſit, quia proxime præceſſerunt verba καταστήσαντες ἐξέπεμψαν. Vulgo omnes ὡς αὐτὴ προηρεῖτο, quod incommode referebatur ad ἡ σύγκλητος, verſ. 6 ſq.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. παραδεδόσθαι. παραδοσθῆσθαι Bav. in contextu, quod ex παραδοσθῆναι corruptum videtur. γρ'. παραδόσθαι idem in marg. mendoſe pro παραδεδόσθαι.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Γναῖον. Perperam h. l. Γάϊον Bav. conf. ad verſ. 9. *Ibid.* τὰς ναῦς τὰς καταφράκτους διαπρῆσαι. — Aut καταπρῆσαι, *comburere*, aut διατρῆσαι, *perforare:* ſed hoc potius, quia naves ſolent magis perforatæ undis mergi, quam flammis abſumi." REISKIVS. — Immo neutiquam ſolicitandum verbum διαπρῆσαι. Vide XXII. 26. 30. Conf. Adnot. noſtr. ad Appian. l. c. ad T. I. p. 606. lin. 91. *Ibid.* τοὺς ἐλέφαντας νευροκοπῆσαι. Appianus ibid. τοὺς ἐλέφαντας συγκόπτειν dicit, id eſt, *interficere elephantos*; et mox ἀναιρουμένων θηρίων facit mentionem. *Ibid.* λυμήνασθαι τὴν βασίλειον δύναμιν. Sic recte Caſaub. & ſeqq. cum Bav. Mendoſe τὴν βασιλείου δύναμιν ed. Vrſin.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. καὶ τὰ κατὰ τὴν Μακ. Caret τὰ Bav.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. ἔδοξε δὲ τοὺς περὶ τὸν Γναῖον. In Γναῖον nunc conſentiunt omnes. Sed poſt ἔδοξε δὲ Bav. inſerit πρὸς, quod putamus & in Vrſini fuiſſe codice, ſed tacite ab eo deletum. Poterat vero, debueratque fortaſſe ſervari illa particula, adverbialiter ſumta pro πρὸς τούτῳ, *adhæc, præterea*, ut XVII. 15, 16. IV. 56, 3. I. 52, 5. & ſæpe aliâs

aliâs. *Ibid.* περὶ τοὺς Γαλάτας. Mendose περὶ τοῖς Γαλάταις Bav.

Vers. 14. ἐπαπεστάλη γράμματα. Nescimus an Vrsini ingenio hoc debeatur. ἐπεστάλη Bav. quod probum erat, & teneri debuerat. De *Ptolemæis fratribus* conf. cap. 18. Vers. 14.

CAPVT XIII. Cap. XIII.

Vers. 1. οἱ περὶ τὸν Μάρκον Ἰούνιον. Fortasse *M. Iunius Penna*, qui consul fuerat A. V. 587. *Ibid.* τῷ βασιλεῖ. — „Ariarathi puta, id quod e seqq. apparet.“ REISKIVS. Vers. 1.

Vers. 2. Ad vulgatam scripturam, ᾠκοδομήσαντο τὴν δόκην, monuerat VRSINVS: „Videndum, num δοκίμειον pro δόκην, sit scribendum, quæ urbs est Phrygiæ Stephano; & ᾠκοδομήσαντο valeat *munierunt.*“ — Itaque & δοκίμειον ad marginem editionis Vrsini notatum est. Ad eamdem vulgatam scripturam sic commentatus est REISKIVS. „Melius nunc non extundo e literarum vestigiis, quam hoc: ἀλλ' ἐκ χειρὸς ἐκολούθησαν vel ὑπεδάμησαν (in aor. 2. pass. verbi ὑποδάμναθαι) τῷ Καππάδοκι ἐπιβαλόμενοι πολεμεῖν, *sed statim cæsligabantur, aut compescebantur, ut accedebant Cappadocem bello adoriri.*“ — Quoniam vero, non modo cum tertio casu, sed & cum quarto construere verbum πολεμεῖν solet Polybius, ut ad l. 15, 10. & alibi monuimus, τὸν Καππαδόκην scribendum suspicati sumus, vestigiis scripturæ codicum pressius insistendo. Casaubonus in versione sic scripserat: *etenim Cappadoces, ingenti assumta audaciâ, urbem - - - repente munierant.* Nomen urbis edere non ausus erat. Vers. 2.

Vers. 5. εὐεπαγωγός. Sic vulgo edebatur. Rectius vero, retracto accentu, εὐεπάγωγος scribetur, ut fecit Ernestus in Lexic. Polyb. Vers. 5.

Vers. 6. τὴν οἰκειότητα τῶν προεστώτων αὐτῆς. Confer c. 15, 2. & ibi notata; unde intelliges, nil caussa fuisse Reiskio, cur εἰκαιότητα, id est, *vanitatem, inanitatem*, scriptum maluerit. Vers. 6.

CAPVT XIV.

Cap. XIV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. παρὰ Ἀριαράθου, τοῦ νεωστὶ &c. Tangitur argumentum hujus eclogæ in Epitome Liv. lib. XLVI. his verbis: *Ariarathe, Cappadociæ rege mortuo,* (eo, puta, qui ſuperiore capite commemoratur) *filius ejus Ariarathes regnum accepit, & amicitiam cum populo Romano per legatos renovavit. Philopator* cognominatus hic *Ariarathes* eſt, de quo vide Diodor. Ecloga 3. ex lib. XXXI. T. II. p. 518. & quæ ad Excerpta de Virt. & Vitiis ex eodem Diodoro collecta diſſeruit Valeſ. p. 584. ed. Weſſel. ubi initium regni ejus poſuit in Ol. CLIV. 2. & in conſulatum Scipionis Naſicæ & Figuli, id eſt in annum ab V. C. 592.

CAPVT XV.

Cap. XV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. εἰστία. Mendoſe ἡστία Bav.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. πρὸς τοὺς περὶ τὸν Λυσίαν, *ad Lyſiam*, procuratorem regni Syriæ, nomine pueri regis, de quo dictum cap. 12, 6 ſq. *Ibid.* τὰ τῆς ἀδελφῆς καὶ μητρὸς ὄστα. Mater hujus Ariarathis Antiochis fuerat, Antiochi M. filia, ut docet Diodor. Ecl. 3. ex lib. XXXI. & Appian. de reb. Syriac. c. 5.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ὑπὲρ τοῦ γεγονότος ἀσεβήματος. *Sceleſtum facinus*, quod dicit, cædes eſt Cn. Octavii legati Romanorum, cujus mentio fit infra cap. 19, 1 ſq. Conf. Appian. Syriac. cap. 46. & Cicer. Philip. IX. 2.

CAPVT XVI.

Cap. XVI.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Καλύνδαν πόλιν. Aut ſic, aut τὴν Καλυνδέων πόλιν fuiſſe corrigendum, perſpicuum eſt ex ſequenti ecloga, quæ quoad argumentum quidem cum hac arctiſſime cohæret. Ceterum hæc *ex rebus Italicis* decerpta eſt, altera *ex rebus Aſiæ.* REISKIVS, de noſtra emendatione nil cogitans: „Forte, inquit, τὸ ἐλλιμένιον παραχωρηθῆναι, *ſibi concedi, ut a navibus in portum ſuum appellentibus vectigal exigant ſtationis.*“ — Et provocavit

vit ad cap. VII, 12. At, alia ut taceamus, portorium non ademtum fuerat Rhodiis a Romanis: & nihil suadet, ut de eo nunc h. l. cogitemus.

Vers. 4. πολοσσὸν στῆσαι τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων - - τριακοντάπηχυν. Mendose τριάκοντα πήχυς Bav. πολοσσὸν δεκάπηχυν in Attali honorem positum fuisse Sycione legimus XVII. 16, 2. Vers. 4.

CAPVT XVII. Cap. XVII.

Vide Adnot. ad c. 16, 2. *Vers.* 5. Καλυνδέων κτῆσιν. Hoc quidem loco mendose Κλανδίων habet Bav. sed vers. 1. recte Καλυνδέων & Καλυνδεῖς. Stephanus: Κάλυνδα, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν Καλυνδεύς. Confer, si lubet, auctores, quos ibi laudarunt interpretes, qui quidem Polybii hunc locum silentio præterierunt.

CAPVT XVIII. Cap. XVIII.

Vers. 1. μετὰ τὸ μερίσαι τοὺς Πτολεμαίους τὴν βασιλείαν. De *Ptolemæis fratribus* conf. XXIX. 8, 1. & ibi notata. Partitio ista regni inter Ptolemæos fratres anno superiori erat facta, postquam major fratrum, a juniore regno pulsus, Romam supplex venerat, & a Romanis per legatos adjutus est, & in regnum restitutus; ut ex Diodori Exc. de Virt. & Vitiis T. II. ed. Wessel. p. 583. & Valerio Max. V. 1, 1. collata Epit. Livii XLVI. & Prologo lib. XXXIV. Trogi Pompeji intelligitur. Qua de re consulendus Freinshemius in Supplem. Liv. XLVI. 21 sq. Legati tunc cum Ptolemæo majori Alexandriam missi, videntur fuisse *Canulejus* ille & *Quintus*, qui hoc cap. vers. 4. nominantur. Ea occasione acciderat id, quod mox eodem vers. 4. memoratur. Vers. 1.

Vers. 4. τῶν δὲ περὶ Κανουλήϊον καὶ Κόϊντον. Vide modo notata ad vers. 1. *Quintus* vero hic quisnam fuerit, difficile dictu. *Ibid.* Μέννυλλον. VRSINVS, Μενίθυλλον edens, in Notis ait: „Ita emendavimus, cum in manuscripto esset Μέννιλλον corrupte.“ — Cur vero corruptam Vers. 4.

Verſ. 4 ruptam judicaret hanc ſcripturam Vrſinus, nulla alia cauſa erat, niſi quod Ecloga ſequenti cap. 20, 8. bis Μενέθυλλον darent libri. At quum non ſolum hoc loco, ſed & deinde c. 21, 7. & c. 22, 8 & 12 & 13. in nomen Μένυλλος conſentiant mssti; potiori jure hæc ſcriptura pro vera, altera pro mendoſa erat habenda.

Ibid. διότι καὶ τὴν Κυρήνην ὁ νεώτερος καὶ τὸ πνεῦμα δι' αὐτοὺς ἔχοι. Caſaubonus: *non ſolum Cyrenen, ſed & ipſam vitam ſua opera retinere.* Recte. Hinc REISKIVS, aut καὶ Κυρήνην, aut μετὰ Κυρήνης ſcribendum monuit. Ad verba τὸ πνεῦμα idem commode notavit: „Pepercerat enim major frater minori, quem in poteſtate habebat. vid. Diodor. Sic. T. II. p. 588. & Noſtri p. 1486, 11.“ [XL. 12, 5.]

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἀσμένως δέξασθαι. Sic parum commode correxit Caſaubonus, quum mendoſe δέξαι eſſet in ed. 1. & mssts, e quo δέξαιτο debebat effici; quoniam ſicut præceſſit verbum ἔχοι in optativo modo, ſic ſequuntur λάβοι & δοίη. Itaque *reſcriptum in contextu* δέξαιτο *velim;* in *ſcholio* autem ſub contextu ſic poſitum: „δέξαιτο. *Sic correxi. Mendoſe* δέξαι *Vrſin. cum mssts, quod in* δέξασθαι *ſua auctoritate mutavit Caſaub.*“

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τὸν μερισμὸν * γεγονότα τελέως. — „Videtur deeſſe οὐ particula, ut legatur οὐ γεγονότα τελέως.“ VRSINVS. — Atque ita editum eſt in contextu Vrſini, idque tenuere poſteriores editores: inde Caſaubonus vertit, *partim quod partitionem non plane peractam animadverteret.* Mendoſam eſſe atque defectam codicum ſcripturam, facile adparet; quid vero potiſſimum deſit, difficile fuerit dictu. REISKIVS: „οὐ debetur Vrſino, ait, in cujus codice non fuit. Vnde apparet, τελέως eſſe h. l. idem atque *plane*, non autem *perfecte* & *plene*, adeoque deſiderare aliquod prædicatum ad μερισμόν. Et quia ſequitur, Romanos voluiſſe partitionem inſtituere πραγματικῶς, *prudenter*, *ſapienter*, ex eo colligitur, priorem partitionem *plane ſtultam* & *ridiculam fuiſſe.* Ergone ſcripſit autor,

autor, μερισμὸν ἄτοπον γεγονότα τελέως, vel ἄλογον, vel ἄδικον, vel simile quid? vid. p. 1309, 8." [c. 19, 8.] — Possis, si conjecturæ valeant, etiam ἄνισον γεγονότα τελέως suspicari. Vers. 6.

Ibid. διελεῖν τὴν βασιλείαν πραγματικῶς. Possis cum Casaubono & Reiskio πραγματικῶς nunc, ut sæpe aliâs, *certo consilio, prudenter*, interpretari: magis tamen h. l. placuit Valesii expositio, *apte ad suas utilitates;* ac fortasse satis fuerat, *efficaciter*, id est, ita, ut divisio regni effectum atque vim haberent eam, quæ ex usu esset Romanorum, nempe ut vires frangerentur utriusque partis.

Vers. 7. αὔξουσι καὶ κατασπεύδονται τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, πραγματικῶς ἅμα χειριζόμενοι, καὶ δοκοῦντες εὐεργετεῖν τοὺς ἁμαρτάνοντας. Casaubonus: *ita solerter se gerentes, ut videantur eo tempore &c.* cujus versionem ad verbum tenuimus. Nunc vero relegentes græca verba, mendum haud dubie eis inesse intelleximus. Nusquam enim verbum χειρίζεσθαι in passivo vel medio genere usurpatum legimus ista notione *gerere se:* semper in activo, adjecto accusativo casu, v. c. τὰ πράγματα, τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν, usurpatur illud verbum: & omnino non satis expedita est, neque commode fluit oratio, qualis vulgo legitur. Corrige χαριζόμενοι, & plana atque recta erunt omnia, si sic orationem distinxeris: αὔξουσι καὶ κατασπεύδονται τὴν ἰδίαν ἀρχὴν πραγματικῶς, ἅμα χαριζόμενοι καὶ δοκοῦντες εὐεργετεῖν τοὺς ἁμαρτάνοντας. *Per aliorum imprudentiam suam augent & efficaciter* (vel, si mavis, *prudenter*) *adstruunt firmantque imperium eodem tempore, quo illis, qui sua imprudentia peccant, indulgent* (vel *gratificantur*) *& beneficium in eos conferre videntur.* Vers. 7.

Vers. 9. Μερόλαν. Μερολᾶν h. l. Bav. non male: sed Μερόλαν idem cap. 25, 8. & Μερόλας cap. 27, 1. Pro vocali *u brevi* Latinorum, non potest græca diphtongus ου adhiberi, quam sua auctoritate posuisse Vrsinus videtur; sed ejus loco vel υ vocalem, vel ο breve ponere Græci solent. Vers. 9.

Cap. XIX.

CAPVT XIX.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον. Sic ſcripſimus cum Bav. Vulgo περὶ τὸν καιρ. τοῦτον, neſcimus caſu ne, an ex Vrſini codice. *Ibid.* τῆς περὶ τὸν Γναῖον περιπετείας. conf. ad c. 15, 3. Ceterum, quod REISKIVS ait: „Fragmentum hoc egregium e libro XXXIII Polybii eſſe ſumtum, docet fragmentum p. 1495. ex Athenæo relatum:" — ad cap. 12, 1. jam monuimus, ex illo apud Athenæum fragmento (quod lib. XXXIII. c. 14. exhibemus) nullo modo conſequi id, quod Vrſinus Reiſkiuſque inde colligi poſſe putarunt. Nam quod in hac Ecloga, (ubi de Demetrio juvene agitur, Romæ etiam tum agente) συμποτικὸν φυσικῶς Demetrium dicit Polybius cap. 21, 8. id eſt, *compotationum amantem;* id non impedit, quo minus deinde in rebus ejuſdem Demetrii, poſtquam regnum occupaſſet, idem Polybius rurſus alia occaſione denuo dicere potuerit, πολυπότην eum fuiſſe, καὶ τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας μεθύσκεσθαι, id eſt, *potui deditum fuiſſe & per plurimam diei partem ebrium.* Quare quoniam aliunde conſtat, res his temporis geſtas, in quibus nunc verſatur hiſtoria, *Libro XXXI.* expoſitas fuiſſe a Scriptore noſtro; neutiquam turbare nos debet, quod altera iſta verba, quæ modo retulimus, ex *Libro XXXIII.* citavit Athenæus.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. παρέπεμπε τοὺς πρεσβευτάς. conf. ad XXX, 17. 17.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. εἰ ὀεῖ. Sic poſcebat conſtans Polybii uſus, & hoc ipſum debuit Bav. in quo eſt εἰ ὀ' εἰ; eodemque modo fuit in Vrſini codice, quem in hac regione prorſus mendoſum fuiſſe ait editor. Perperam vero idem Vrſinus & in contextu & in Notis εἰ δέει ſcripſit, quod tenuere ſequentes editores. Ferremus εἰ δέοι, ſed nil opus eſt.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. μὴ ὀὶς correxit Vrſinus. Mendoſe μηδεὶς mssti. *Ibid.* πρὸς τὸν αὐτόν. Adjecimus τὸν, quod aberat ab edd. & mssstis. Monuerat etiam Reiſkius. conf. c. 20,

c. 20. 1. & Suid. in πταίειν. *Ibid.* τολμᾷν τι recte Bav. ut edidit Vrſinus, in cujus codice τολμῶντι fuerat.

Verſ. 7. ἐπεί. Mendoſe ἐπὶ τῆς βασ. Sic rurſus *verſ.* 9. ἐπὶ τὴν βασ. idem, pro ἐπεί. *Verſ.* 11. τὸν Δημήτριον. τὸν Δημητρίου Bav. *Verſ.* 12. τὴν τῆς συγκλήτου. τῆς adjecimus ex Bav. cum prætermiſſus eſſet vulgo iſte articulus. Verſ. 7.

CAPVT XX. Cap. XX.

Verſ. 1. ἐξάσας τὸ κύκνειον. VRSINVS, ἐξηχήσας edens: „Superiorem, inquit, lectionem ſequuti, ita emendavimus, cum in msto corrupte ἐξανίσας ſcriptum eſſet.“ — Superiorem locum intellexit XXX. 4, 7. ubi conſer quæ de iſto proverbio notavimus. Sed nimis longe ἐξηχήσας a veſtigiis ſcripturæ codicum recedit, quæ haud dubie veram ſcripturam ἐξάσας produnt; quod verbum cum in vetuſtis codicibus ſic ſcriptum eſſet ΕΞΑΙΣΑC, in ἐξανίσας corruptum eſt. Idem verbum de cygnorum cantu Plato uſurpavit Phædon. c. 35. ed. Forſteri: οἱ ἄνθρωποι τῶν κύκνων καταψεύδονται, καὶ φασὶν, αὐτοὺς θρηνοῦντας τὸν θάνατον, ὑπὸ λύπης ἐξάδειν. Pro κύκνειον temere h. l. κύκνιον editum eſt in contextu Vrſini, contra msstorum fidem. Verſ. 1.

Verſ. 4. διὰ τὸν Γναίου Φόνον. — „Sic edidi, & hanc lectionem interpretatus eſt Caſaubonus; [*propter Cnæi cædem;*] in cujus tamen, ut etiam Fulvii, legitur Φόβον.“ GRONOV. *in Notis editis.* *Ibid.* διαπιστούντων. Sic corrigendum monuit idem Gronov. in Notis msstis ad oram ſui libri: recte; nam διαπιστεῖν eſt *diffidere*, quod verbum h. l. requirebatur. διαπιστεύειν contra eſt *alterius fidei aliquid committere:* ſic quidem & Polybius uſurpat V 40, 8. & alii; veluti Aeſchines p. 54, 39. cujus verba H. Steph. in Theſ. citavit; & Plutarch. in T. Flamin. p. 371. E. edit. Wechel. Verſ. 4.

Verſ. 5. τὴν δὲ σύγκλητον. Mendoſe τῆς δὲ συγκλήτου. *Ibid.* συνεπισχύειν recepimus ex Bav. Sed ſi verum Verſ. 5.

est βοηθήσειν, quod præcessit, commodius fuerit συνεπισχύσειν, quod cum Vrsino habebant ceteræ editiones: quare teneri hoc debebat.

Vers. 6. *Vers.* 6. Λοιπὸν εἶναι, τὸ λαθεῖν ἐκ τῆς Ῥώμης ἀπελθόντας. — „Ita placet ut legatur, pro eo quod est in exemplari τὸ λαληθὲν, ut videtur, corrupte." VRSINVS. — Bavaricus codex nihil ab emendato Vrsini contextu recedit. ἀπελθόντας haud incommode poterit ferri, intelligendo Demetrium cum ipso Diodoro aliisque comitibus. cf. c. 21, 1. & 22, 11. *Ibid.* ἐπιβολῆς. Mendose ἐπιβουλῆς Bav.

Vers. 8. *Vers.* 8. Μένυλλον. Vide ad cap. 18, 4. *Ibid.* παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως Πτολεμαίου. VRSINVS in Notis, suo e codice παρὰ τοῦ πρεσβύτου citans, (quod pariter habet Bav.) breviter monuit: „Placeret πρεσβυτέρου." — Cui monito præpropere obsequens is, qui in Plantiniana officina editionem Eclogarum de Legationibus curavit, πρεσβυτέρου in contextum recepit, quod tenuere ceteri editores; præter rationem. conf. XXVIII. 19. & Adnot. ad IX. 22, 2. ubi docuimus, restituendam esse Polybio suam scripturam τοῦ πρεσβύτου. *Ibid.* χάριν τοῦ συγκαταστῆναι &c. — *Quo congrederetur in certamen vel disceptationem* cum Ptolemæo juniore, qui, ut fragmentum 113 docet, [cap. 18.] ipse Romam venerat; ubi etiam hæc ipsa συγκατάστασις, seu conflictus Menippi cum Ptolemæo enarratur." REISKIVS. — Quod *Menippum* Reiskius vocat pro *Menyllo*, id sua auctoritate fecit, leviſſima conjectura ductus, quod inauditum nomen *Menyllus* esset.

Vers. 9. *Vers.* 9. μετὰ μεγάλης σπουδῆς. Sic recte Bav. in contextu, ut ex ora sui codicis edidit Vrsinus, in cujus contextu mendose fuerat μετὰ μεγ. τιμῆς. *Vers.* 11. ἐναυλώσατο, & *vers.* 12. ἐναυλοῦτο recte emendavit Vrsinus, cum esset in msstis ἐναλώσατο & ἐναλοῦτο.

Vers. 12. *Vers.* 12. συμβαίνει δὲ &c. De honore, metropolibus a suis coloniis haberi solitis, vide Adnot. Valesii ad Polyb.

lyb. XII. 10, 3. *Ibid.* ἐκ τῆς Καρχηδόνος. ἐν τῆς Καρχηδόνων Bav.

Verſ. 13. τήν τε τῶν ἐπιμηνίων παρασκευήν. τὰ ἐπιμήνια, ut docent grammatici, Harpocration, Heſychius, Suidas, ſunt τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα θυόμενα, ἢ τὰ ὑπὲρ ὅλου τοῦ μηνὸς ἅπαξ ποτὲ γινόμενα θύματα. Quam notionem quum non eſſe hujus loci intelligeret Caſaubonus, *commeatus* interpretatus eſt: eamdemque inuſitatam quidem aliàs græcis ſcriptoribus notionem utique & hic locus & c. 22, 12. utique poſcere videtur. Ceterum apud Romanos, veluti Livium XLIV. 2. *menſtruum* pro *menſtruo frumento* uſurpari, ſatis notum eſt. Verſ. 13.

CAPVT XXI. Cap. XXI.

Verſ. 1. καὶ λειπὸν ἔδει. Copulam καὶ, qua caret ed. Vrſini cum msstis, exingenio inſeruit Caſaubonus; recte, ut videtur. *Ibid.* τὸν τροφέα. Etiam articulus τὸν, qui facile excidere potuit poſt αὐτὸν, ejuſdem Caſauboni ingenio diligentiæque debetur. Verſ. 1.

Verſ. 3. ἔχοντος. σχόντος ſcriptum voluerat Reiſkius, propter ſequens μεταστάντας. Sed nil opus, nec in his nimium anxius ſolet eſſe Polybius. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἔδει γενέσθαι, *futurum erat. Ibid.* ὑποδοχὴν πρὸς τὴν ἔξοδον, *convivium valedicendi cauſſa inſtitutum.* Verſ. 4.

Verſ. 6. εἰς Ἀναγνείας. Sic Vrſin. & ſeqq. neſcimus an conſentiente codice. Bav. quidem mendoſe h. l. εἰς ἀγνείας. Videri autem poterat Ἀνάγνειαν in ſing. numero fuiſſe ſcribendum: certe non ſolum latini ſcriptores in ſing. uſurpant nomen hujus urbis Hernicorum, ſed & Strabo lib. V. p. 238. Ἀναγκία, πόλις ἀξιόλογος. Sed c. 22, verſ. 2 & 5. in τὰς Ἀναγνείας cum edd. conſentit codex uterque. Adde cap. 23, 2 ſq. Verſ. 6.

Verſ. 8. τοῦ Δημητρίου συμποτικοῦ φυσικῶς καὶ νεωτέρου ὑπάρχοντος. συμποτικοῦ correxit Vrſinus. Mendoſe συμποσικοῦ mssti. — „Hunc autem locum indicari puto (ait VRSINVS) ab Athenæo lib. X. Δειπνοσοφ. cum Demetrium Verſ. 8.

Verſ. 8. metrium πολυπότην a Polybio in lib. XXXIII. appellatum fuiſſe ſcribit." — Pariter REISKIVS: „Videtur hunc locum expreſſiſſe Athenæus in fragmentis p. 1495." [XXXIII. 14.] — Quorum rationem parum firmo fundamento niti monuimus ad c. 19, 1. & ad c. 12, 1. *Ibid.* ἀπόρημά τι γένηται. Mendoſe ἀπόρημα τὶ μένη τὲ Bav.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. πιττάκιον. — „πινάκιον, ut opinor, ſcribendum cum hic, tum infra duobus locis." Vide mox eodem verſ. 9. tum verſ. 11. ubi conſtanter in πιττάκιον conſentiunt mssti; probum nomen, quod nullo modo ſolicitari debuerat, nedum e contextu extrudi. *Ibid.* συσκοτάζοντος ἄρτι τοῦ θεοῦ. Si *ſolem* intelligamus τὸν θεὸν, qua notione id nomen cum Herodoto, Aeſchylo, Euripide (in Suppl. verſ. 469.) uſurpavit Appianus in Prooem. cap. 9. & alibi; valebit συσκοτάζοντος τοῦ θεοῦ idem ac δυομένου τοῦ θεοῦ apud Appian. l. c. aut κλίνοντος ἐς δείλην ἑσπέραν ἤδη τοῦ θεοῦ apud eumdem de Bell. Civil. lib. IV. c. 85. Quod ſi contra συσκοτάζειν veſperaſcere, tenebreſcere interpretemur, fuerit ὁ θεὸς cum Erneſto *cœlum* intelligendum. Conf. ad cap. 22, 13.

Ibid. μηδὲν εἰπόντα. μηδενὶ εἰπόντα Bav.

Verſ. 11 ſq. *Verſ.* 11 *ſq.* Ὁ ὁρῶν &c. Vulgo ita hæc erant ſcripta:

Ὁ ὁρῶν τὰ τοῦ μέλλοντος, οἴχεταϛ Φέρων
Εἰς ὃ Φέρει νύξ· τοῖς δὲ τολμῶσι τὶ, πλέον.

Quæ ſic interpretatus erat Caſaubonus:

Cunctaris? illuc nempe tendis, o miſer,
ubi atra nox. Fortuna forteis adjuvat.

Perſpecte vero monuit REISKIVS: „Verſiculi hi ſic ſunt interpungendi: Ὁ ὁρῶν τὰ τοῦ μέλλοντος οἴχεταϛ Φέρων. Hæc eſt una gnome, Menandri forſitan, aut Euripidis. *Audens & operi manum admovens abit cum fructibus iis quibus caret cunctator.* Aut: *Vir ſtrenuus fructus laborum præripit ſegni.* Tum ſequitur altera gnome, Euripidis e Phœniſſis, verſ. 733. id quod etiam cl. Valkenaer ad illum locum obſervavit: Ἴσον Φέρει νὺξ, τοῖς δὲ τολμῶσι πλέον. Quo in verſu eſt magna obſcuritas & vitioſa brevi-

brevitas: sed sunt hæc Euripidis acumina. Ἴσον (scil. κίνδυνον) φέρει νὺξ, subaudi τοῖς τολμῶσι καὶ τοῖς μή. *Tantumdem periculi affert nox & audentibus & timidis.* τοῖς δὲ τολμῶσι πλέον, scil. γέρας φέρει τῶν μὴ τολμώντων. *Sed audentibus affert ea majus emolumentum, quam timidis.* Tertia sententia, Τόλμα τι - - πρόου, nescio cujus sit. Postrema denique est nota illa Epicharmi, Νᾶφε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν, quæ jam supra fuit allata p. 1070." — Vide XVIII. 23, 4. Ceterum φέρει νὺξ *vers.* 12. recte jam ediderat Vrsinus; cum mendose φέρει ἐξ darent mssti, certe Bavaricus noster. Vers. 11. sq.

CAPVT XXII. Cap. XXII.

Vers. 1. συννοήσας. συνστήσας Bav. *Vers.* 2. εἰς τὰς Ἀναγνείας. Sic edd. cum mssts. cf. c. 21, 6. *Ibid.* ἁπαντᾷν correxit Vrsin. Mendose ἁπάντων mssti. Vers. 1.

Vers. 2. εἰς τὰς Ἀναγνείας. Vide ad c. 21, 6. *Ibid.* εἰς τὸ Κίρκαιον, scil. ὄρος. Strabo lib. V. p. 232. τὸ Κιρκαῖον ὄρος, νησιάζον θαλάττῃ τε καὶ ἕλεσι. id est, *Circæus mons, quem mare atque paludes, velut insulam, cingunt.* Paludes, quas dicit, *Pomptinæ* sunt, hodieque in vulgus notæ. Vers. 2.

Vers. 3. κυνηγετεῖν τὸν ὗν. — „τὸ πρὶν emendavimus, cum τὸν υἱὸν scriptum esset." VRSINVS. — „τὸ πρὶν debetur Vrsino, cujus in codice erat τὸν υἱὸν, in quo latere videtur μετὰ τῶν φίλων." REISKIVS. — Mireris vero viros doctos & perspicaces, in longinquo frustra querentes, quod in proximo erat. Montem paludibus frequentem consentaneum est abundare *apris.* Percommode vero, & ex venatorum usu, singularis numerus, τὸν ὗν, pro plurali ponitur. Sic Xenoph. de Venat. p. m. 782. πρὸς δὲ τὸν ὗν τὸν ἄγριον κεκτῆσθαι πύνας Ἰνδικὰς &c. *Ibid.* ἐξ οὗ καὶ τῆς πρὸς τὸν Πολύβιον &c. Conf. XXXII. 15, 8. Vers. 3.

Vers. 5. προάγειν. Mendose προσάγειν Bav. Vers. 5.

Vers. 6. αὐτοὺς δὲ λαβόντας ἐσθῆτας τὰς ὁδοιπορικάς. — „Ita omnino legendum, non αὐτὸς δὲ λαβὼν τὰς ἐσθῆτας, Vers. 6.

Verſ. 6. ἐσθῆτας, ut eſt in exemplari.“ VRSINVS. — In eodem errore cum Vrſini cod. verſatur Bav. Recte vero omnino priora verba emendavit Vrſinus: ſed ſupereſt etiam nunc in poſterioribus erratum: nam aut τὰς ἐσθῆτας τὰς ὁδοιπορικὰς ſcribendum, repetito articulo; aut, quod malimus, ἐσθῆτας ὁδοιπορικὰς, *abſque articulo*, qui perperam ex poſtrema ſyllaba vocabuli ἐσθῆτας adhæſit. *Ibid.* εἰπόντας τοῖς οἰκέταις. — „In exemplari erat εἰκόταν τοῖς οἰκέταις, corrupte.“ VRSINVS. — In Bav. eſt εἰπόντα, propius ad verum. *Ibid.* ἐπὶ τὸν προειρημένον τόπον. Mendoſe Bav. ἐπὶ τὴν προειρημένην τόπων.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. δὲ πάντων. ἢ πάντων idem Bav. perperam.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἐκοινολογεῖτο. ἐκοινολόγει idem Bav. *Ibid.* αὐτὸν μὲν μένειν. αὐτὸν μὲν μόνον idem, & caret μένειν. *Ibid.* τοὺς πιστοτάτους. — „τοὺς εὐπιστοτάτους Vrſino debetur, cujus in codice erat τοὺς δυσπιστοτάτους. [ſicut & in Bav.] Videtur legendum τοὺς πιστοτάτους. Non enim dicitur εὔπιστος, neque δύσπιστος; ſed πιστὸς & ἄπιστος; & εὔπειστος atque δύσπειστος, quod longe aliam habet ſignificationem.“ VRSINVS.

Ibid. αὐτῷ προσπεπτωκέναι παρὰ τοῦ βασιλέως, διὸ δέον ἐστὶν &c. Ad verbum προσπεπτωκέναι haud incommode intelligi poſſe pronomen τὶ putavit Gronovius, in Adnot. ad I. 42, 9. ad quod deinde referatur διὸ vel δι' ὅ.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. περὶ μέσας νύκτας. Sic Vrſinus, neſcimus an conſentiente msto; recte vero, ut I. 19, 12. & ſæpe aliâs. περὶ μέσης νυκτὸς Bav. *Verſ.* 10. κατηρτικότων. κατηρτηκότων Bav. *Verſ.* 12. ἐπέβησαν. ἀπέβησαν Bav.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. διαφώσκοντος. — „διαφώσκοντος aut διαφαύσκοντος (nam in cod. Vrſ. erat διαφάσκοντος) ſcil. τοῦ θεοῦ, ut paulo ante [c. 21, 9.] συσκοτάζοντος τοῦ θεοῦ, ἡλίου puta.“ REISKIVS.

Cap. XXIII. ## CAPVT XXIII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. οἱ μὲν γὰρ αὐτοῦ μένοντες. Sic recte Bav. quemadmodum correxit Vrſinus, in cujus cod. corrupte lege-

legebatur αὐτοῦ προάγοντες. *Ibid.* ἀπήντων. ἀπεώτων Bav. Mox idem in contextu τρόπον habet, ſed in ora γρ'. τόπον.

Verſ. 3. διό. διότι Bav. ſed ſyllaba τι lineola ſubducta notatur ut ſpuria. *Ibid.* ἀπαντῶν correxit Vrſin. ἀπάντων mssti. — REISKIVS: „Forte μεμαστιγωμένος ὑπό του τῶν ἐν τοῖς Ἀναγνείαις ἀπαντώντων ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον. *Donec puer aliquis, flagris cæſus ab aliquo eorum qui ad conflictum Anagniæ convenerant.*" Verſ. 3.

Verſ. 4. κατὰ πορείαν. καταπορίαν Bav. *Verſ.* 5. καταλελειμμένοις recte edd. καταλελυμένοις Bav. Verſ. 4.

Verſ. 7. τῇ δὲ πέμπτῃ. Sic Caſaub. & ſeqq. conſentiente Vrſino, qui τῇ δὲ ε. edidit. Perperam vero Bav. τῇ δὲ β'. *Ibid.* ἡ σύγκλητος. Adjiciendum eſſe articulum monuerat Reiſkius. *Ibid.* ἐντὸς ἤδη τοῦ πορθμοῦ. — Ad vulgatam lectionem hæc notaverat REISKIVS: „ἐπὶ Vrſino debetur: & ſatis græcum non eſt ἐπὶ τοῦ πορθμοῦ εἶναι, *circa fretum eſſe*, aut, ut Caſaubonus reddidit, *ad fretum perveniſſe*. Sed aut περὶ τὸν πορθμὸν dicitur, aut ἐγγὺς vel ἀγχοῦ τοῦ πορθμοῦ. In codice Vrſini ἐπὶ deerat. Videtur auctor dediſſe ἤδη πέραν τοῦ πορθμοῦ, *jam fretum ſuperaſſe, & in mare Ionium penetraſſe.*" — Ergo vox ἐντὸς ſcrupulum non injecerat acutiſſimo viro. At repugnat iſta manifeſte ſuperioribus. Sane, qui non niſi *ante quinque dies* Roma profectus erat, non potuit is *ſexto die* jam *ad fretum eſſe*, aut *fretum ſuperaſſe*. Verſ. 7.

Verſ. 8. Φορὸν ἄνεμον. Sic correxit Erneſtus, monitus a REISKIO, cum Φόρον antea vulgo eſſet editum. — „Φόρος, ait, eſt ſubſtantivum, ſignificans *vectigal* vel *tributum*. Φορὸς autem adjectivum, ſignificans *ſecundum* ventum." Verſ. 8.

Verſ. 9. Γράικον. Sic recte Bav. Mendoſe vulgo Γράικου edd. ex Vrſini codice, quamquam monuerat VRSINVS: „Γράικον poſcit uſitata ſcribendi ratio. In veteribus tamen ex argento denariis TI. SEMPRONIVS GRACCVS ſine aſpirationis nota inſcriptum eſt." Verſ. 9.

Verſ.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ὅθεν ἐπιβάλλοντες. οθεν recte dedit Bav. Mendoſe εἴθεν cod. Vrſin. quod in ἔνθεν mutavit Vrſinus, idque tenuere ſequentes editores.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. Διὸ τὸν Τιβέριον κατεστήσαντο πάντων αὐτόπτην γεγονέναι. *Itaque Tiberium conſtituerunt* &c. Sed cur Tiberium? & quæ eſt cauſſa, ad quam refertur illa particula διὸ, *itaque?* Nulla adparet. Putamus, eam cauſſam adjectam fuiſſe a Polybio, ſed neglectam ab epitomatore, aut obſcuratam a librariis. Nempe, quoniam idem *Tib. Gracchus* jam ante ad eaſdam luſtrandas regiones, de quibus hic agitur, fuerat legatus. vide cap. 5, 1. & loca ibi citata. Et ipſum verbum γεγονέναι, in præterito perfecto poſitum, ſatis etiam indicare videtur, eam, quam expoſui ſententiam, fuiſſe olim a Polybio expreſſam. Oportebat enim aliàs γίγνεσθαι vel γενέσθαι. Sed ex ipſo verbo γεγονέναι ſuſpicamur, tali quodam modo ſcripſiſſe auctorem: Διὸ τὸν Τιβέριον κατεστήσαντο πρεσβευτὴν, διὰ τὸ κατὰ τὴν προτέραν ἤδη πρεσβείαν πάντων αὐτόπτην γεγονέναι.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. Ὁ δὲ Δημήτριος, προσανέχων &c. Verba iſta citavit Suidas in Προσανέχων, unde jam ab Vrſino in Polybii Fragmentis ſunt relata. Pertinere autem nobis viſa ſunt ad eamdem narrationem, quæ ſuperiori ecloga continetur. Probabile eſt, Diodorum, qui in Syriam præmiſſus erat, ad populi ſenſus explorandos, locum condixiſſe Demetrio, ubi exſpectaret nuncium, qui eum de ſtatu rerum certiorem faceret. Illum nuncium fortaſſe in Lycia exſpectavit Demetrius, qua ex regione etiam primas ad ſenatum Romanorum literas dedit, ut ex Zonar. IX. 25. docuit Freinſhem. in Supplem. Liv. XLVI. 39.

Cap. XXIV. ## CAPVT XXIV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Κάτων, ὡς Πολύβιος ἱστορεῖ &c. Mox a Perſico bello potiſſimum laſcivia atque luxuria gradi maxime apud Romanos cœpit, ut docet Polybius noſter XXXII. 11, 5 ſq. Hinc M. Valerio, C. Fannio Coſſ. id eſt

est A. V. 593. lata *lex Fannia* est, & ab ipso Consule perlata, quæ istud malum reprimeret; *cum respublica*, (ut ex Sammonico Sereno Macrobius refert Saturnal. III. 17.) *ex luxuria conviviorum majora quam credi potest detrimenta pateretur. Siquidem eo res redierat, ut gula illecti plerique ingenui pueri pudicitiam & libertatem suam venditarent; plerique ex plebe Romana vino madidi in Comitium venirent, & ebrii de reipublicæ salute consulerent.* Itaque fragmentum hoc, quo de eodem agitur argumento, ad eumdem annum 593. relaturi eramus, nisi Eclogæ Legat. 116. & 117. quæ ad eum annum pertinent, e libro XXXII. depromtæ mihi visæ essent, (vide ad XXXII. 1, 1.) cum tamen hoc fragm. e libro XXXI. diserte citaverit Athenæus. Quare illud in annum 592, qui præcessit Fannii consulatum & Fanniam legem, conjecimus. Scilicet provocata fortasse Lex Fannia est quærimoniis vociferationibusque Catonis, qui jam pridem etiam, priusquam ad id fastigium perveniret luxuria lasciviaque apud Romanos, de perditis eorum hac in parte moribus erat conquestus, ut eodem loco, quem modo citavimus, Macrobius docet. Vers. 1.

CAPVT XXV. Cap. XXV.

Vers. 1. Πτολεμαῖος ὁ νεώτερος &c. Conf. supra cap. 18. Vers. 1.

Vers. 2. ἐν τῷ Φακῷ. — „ἐν τῷ Φακίῳ. conf. Thucyd. p. 285, 52. & Wesseling. ad Diodor. T. II. p. 579.“ REISKIVS. — At Φάκος vel Φακὸς, Macedoniæ fuit oppidum, quod Polybius h. l. & Diodorus l. c. commemorat; *Phacium* vero, cujus Thucydides, Livius & Stephanus Byz. meminerunt, Thessaliæ erat. Quare nil temere mutandum. VRSINVS ad h. l. hæc notaverat: „Vox Φακῷ mihi quidem obscurum est quid significet hoc loco; vereor autem, ne corrupta sit, & pro ea σηκῷ, quod est *templi adytum*, reponere debeamus: nam περὶ τοῦ Φακείου, quod est Thessaliæ oppidum, non videtur intelligendum esse. Vers. 2.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Οἱ δέ. Mendoſe εἰ δὲ Bav. *Ibid.* χωρὶς πολέμου. Vide c. 18, 10. *Verſ.* 5. προσαγαγόντες. Ad προσαγαγόντα, quod vulgo erat editum, adnotavit REISKIVS: „Malim προαγαγόντα. quamquam ſæpe πρὸ & πρὸς in compoſitis inter ſe alternant.“ — *Ibid.* ἀποστῆναι. Corrupte ἀπορῆναι Bav.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Αὐτοὶ δέ. δὲ caret Bav. *Ibid.* ἔχοντες κἀκεῖνον. Sic recte editum ex VRSINI emendatione, qui, cum κἀκείνους daret codex ipſius, quemadmodum & Bavaricus noſter. — „Opinor legendum κἀκεῖνον, inquit, ut de altero Ptolemæo [ſcil. majore fratrum] intelligamus.“ —

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Γναῖον Μερόλαν. Sic recte Bav. Vide ad cap. 18, 9. Vrſinus, in ſuo codice γεννεῖον Μερόλαν fuiſſe ait: e quo ille Γναῖον Μερουῖλαν fecit. *Ibid.* Λιβύην. Mireris quid ſit quod & nunc Λιβύνην, & cap. ſq. verſ. 9 & 11. pertinaciter Λίβυνας & Λιβύνων dent mssti. Sed talis eſt librariorum levitas. Caſaubonus tamen, veluti nil dubitans de veritate vulgatæ lectionis, *Libyam venit*, in verſione latina ſcripſit. Rurſuſque deinde, *angustias a Libynis occupatas*, &, *Libyæ metu perculsi*. *Ibid.* ἐπὶ τὸν Ἄπιν. Vide Strabon. lib. XVII. p. 799.

Cap. XXVI. CAPVT XXVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Οἱ δὲ περὶ τὸν Τορκουάτον. Verba, quæ his adſuta erant, τὸν καὶ Τίτον, Reiſkius interpretatus eſt, *Torquatum, qui aliàs etiam Titus a nobis usurpatur*. At quisquis ſit, cui debetur iſtud adſumentum, certe Polybius non eſt, quippe qui non ita loqui ſolet. Vtique Τίτος Τορκουάτος fuit illi legato nomen, cf. c. 18, 9. eumdem mox nude Τορκουάτον, mox rurſus Τίτον vocat ſcriptor noſter, ut c. 27, 3. Caſaubonus: *Torquatus interim & Titus, Alexandriam delati*. *Ibid.* Duodecim verba, διαλύεσθαι uſque Τοῦ δὲ Πτολεμαίου deſiderantur in Bav.

Verſ. 3. *Verſ.* 3 ἐπὶ τῷ μηδὲν διασαφήσασθαι. Aut διασαφεῖσθαι vel διασαφηθῆναι videtur legendum in paſſivo, aut ἐπὶ τῷ μηδένα μηδὲν διασαφήσασθαι vel διασαφῆσαι. *Ibid.* καὶ τῶν

τῶν περὶ τὸν Τορκουάτον ἐπιγενομένων. Neſcimus quid animo agitans VRSINVS, *aſteriſcum* poſt hæc verba poſuit, monuitque in Notis: „Omnino hic aliquid deeſt, licet ſenſus ſit apertus. Itaque locum ſtellula notavimus.“ — Recte aſteriſcum delevit Caſaubonus. Eſt autem ἐπιγενομένων idem ac ἐπιγενησομένων, ni ex hoc corruptum. Quod vero etiam τοὺς bene habiturum diximus, ſi modo & participium in accuſativo caſu foret poſitum, de ea conſtructione vide XI. 14, 7. & ibi notata. Ad ἐπιγενομένων ſubaudiendum eſſe ἄν, opportune monuit REISKIVS. Quod vero addit: „Si bene habet vulgata, neceſſe eſt ut ἐπιγίνεσθαι ſignificet *accedere ad alicujus partes, alicui conciliari:*“ — id nobis quidem ſecus videtur; ſatis eſt, ut intelligamus *ſupervenire, advenire.* Verſ. 3.

Verſ. 4. Συνεξομοιωθέντος δὲ τούτου τοῖς πρότερον. — „Forte τοῖς προσιρημένοις; ſi nempe τούτου ad *Merulam* referimus: *ſed & hoc ad ſententiam prædictorum* (Ptolemæi majoris, & Torquati) *ſuam conformante.* Sin autem τούτου ad *Torquatum* redit, poteſt τοῖς πρότερον ſervari, ſcil. ἐγνωσμένοις: quamquam eo poſito non ſatis bene conveniet συνεξομοιωθέντος, ſed potius ἐμμένοντος.“ REISKIVS. — τούτου haud dubie ad *Merulam* referendum. Συνεξομοιωθέντος autem intelligendum ex verſ. 5. ἐξιδιαθέντος τῷ πρεσβυτέρῳ Πτολεμαίῳ ὁμοίως τοῖς πρότερον. Denique ad τοῖς πρότερον intelligendum ἐξαπεσταλμένοις (e verſ. 3.) vel διακομισθεῖσι εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, & ſunt illi οἱ περὶ τὸν Τορκουάτον, quos dixerat verſ. 1. Ceterum ſilentio non eſt prætereundum, verba iſta τούτου τοῖς πρότερον ex Vrſini eſſe emendatione, in cujus codice, quemadmodum & in Bavarico, mendoſe ſcriptum erat συνεξωμ. δὲ τούτοις πρότερον. Verſ. 4.

Verſ. 5. πᾶν γένος ἀρεσκείας προσφερόμενος. Ad vulgatum παραγενόμενος acute REISKIVS monuerat: „Aut παραγενομένοις legendum, aut πᾶν γένος, *omne genus officiorum.*“ — *Ibid.* παρακατέσχε τὸ πλεῖον. Sic ſcribendum Verſ. 5.

bendum idem docuerat vir doctiſſimus, pro *παρακατέσχετο πλεῖον*, quod vulgatum erat.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *καὶ τὰς πόλεις.* — „Forte *τὰς δ'.* aut *τὰς τέσσαρας πόλεις*, quod contracte ſcriptum fuit *τὰς τρας πόλεις.*" GRONOV. *in Notis msstis.* — Quaſnam vero *quatuor urbes* intellexerit Gronovius, non declaravit. An illas, quas Plinius recenſet V. 5, 5. *Berenicen*, *Arſinoën*, *Ptolemaidem*, *Apolloniam*, quæ, ut ait idem ſcriptor, ſimul *cum ipſa Cyrene* efficiunt *Cyrenaicam* eamdemque *Pentapolitanam* dictam *regionem?* Poteris vero pariter *τὰς πόλεις*, *ceteras*, *quæ ſunt præter ipſam Cyrenen*, *Cyrenaicas urbes* intelligere, aut omnino *civitates totius regionis.* Sed de hoc viderint doctiores.

Ibid. συμφρονεῖν αὐτοῖς. συμφρονεῖν ex Vrſini emendatione eſt; *συμφέρειν* erat in msstis. *Ibid. κεκοινωνημένας δὲ περὶ τῆς ἀποστ.* Præpoſitio *περὶ* delenda viſa erat Reiſkio: ac ſane conſtanter aliâs cum nudo genitivo rei conſtruere Polybius verbum *κοινωνεῖν* ſolet,

Ibid. Πτολεμαῖον τὸν Συμπετῆσιν. Sic Bav. *τὸν συμπέτησιν* ed. Vrſini in contextu, cum duplici accentu; in Notis vero ſic ſcripſit VRSINVS: „Cognomen quod ſequitur Ptolemæi, *συμπετήσιν*, omnino corruptum videtur, & fortaſſe pro eo *συμπότην*. vel aliquid tale reponendum; quod tamen ex hiſtoria eruendum erit." — Ipſum vero hoc *συμπότην* ad oram contextus adpoſitum eſt in eadem Vrſini editione. Caſaubonus Πτολεμαῖον τὸν * *συμπέτησιν* edidit; in verſione vero cognomen prorſus prætermiſit, ejuſque loco puncta nonnulla poſuit. Suſpicati nos quidem eramus, non in *ησιν*, ſed in *ησιον* exire debuiſſe nomen, quæ eſt ſatis nota gentilium nominum terminatio. Sed quinam fuerit locus, a quo nomen traxit is homo, aliis diſpiciendum relinquamus, mihi haudquaquam liquet.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *καθ' ὃν καιρὸν ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν εἰς τὴν Ῥώμην.* Vide Adnot. ad c. 18, 1. *Verſ.* 8. *ἀπολέσῃ* recte dedit Bav. Perperam vulgo *ἀπολέσαι* edd. *Verſ.* 9. *εἰς τὸν Μέγαν καλούμενον Καταβαθμόν.* Vide Cellar. Orb. Antiq.

Antiq. lib. IV. c. 2. p. 101. *Ibid.* τοὺς Λίβυας. Vide Adn. ad c. 26, 8. *Libyes* nunc *Marmaridas* intelligit, qui Cyrenaicam inter & Aegyptum ſedes habebant; de quibus conſule eumdem Cellarium ibid. p. 99.

Verſ. 10. καὶ καταυοεῖν τοῦ τοῖς πολεμίοις ἐπιφαίνεσθαι. Corrupta hæc eſſe facile patet. VRSINO, emendationem neſcimus quam proponere volenti, non paruere operæ typographicæ; nam eamdem mendam ſic repetierunt: „Vide num melius ſit, τοῦ τοῖς πολεμίοις.“ — Videtur vero ποῦ, pro τοῦ, ſuſpicatus eſſe Vrſinus, ſicut Reiſkius. Sed nec hoc facit ſatis. Relegentibus nobis mendoſa verba, certiſſima medicina ſe obtulit. Scribe καὶ κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις ἐπιφαίνεσθαι, *a tergo adparere hoſtibus juſſit.* Vide III. 19, 7. III. 90, 2. τῷ κατὰ νώτου opponitur mox κατὰ στόμα. Verſ. 10.

Verſ. 11. λειπόντων. λιπόντων Bav. *Ibid.* τῆς ὑποκειμένης Τετραπυργίας. In eadem regione Strabo lib. XVII. p. 838. notavit locum, cujus nomen Τετραπύργιον vulgo edunt, in ora vero monuit Caſaubonus, ſcriptos libros Τετραπύργια habere: fortaſſe Τετραπυργία debebant, in ſingulari numero primæ declin. quemadmodum uſurpavit Polybius. Idem nomen urbi eſt, quam in Cappadocia Ptolemæus recenſet. Verſ. 11.

Verſ. 13. καὶ τῶν ἐπὶ Μοχυρίνου. Caſaubonus: *qui Mochyrini erant.* REISKIVS: „Forte τῶν περὶ Μοχυρίνον. Videtur *Mochyrinus* nomen viri eſſe, præfecti claſſi Ptolemæi.“ — quam claſſem præternavigare anguſtias juſſerat. Poſſis etiam ὑπὸ Μοχυρίνον ſuſpicari, *qui ſub Mochirini imperio erant.* Verſ. 13.

Verſ. 14. ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν πεπραγμένων. Sic a ſe emendatum ait Vrſinus; quid autem fuerit in msto, non declarat. Nempe putamus, deſiderabatur præpoſitio κατὰ, quemadmodum in Bav. *Ibid.* τυραννικὴν οὖσαν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ. ἀρχὴν correxit Vrſinus, cum ἀρχαίαν darent mssti. Ejuſdem Ptolemæi crudelitatem & cædes atque libidines notavit Diodorus in Excerpt. de Verſ. 14.

Virt. & Vitiis, T. II. p. 597. ubi simul docet, ob deformem corporis habitum Φύσκωνα fuisse adpellatum.

Vers. 15. *Vers.* 15. ἐθελοντήν. ἐθέλοντες Bav. *Ibid.* ἀντεχόμενοι. ἀνεχόμενοι idem.

C. XXVII. CAPVT XXVII.

Vers. 1. *Vers.* 1. Γναῖος. Mendose Γάϊος Bav. Vide c. 18, 9. & c. 25, 8. *Ibid.* ὁ Μερόλας recepimus ex Bav. Vulgo ὁ Μερούλας. cf. loca modo citata. *Ibid.* εἰς οὐδέν. Sic correxit Ernestus, ut sæpe aliâs, præter necessitatem. Rescribe εἰς οὐθὲν, ut habent superiores editiones consentientibus mss̄tis. *Ibid.* δεῖν μένειν recte Casaub. δεῖ μένειν Vrsin. cum mss̄tis. *Ibid.* διομολογουμένοις correxit Ernestus. Mendose superiores διωμολογουμ. quod ex διωμολογημένοις potest esse corruptum.

Vers. 2. *Vers.* 2. Κομανός. Memoratus est *Comanus* supra, lib. XXVIII. 16, 1.

Vers. 3. *Vers.* 3. Ἀπέλυσε. Nihil de hoc loco in Notis monuit Vrsinus; sed non dubitamus, mutatum ab illo verbum esse in ἀπέλυσαν, ut conveniret cum mendosa scriptura, οἱ πρεσβευταὶ πορευόμενοι, quam paulo post dabant mss̄ti & tenuerunt editores. REISKIVS, cum nescire, mss̄tos codices ἀπέλυσε dare, sic corrigendum acute suspicatus erat: „Fuit, inquit, cum suspicarer legendum esse ἀπέλυσε δὲ - - ἀπράκτους ὁ πρεσβύτερος Πτολεμαῖος. Si bene habet (inquit) vulgata, necesse est ut hæc sit sententia: Legati in Syriam missi, præter Alexandriam transeuntes, obiter absolverunt Torquatum munere legationis. Sed obstant hæc: primum, illi legati, (p. 1314.) [XXXI. 23, 9 sqq.] Tib. Gracchus, L. Lentulus & Servilius Glaucia, per Græciam & Asiam tendebant in Syriam; nisi dicemus, hoc factum esse ab ipsis e Syria domum redeuntibus: deinde, qui poterant legati ipsi alterum legatum, dignitate parem, munere legationis absolvere?“ — *Ibid.* τοὺς περὶ Τίτον. conf. 26, 1. & ibi notata.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXXII. L. XXXII.

RELIQVIAS.

CAPVT I. Cap. I.

Verſ. 1. Κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιρούς &c. Excer- Verſ. 1.
ptam eſſe hanc eclogam ex rebus anni proxime ſequentis eum, in quo deſiit ſuperior ecloga, intelligitur ex ipſo argumento; quandoquidem hac ecloga, in *Rebus in Italia geſtis*, (verſ. 6.) narratur, *Romæ in ſenatum introductos eſſe eos legatos*, (verſ. 1.) qui ſub finem ſuperioris anni Romam erant miſſi. (XXXI. 27, 2.) Vt autem e novo Libro ductam eamdem ſtatueremus eclogam, induxerunt nos ipſa verba, a quibus incipit, Κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιρούς, id eſt, *hoc tempore, in quo nunc verſatur hiſtoria, & de quo modo diſſeruimus;* tum verba his ſimilia cap. 2, 2. οὐ πολλοῖς ἀνώτερον χρόνοις τοῖς λεγομένοις, id eſt, *non multo ante hæc tempora de quibus diximus.* Quæ verba indicio eſſe nobis viſa erant, hac regione e profeſſo *de ratione temporis*, in quo verſatur narratio, differuiſſe Scriptorem; quod ab eo factum conſentaneum eſt ſive in novæ Olympiadis initio, ſive in novi Libri exordio. Atqui nova hoc anno Olympias non cepit initium; nam in media Olymp. CLIV. verſatur narratio. Quare, ab hujus anni rebus, novi Libri factum eſſe initium, probabile nobis viſum erat; qui *Liber* ordine *triceſimus ſecundus* eſt. Ceterum a nemine, quod ſciamus, diſerte citatur ſecundus hic et triceſimus Polybii liber, niſi

Verſ. 1. ab Athenæo lib. X. c. 11. ubi ex hoc Libro verba quædam citat Polybii, quæ ſuo loco cap. 20. inſeruimus & Eclogæ CXXVI. de Legationibus ſubjecimus. Sed Libri tertii & triceſimi initium diſcimus ex titulo oræ codicis Vrſini & Bavarici ad Eclogam de Legat. CXXIX adſcripto; unde colligitur, res *ſecundo & triceſimo Libro* a Polybio expoſitas excurriſſe uſque ad finem Olympiadis CLV. id eſt uſque in annum ab V. C. 598.

Ibid. οἱ περὶ τὸν Κομανόν. Vide XXXI. 27, 2.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Μένυλλον. — „Admonendos lectores putamus, duobus locis in hoc Fragmento Μένυλλον Ptolemæi legatum appellari, pro Μενίδυλλον, ut nos reſtituimus.“ VRSINVS. — Conf. XXXI. 18, 4. ibique notata, & 20, 8. *Ibid.* τὸν περὶ Τίτον καὶ Γναῖον. conf. XXXI. 26, 1. & 27, 1.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. τὴν συμμαχίαν ἀναιρεῖν. Sic diſerte expreſſum eſt in Vrſini editione, quemadmodum in ſequentibus; quamquam in Notis ita citantur iſta, quaſi in contextu expreſſum eſſet αἱρεῖν, quo de verbo deinde ſic monuit VRSINVS: αἱρεῖν ad oram libri in ἀναιρεῖν mutatum eſt. Ego vero non video, cur receptam in contextum lectionem mutare opus ſit.“ — Vnde merito, cum REISKIO, — „mireris inconſtantiam & repugnantiam hominis, quid ipſe aut voluerit aut noluerit, aut fecerit & ſuaſerit, aut omiſerit & vetuerit, dubium relinquentis.“ — Ac magis ſane mireris, ſi cum his, quæ ad Polybium notavit Vrſinus, contuleris ea, quæ ad Diodori Eclog. de Legat. XXIII. T. II. p. 606. (ubi idem tractatur argumentum) idem primus editor harum Eclogarum adnotavit, contuleris. Nam, cum apud Diodorum legatur, καὶ τὴν συμμαχίαν ἀνελεῖν, ſic monuit ibi ille: „Polybius habet αἱρεῖν, ex quo nos ἀναιρεῖν fecimus.“ — At ſane, percommode quidem dictum fuerit τὴν συμμαχίαν ἀναιρεῖν, *tollere, diſſolvere ſocietatem;* quemadmodum ἀναιρεῖν τὰ πρὸ τοῦ καλὰ XV. 7, 6. eſt *priſtina præclare facta tollere, evertere, irrita reddere;*

&

& ἀναιρεῖν τὸν πόλεμον IX. 11, 2. *tollere, delere bellum, finem facere belli.* Et potuerunt h. l. facile, ob terminationem præcedentis vocis, duæ literæ *αν* initio ſequentis verbi intercidere. Sed potuerat pari jure levioreque mutatione, (quemadmodum perſpecte REISKIVS monuit) ex αἴρειν, quod erat in Vrſini codice, & quod unice agnoſcit Bavaricus, αἴρειν effici. Valet enim ἄιρειν idem ac ἀναιρεῖν. Sic ἄιρειν τὸν πόλεμον XI. 5, 6. idem eſt ac ἀναιρεῖν τὸν πόλεμον IX. 11, 2. Quum vero in Diodori Siculi mentionem inciderimus, lubet nonnulla, quæ mendoſe vulgo apud eum prædicto loco leguntur, e codice noſtro Bavarico emendare. Nempe is initio ſtatim eclogæ, pro τοῦ νέου Πτολεμαίου, τοῦ νεωτέρου Πτολ. habet: ſed id quidem parum refert. Deinde vero, pro κατὰ μέρος, utique cum codice noſtro τὰ κατὰ μέρος fuerit legendum. Denique pro τὴν ἔννοιαν, ſub finem fragmenti, τὴν ἐννοιαν cum eodem haud dubie reponendum. Verſ. 3.

Verſ. 4. Πόπλιος Ἀπούστιος. — „Ita emendavimus, cum in exemplari ſit Πόπλιος Ἀστούβιος. [Sic & in Bav.] *Apuſtia* vero *gens* nota, cum ex Livii lib. XXXI. tum ex monumentis magiſtratuum Capitolinis.“ VRSINVS. Verſ. 4.

CAPVT II. Cap. II.

Verſ. 1. Κατὰ τὴν Λιβύην Μασσανάσσης &c. Μασσανάσης Bav. De argumento hujus fragmenti conf. Appiani Punic. c. 67. ſub fin. & quæ ibi notavimus ex Freinſhemii Supplem. Liv. XLVII. 19 ſq. *Ibid.* Ἐμπόρια bene edd. ἐμπορία Bav. ἐμπορεῖα debuerat, quod perinde eſt. Conf. I. 82, 6. & ibi notata. Adde Liv. XXXIV. 62. Verſ. 1.

Ibid. καὶ πάλαι τὸ πλῆθος - - - ἀφθαλμιῶν. — „Mallem καὶ περὶ τὸ πλῆθος; ut II. 17, [3.] οἷς ἐπιμιγνύμενοι - - καὶ περὶ τὸ κάλλος τῆς χώρας ὀφθαλμιάσαντες.“ GRONOVIVS *in Notis editis.* καὶ πάλαι περὶ vel πρὸς τὸ πλῆθος legere juſſit Reiſkius, &, præter locum, a Gronovio citatum, provocavit ad I. 7, 2. Aliam ejuſdem verbi

conſtructionem, ὀφθαλμιᾶν ἐπί τινι habemus in fragmento neſcimus cujus ſcriptoris apud Suidam in ὀφθαλμιάσαι.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τῶν λεγομένων. Mendoſe τῶν ἀλεγομένων Bav.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἐκτεθηλύνθαι. Hanc verbi formam (quam cum Reiſkio unice probandam cenſuit Erneſtus in Lexic. Polyb.) poſcere utique viſa eſt derivatio a nomine θῆλυς. Eodem verbo & alii utuntur ſcriptores, & Noſter rurſus XXXVII. 2, 2. Altera forma, ἐκθελαύνειν, nemini, quod ſciamus, uſurpata.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Ἐπεὶ τοῖς χρόνοις οὐ πολλοῖς ἀνώτερον. Malimus ἐπεὶ καὶ χρόνοις &c. Certe opportune hic ſtaret particula καὶ, nullam contra vim habet & prorſus etiam incommodus h. l. videtur articulus τοῖς. *Ibid.* διώκων τὸν Ἀφθήρατον ἀποστάτην. — „Nomen Ἀφθήρατον mihi quidem ſuſpectum eſt: neque vero, niſi ex hiſtoria, ſi quæ extat, corrigi poteſt.“ VRSINVS. — Exſtat hiſtoria apud Livium XXXIV. 62. ubi *Aphirem* vulgo ſcribunt nomen illius hominis, unus codex Moguntinus *Anthirem.*

Verſ. 8. *Verſ.* 8. εἰς τοῦτο συνεκλείσθησαν. Bene ſic Vrſinus & ſequentes; ſolet enim id verbum frequentare Polybius hac notione, *eo redacti ſunt*, *ad hoc coacti ſunt.* εἰς τοῦτο συνέβησαν habet Bav. in contextu; in ora vero, γρ. συνεκλήθησαν. *Ibid.* διὰ τῶν ἀποφάσεων. Haud ſatis integra hæc verba putamus; adjectum oportuit τῆς συγκλήτου, vel τῶν Ῥωμαίων aut πρεσβευτῶν, *per ſenatus*, vel *per Romanorum*, *per legatorum Romanorum reſponſa.* *Ibid.* ὥστε μὴ μόνον τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν ἀποβαλεῖν &c. — „De hac re ita ſcribit Livius in Epitoma libri XLVII. *Miſſi a Senatu legati, qui inter Maſiniſſam & Carthaginienſes de agro judicarent* &c. In exemplari græco male ἀποβαλεῖν legebatur, [ſic & in Bav.] pro ἀποβαλεῖν. Et pro καρπίας, opinor ἐπικαρπίας ſcribendum eſſe.“ VRSINVS. — *Ibid.* τῆς καρπίας τῶν χρόνων. — „Forte τῆς (id eſt, ἀντὶ τῆς, vel ὀνόματι τῆς) ἐπικαρπίας τῶν χωρίων. Vidit ex parte Vrſinus.“ REISKIVS. — Verbum καρπεύειν τὴν χώραν,

χώρων. *fructum agri percipere*, habemus X. 28, 3. Neque nomen ſimplex καρπία (vel καρπεία, ut ſcribit Henr. Stephanus in Theſauro) temere aſpernandum. Certe Pollux VII. 149. diſerte ait: τὸ μὲν καρποῦσθαι, κάρπωσιν λέγει Ξενοφῶν, ἣν οἱ νῦν καρπίαν. & ſect. 152. idem ex Ariſtophane citavit ἡ πρωΐα καρπία, pro ὁ πρώϊμος καρπός. Quod vero χωρίων pro χρόνων Reiſkius maluit, ſpeciem quidem habet, neque tamen vulgatum temere damnaverimus, quod commodiſſime ſane locum ſuum tuetur, *fructuum perceptionem omnium temporum, ex quo tempore* &c. Ceterum de divitibus illius regionis reditibus judicari ex iis poteſt, quæ Livius ſcribit XXXIV. 62. *Emporia vocant eam regionem. Ora eſt minoris Syrtis, & agri uberis: una civitas ejus Leptis; ea ſingula in dies talenta vectigal Carthaginienſibus dedit.* Verſ. 8.

CAPVT III. Cap. III.

Verſ. 2. αὐτὸς δὲ πάλιν τὸν ἀδελφὸν Ἄτταλον. Poſt hæc verba reponendum videtur verbum ἐξαπέστειλε, quod in ἐξαποστείλας corruptum eſt, & alieno loco *verſ.* 3. inſertum. Deinde, retenta copula τε, *verſ.* 3. ita diſtinguenda oratio: Ἀριαράθης δὲ τῇ τε Ῥώμῃ στέφανον ἀπὸ χρυσίων μυρίων ἔπεμψε, καὶ πρεσβευτὰς, deleto commate poſt μυρίων. *Ibid.* τὰς διαβολὰς correxit Vrſinus. τὰς ἐπιβολὰς mſsti. „διαβολὰς (ut recte monuit VRSINVS) refertur ad ſuperiora illa, τοὺς κατηγορήσοντας Εὐμένους. Verſ. 2.

Verſ. 3. τὴν πρὸς τὸν Τιβ. Poterat utcumque teneri particula τε, quamquam non ſatis commode. De *Tiberio Graccho* in Aſiam miſſo conf. XXXI. 23, 9 ſqq. *Ibid.* Quatuor verba, καὶ καθόλου παρακαλέσοντας διασαφεῖν, deſiderantur in Vrſini editione, neſcimus codiciſne mſti, an Vrſini operarumve culpa. Adiecit Caſaubonus, ex Andreæ Schotti putamus codice; & habet eadem verba codex noſter Bav. *Ibid.* ὑπὲρ ὧν ἂν δέωνται. Sic recte Vrſinus. δέονται Bav. *Ibid.* διότι πᾶν ποιήσειν. Corrupte διότι παῖδα ποιήσειν Bav. Verſ. 3.

CAPVT

CAPVT IV.

Cap. IV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Τοῦ Μηνοχάρους. *Menochares*, Demetrii, qui Roma profugus Syriæ regnum occupaverat, amicus, & ab eo ad Gracchum alioſque Romanos legatos, qui in Aſia erant, miſſus, ut voluntatem Romanorum exploraret. Idem deinde ab eodem Demetrio Romam miſſus, cap. 6, 1. ubi tamen Μηνόχαριν vulgo ſcribunt, tamquam a primo caſu Μηνόχαρις, quum Μηνοχάρην oporteret, a nominativo ὁ Μηνοχάρης, τοῦ Μηνοχάρους.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. εἰς Ῥόδον correxit Vrſinus. Corrupte εἰς Ῥάδον mssti; & præterea in ora codicis Bav. notatur Ῥάδος. *Ibid.* ἕως ἐξειργάσατο. Sic recte codex Vrſini & Bav. quod temere in ἐξειργάσαιτο mutavit Vrſinus, mendoſum verbum, quod eodem modo & in contextu & in Notis Vrſini repetitur. Id deinde ſua auctoritate in ἐξειργάσαντο mutavit Caſaubonus, quod tenuere poſteriores editores. Sed nil opus: bene habet ἐξειργάσατο, ut monuit Reiſkius. *Non deſtitit Demetrius, donec perfecit, ut* (intellige, Graccho & collegis ſuam pro eo operam ſuaque officia interponentibus) *Rex a Romanis adpellaretur.*

Verſ. 4. *Verſ.* 4. συνεβάλλετο. Neſcimus conſilio ne an caſu hoc in contextum Vrſini ſit receptum, unde propagatum in ceteras editiones. Teneri poterat συνεβάλλετο, quod non ſolum Bav. habet, ſed & Vrſini codex, ut e Notis editoris intelligitur. — *Ibid.* Ικτήσασθαι τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ. Tenuimus hoc ex Caſauboni editione. Mendoſe αὐτῶν erat in mſstis, quod in αὐτὸν mutavit VRSINVS, hac adjecta adnotatione: „τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν αὐτόν. Ita videtur legendum, cum in exemplari corrupte ſit αὐτῶν, pro quo αὐτῷ poſſumus etiam emendare, ut ad verbum συνεβάλλετο referatur.“

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τὸν κριτικὸν Ἰσοκράτην. — „*Criticos* appellabant veteres, cum omnium antiquorum auctorum, tum Homeri maxime, interpretes & ludimagiſtros.“ REISKIVS. — Conf. Sextum Empir. adv. Grammat. lib. I. ſect.

sect. 79. & auctores quos ibi laudavit doctissimus editor. De *Isocrate*, quem memorat, confer mox cap. 6. ubi γραμματικὸς vocatur homo, quod perinde est.

CAPVT V. Cap. V.

Vers. 1. παρ' Ἀριαράθου πρέσβεις. Vide c. 3, 3. Idem argumentum persecutus est Diodorus, Eclog. Legat. 24. ubi rursus mendose ἔννοιαν vulgo edunt, pro εὔνοιαν, quod recte habet Bav. Conf. supra ad c. 1, 3. Vers. 1.

Vers. 2. καὶ τούτων μάρτυρας ἐπέμποντο. Bene Casaubonus, *cujus rei testem citabant:* sed, quod mendosum verbum judicaret, asteriscum ante illud interseruit. Perspecte vero Gronovius ad oram sui exempli calamo notavit: „Forte ἐποιοῦντο." Eamdemque emendationem Reiskius proposuit: atque eam in contextum receptam velimus. Vers. 2.

Vers. 3. χάριτος. μετὰ μεγάλης χαρᾶς Bav. in contextu, minus recte: sed idem in ora γρ'. χάριτος. *Ibid.* τόν τε σκηπίωνα, *scipionem*, nempe *scepirum eburneum*, regis insigne. σκηπίωνα Casaubono debetur, sic vero & scriptum in Bav. σκήπωνα Vrsin. ne id quidem male, an fortasse rectius. Suidas: σκήπων· ῥόπαλον. Nisi σκίπωνα malimus. Hesychius: σκίπων· βακτηρία, ῥάβδος. σκίπωνι· τῇ βακτηρίᾳ. Suidas: σκίπωνος· τῆς ῥάβδου. *Ibid.* καὶ τὸν ἐλεφάντινον δίφρον. — „Hinc exstant hodieque nummi, Ariobarzanem in sella curruli sedentem exhibentes, cum epigraphe, Βασιλέως Ἀριοβαρζάνου. Φιλορωμαίου." SPANHEMIVS *de Vsu & Præstantia Numism.* T. I. p. 475. Vers. 3.

Vers. 4. ἔτι πρὸ τοῦ χειμῶνος. Non in superioris anni, sed in novi anni rebus hæc exposuisse Polybium, intelligitur non solum ex more ejus, a rebus Romæ gestis incipiendi historiam rerum quoque anno gestarum, sed & ex eo quod mox sequitur, ἤδη τῶν ὑπάτων τὰς ἀρχὰς εἰληφότων. Iam sæpe monuimus, quæ hyeme gesta sunt, ea in sequentis anni rebus narrari a scriptore nostro. Vers. 4.

Vers.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *ἀπέσταλκε.* Forte *ἀπεστάλκει.* De re conf. c. 3, 1. *Ibid. καὶ πλειόνων.* Conjunctionem *καὶ*, quæ abeſt a msstis, ex ingenio adjecit Vrſinus.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *ἐφιλοποιεῖτο.* — „*ἐφιλοφρονεῖτο* emendavimus, cum in exemplari ſcriptum eſſet *ἐφιλοπονεῖτο.*“ VRSINVS. — „Percommoda utique iſta emendatio: ſed quum perſpicue *ἐφιλοποιεῖτο* dederit Bavaricus noſter, noluimus Polybio ſubripere verbum, quo & aliàs uſus eſt; vide III. 42, 2. *Ibid. συνηῦξε τὸν Ἄτταλον.* Aut ſic, aut *συνηύξανε*, pro vulgato *συνηύξετο* legendum recte monuit Reiſkius.

Cap. VI. CAPVT VI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *οἱ περὶ τὸν* Μηνόχαριν. Vide notata ad c. 4, 1. De re conſer Appiani Syriac. c. 47. *Ibid. ἅμα δὲ καὶ &c.* Inde ab his verbis, uſque *ἐν τοῖς συγκρίσεσιν*, deſiderantur omnia in cod. Bav.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *τὸν Ἰσοκράτην.* Vide c. 3, 5.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *τῶν τὰς ἀκροάσεις ποιουμένων.* — „Vide Valeſii libell. de Critica p. 149. Mihi ſatis probatur Caſauboni interpretatio hujus loci.“ REISKIVS. — Caſauboni verſionem & nos tenuimus: *ex eorum numero qui recitationes publicas habere ſolent. Ibid. καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀλκαῖον.* — „Videtur hic *Alcæus* eſſe ille Philoſophus Epicureus, qui una cum aliis ſuæ ſectæ Roma pulſus eſt A. V. 581. auctore Athenæo [lib. XII.] p. 547. & Aelian. Var. Hiſt. IX. 12.“ REISKIVS.

Ibid. ἐν τοῖς συγκρίσεσιν. Si vera hæc eſt ſcriptura, recte eam interpretatus fuerit Caſaub. *in commiſſionibus*, id eſt, *in diſceptationibus.* Sed ſpeciem utique habet REISKII conjectura. — „Forte *ἐν τοῖς συγκυρήσεσιν*, inquit: *congreſſibus, conventibus fortuitis*, quum ambo in ſe inciderent, Athenis puta, ubi ambo una verſabantur, antequam Alcæus Romam, Iſocrates in Syriam abiret.“ —

Verſ.

Verſ. 6. καταφρονήσας τῶν ἀνθρώπων. — „Habens eos pro ſimplicioribus atque hebetioribus, quam ut ab ipſis ad ſe damnum proficiſci poſſet; ſed, quidquid inter eos ageret, diceretve, id ſibi tutum & inultum fore: nam & tardiores eos eſſe, quam qui ſeditioſe dicta & inimice in Romanos animadverterent; & honeſtiores atque meliores, quam qui a ſe contumelioſe in Romanos dicta & facta ad eos referrent. Sed in utroque multum fallebatur. Si qui mortalium aſtuti, nequam, veteratores & improbi, perfidi, perjuri ſunt, certe Syri fuerunt omnium maxime, in quo teſtimonium omnis vetuſtatis conſentit." REISKIVS. — Verſ. 6.

Verſ. 7. δίκαια πεπονθέναι. — „Ita omnino ſcribendum; non, ut in exemplari legebatur, πεποιηκέναι, quæ lectio nullo pacto ferri poteſt." VRSINVS. — *Ibid.* καταλειφθῆναι correxit Vrſin. καταληφθῆναι mssti. *Ibid.* τῆς ἀναιδοῦς ἐξουσίας. ἀναιδοῦς debetur Vrſini ingenio, in cujus codice ἀναίδης fuit; ſic & in Bav. in quo tamen (ut ſæpe aliâs) litera δ ita ſimilis literæ σ eſt, ut ἀναίσης ſcriptum videri poſſit. Potueras etiam ſuſpicari, ἀναίδης ex ἀναίδειν eſſe corruptum, quod ipſum (minus quidem recte) pro ἀνέδην ponere ſolent noſtri librarii. Sic X, 26, 5, χρώμενος τῇ ἐξουσίᾳ ἀναίδην vel potius ἀνέδην. Verſ. 7.

CAPVT VII. Cap. VII.

Verſ. 2. ἐν τῇ Λαοδικείᾳ. — „*Laodiceæ* enim cædes illa erat perpetrata." REISKIVS. — Appian. Syriac. c. 46. Cicero Orat. Philippic. IX. 2. *Ibid.* δίκαια πεποιηκέναι τὸν Γναῖον. — „πεπονθέναι eſt ab Vrſino, in cujus codice fuit πεποιηκέναι, quod facile poſſit locum tueri. ποιεῖν τινα τὰ δίκαια idem eſt atque πρός τινα, *meritis et æquis modis aliquem accipere.*" REISKIVS. Sicut dicimus εὖ ποιεῖν τινα, & κακῶς ποιεῖν τινα, ſic etiam ποιεῖν τινα τὰ δίκαια dici poterit. At quemadmodum codex Bav. ignorat h. l. verba τὸν Γναῖον, ſic putamus & ab Vrſini codice abfuiſſe, aut certe per librarii incogitantiam e ſuperioribus Verſ. 2.

bus temere repetita. In Vrſini Notis ad h. l. nihil prorſus adnotatum eſt: videtur hypotheta adnotationem ad cap. 6, 7. temere ad hunc pariter locum retuliſſe.

Ibid. πεπραχέναι. Mendoſe πεπραχθέναι Bav.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. τὸν Γναῖου Φόνον. — „Ita videtur legendum, pro *Φόβον*, ut eſt in libro msto.“ VRSINVS. — Bav. in contextu *Φόνον* habet, & *Φόβον* inter lineas. *Ibid.* Λαοδικέων. Caſaubono hoc debetur. Λαοδικαιέων Vrſin. cum msstis.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. πορεύσεσθαι. πορεύεσθαι Bav.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Ἰσωκράτης.] Perperam h. l. Σωκράτης dabant mssti. — *Ibid.* παρεξέστη τῇ διανοίᾳ. — „Fuiſſe videtur in aliis libris παρέστη, in aliis ἐξέστη. Ita factum, ut ex ambabus una coaleſceret lectio vitioſa: nam alterutra eſt optanda, aut παρέστη, aut ἐξέστη.“ REISKIVS. — Habemus quidem παρεστηκὼς (& παρεστὼς) τῇ διανοίᾳ vel ταῖς διανοίαις, XIV. 5, 7. XXXI. 10, 5. & ψυχὴ ἐξεστηκυῖα τῶν λογισμῶν, XXXII. 25, 8. & ἐξέστη τῶν φρενῶν XV. 29, 7. At id non impedit, quo minus verbo dupliciter compoſito, quod genus inprimis amat ſcriptor noſter, pariter eadem notione uti potuerit. Quare vulgata ſcriptura, in quam conſentiunt codices, ſolicitari neutiquam debuit; præſertim quum idem ipſum verbum inveniamus apud Suidam in Fragmento veteris ſcriptoris, quem haud ſane improbabiliter eumdem Polybium noſtrum eſſe cenſuerat Vrſinus, atque adeo fragmentum illud in Polybii Fragmentis retulerat, quod neſcimus qua de cauſa ex eorum numero rejecit Caſaubonus. Sunt autem verba hujuſmodi, relata a Suida in Παρεκστῆναι & in Ἀκληρούντων· Ὥστε καὶ τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀχανεῖς γενέσθαι, καὶ παρεκστῆναι ταῖς διανοίαις, συμπάσχοντας τῇ τῶν ἀκληρούντων ὑπερωδυνίᾳ.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἐκ τῆς τῶν ὀμμάτων ἐμφάσεως. Articulum τῆς, cum abeſſet ab Vrſini ed. & msstis, adjecit Caſaubonus.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. * μικροῦ δεῖν. — „Poſſit aſteriſcus videri non ſine cauſa adſcriptus. Verba enim μικροῦ δεῖν non ſatis

ſatis huc conveniunt; certe neceſſaria non eſſe videntur, & quod magis eſt, p. 1323, 2. [c. 6, 3.] repugnant, Quomodocunque interpreteris, *pæne non admittebat*, h. e. *parum aberat, ut ne ipſis quidem urbis mœnibus eos recipe-ret.*" REISKIVS. Verſ. 12.

Verſ. 13. κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐξουσίαν. — „ἐξουσίαν ſuſpectum. Non enim convenit loco, & Caſaubonus quoque in latinis præteriit. Sententia poſtulat ὑπόσχεσιν, aut συνθήκην. Poſſit quoque legi σύστασιν, ut p. 1382, 22. [IX. 22, 6.] Formula, τὸ ἱκανὸν ποιῆ exprimit latinum *ſatiſſecerit.*" REISKIVS. — Verſ. 13.

Verſ. 14. Ἦκον δὲ καὶ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν &c. Continuis lineis vulgo hæc ſuperioribus adnexa legebantur. In cod. Bav. a nova linea initium fit hujus Eclogæ, & in ora adſcriptus eſt titulus, Ἀχαιοί. — *Ibid.* Στρατίου. cf. XXVIII. 6, 2. Verſ. 14.

Verſ. 15. καταναλώκει. Tenuimus hoc, ut editum invenimus, & paſſim alias abſque augmento uſurpari id verbum monuerunt grammatici. Receptam tamen vellemus codicis Bav. ſcripturam κατηναλώκει. Verſ. 15.

CAPVT VIII. Cap. VIII.

Verſ. 1. Τὸ μέγιστον καὶ πάλλιστον σημεῖον &c. — „Fragmentum hoc pertinet ad locum, quo commemoravit Polybius obitum *L. Aemilii Pauli*, qui de Macedonia & Perſeo triumphavit: & eo dato loco expoſuit rationem ſuæ cum ejus filio *Scipione Africano minore* familiaritatis celeberrimæ & admirabilis. Videtur L. Aemilius Paulus obiiſſe intra illud biennium, quo Antiochus Eupator in Syria regnavit, quia collocatum invenitur hoc fragmentum inter commemorationem mortis Antiochi, A. V. 591. [aut A. V. 590. vide lib. XXXI. 11.] & L. Anicii conſulatum, A. V. 593. vid. p. 1465, 22." REISKIVS. — De L. Anicii conſulatu, qui in A. V. 594. incidit, non agitur quidem eo loco, quem Reiſkius deſignat, ſcil. XXXII. 21, 6. quemadmodum ibi monebimus, attamen, obiiſſe L. Aemilium eodem L. Anicio & M. Cornelio Cethego Verſ. 1.

Verſ. 1. Conſulibus, intelligitur ex titulo Fabulæ Terentianæ, quæ Adelphi inſcribitur. Certe eo anno acti ſunt Ludi Funebres L. Aemilii; unde colligitur, vel eodem ipſo anno, vel ſub finem anni ſuperioris vivis exceſſiſſe. De ludis iſtis conf. c. 14, 5 ſq. De ejuſdem obitu hæc ſuperſunt in Epitome Livii lib. XLVI. *L. Aemilio Paulo, qui Perſen vicerat, mortuo, tanta ejus abſtinentia fuit, ut, quum ex Hiſpania & ex Macedonia immenſas opes retuliſſet, vix ex auctione ejus redactum ſit, unde uxori ejus dos ſolveretur.* Totam vero Polybii diſputationem *de Aemilio Paulo & de Polybii cum Scipione Aemiliano familiaritate*, ex Polybio, ut pleraque alia ad horum temporum hiſtoriam pertinentia, mutuatus eſt Diodorus Siculus in Eclogis de Virt. & Vitiis T. II. edit. Weſſel. p. 585 ſqq. & ſæpe ita ad verbum repetiit, ut paſſim ex Diodoro nonnulla, quæ apud Polybium peccata a librariis ſunt, corrigi poſſint. Priorem partem ejuſdem fragmenti in lexicon ſuum retulit Suidas, voc. Λεύκιος Αἰμίλιος.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. πλεῖστον μὲν τῶν κατ' αὐτὸν ἐξ Ἰβηρίας χρυσὸν μετενηνοχώς. κατενηνοχώς Suid. De re, quæ hic agitur, hoc monuit VALESIVS: „Hinc manifeſto (inquit) colligitur, L. Aemilium ex Hiſpania triumphaſſe. Accedit & Prologus T. Livii lib. XLVI. in quo legitur: *L. Aemilius Paulus - - cum ex Hiſpania & Macedonia maximas opes retuliſſet.* Vellejus quoque lib. I. [c. 9.] L. Aemilium, priuſquam Perſeum viciſſet, bis triumphaſſe ſcribit, & prætorem & conſulem. At illius triumphi nec Livius, nec Capitolini Faſti, nec Plutarchus meminere. Vide Faſtos Sigonii ad annum urbis 564." —

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τοσοῦτον ἀπέλιπε τὸν ἴδιον βίον, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν Φέρνην τῇ γυναικὶ διαλῦσαι πᾶσαν. — „μὴ δύνασθαι. Quis non poterat? Aemilius? mortuus? Vtique: nam cujus creditoribus ſatiſſit ex ejus bonis relictis, ille ſolvere dicitur, non minus mortuus, quam vivus. Sed nil opus eſt eo confugere: ſubaudiri poteſt τὸν βίον, *non poterant ejus facultates ſolvere dotem & præſtare totam uxori.*

uxori. Poteſt quoque τοὺς παῖδας excidiſſe." REISKIVS. — Poſſis vero & dictionem, in qua hæſit vir doctus, ex communi illa lege explicare, de qua cum ſæpe aliâs diximus, tum præſertim in Adnot. ad I. 4, 1. T. V. p. 136 ſq. ubi frequentem ſcriptoris noſtri morem notavimus *infinitivum verbi activi pro paſſivo* vel *imperſonaliter*, ut ajunt grammatici, uſurpandi. Vers. 4.

Verſ. 5. περὶ τοῦτο τὸ μέρος. Vide Adnot. ad c. 10, 4. Vers. 5.

Verſ. 8. εἰ δ' ἀπίστῳ τὸ λεγόμενον δόξει εἰπέναι τισίν. Vers. 8. Sic ſcribendum recte Reiſkius monuit, ut XVIII. 18, 7. Monuerat etiam GRONOVIVS *in Notis editis* ad h. l. „Corrige ἀπίστῳ, vel ἄπιστον εἶναι." — Alia eſt ratio conſtructionis apud Diodor. loc. cit. p. 585. εἰ δὲ ἄπιστόν τινι φαίνεται τὸ λεγόμενον.

Verſ. 9. τὸν ψευδολόγον. Sic correximus cum Reiſkio. Mendoſe ψευδογολὸν dederat codex Peireſc. quod in ψευδολογούμενον mutavit Valeſius. Verſ. 9.

Verſ. 10. ἔδωκεν αὐτόν. Tenuimus hoc, quod in edit. Erneſt. expreſſum erat, & uſui conveniens eſt Polybii. αὐτὸν Valeſ. Verſ. 10.

CAPVT IX. Cap. IX.

Verſ. 1. τῶν καιρῶν ἐφεστηκότων ἡμᾶς ἐπὶ τὴν οἰκίαν ταύτην. De *præterito* verbi ἵστημι & compoſitorum, contra conſtantem pæne ſcriptorum græcorum uſum, *activa notione* nonnumquam a Polybio uſurpari ſolito, diximus ad III. 9, 4. & ad X. 24, 2. De notione verbi ἐφίστημι confer præterea notata ad III. 118, 11. & ad IV. 40, 1. Verſ. 1.

Verſ. 5. τῶν ἀναπεπλημένων ἐπτεμπομένων ἐπὶ τὰς πόλεις. Per Hetruriæ oppida diſtributos eſſe Achæorum exſules, docet Pauſanias VII. 10. p. 549. *Ibid.* διέπεσαν πρὸς τὸν στρατηγὸν, μεῖναι τὸν Πολύβιον ἐν τῇ Ῥώμῃ. — „Forte διέπραξαν, *perfecerunt, impetrarunt precibus & gratia*, πρὸς τῶν στρατηγῶν, *a conſulibus.*" REISKIVS. — Vt nunc quidem ſtat ſententia, præferenda mihi videtur Valeſii conjectura διέσπευσαν, *contendebant apud prætorem;* Verſ. 5.

torem; cum quod proxime hoc abeſt a librorum ſcriptura, tum quod eo verbo eadem notione uſus eſt Noſter IV. 33, 9. Poſſet ipſum διέπεσεν teneri, hoc ſenſu *feſtinarunt ad prætorem*, niſi ſequeretur infinitivus μεῖναι.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. κατὰ ταὐτό. — κατ' αὐτὸ vulgare eſt, pro quo ſcriptores terſiores κατὰ ταὐτὸ uſurpant. Sed Polybius haud curat elegantiam." REISKIVS. — Mihi non elegantia, ſed ipſa ſermonis græci ratio, ταὐτὸ requirere viſa eſt: neque memini aliâs a Polybio κατ' αὐτὸ aut aliquid ſimile pro κατὰ ταὐτὸ uſurpatum. *Ibid.* ἐπὶ θάτερα, *in alteram partem.* Sic ſcribendum recte monuit Reiſkius, & ante eum Gronovius: „Melius forte (ait) ἐπὶ θάτερα." Vulgo ἐπὶ θατέρᾳ, quod notat *in altera parte, ab altera parte.*

Verſ. 9. *Verſ.* 9. δύω τρώγομεν ἀδελφοί. Neſcimus an proverbialis quodammodo hæc ſit locutio, *duo una alimur fratres.* Frigida utique eſt Reiſkii conjectura.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ἢ δῆλον. Recte ſic Erneſtus, *ſane manifeſtum eſt.* ἢ δῆλον Valeſ.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. καὶ πράξεως. — „πράξις hic loci eſt *induſtria, ſolertia, diligentia, aſſiduitas.* vide p. 1467, ult. & 1468, 7." [c. 23, 4 & 6.] REISKIVS. —

Cap. X. CAPVT X.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. οὐ γὰρ εἶχε πλέον ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τότε. Non poſt L. Aemilii mortem annum decimum octavum agebat Scipio, quemadmodum accepiſſe ex hoc Polybii loco videtur Diodorus Siculus, ſed annum tunc agebat quintum ac viceſimum. Loquitur vero nunc Polybius de re, quæ ſuperiori tempore geſta eſt, haud multo poſt devictum ab Aemilio Perſeum. Vide Valeſii Notam ad Diodor. T. II. p. 585 ſq.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Poſt καταγινώσκων adjicienda verba τοῦτο σοῦ putavit Reiſkius; quibus, ſi quid nos videmus, facile poſſumus carere.

Verſ.

Verſ. 4. *γε μήν.* In ora hoc poſuerat Valeſius: in contextu e codice Peireſc. mendoſe editum *τε μήν.* *Ibid.* *ὅτι δοκεῖ σοι * τὸ πρᾶΰτερον εἶναι* &c. Aſteriſcum interpoſuit Valeſius, & ad oram adnotavit: „Deeſt ὄνειδος." — Nobis ſecus videtur. Scribe *ὅτι δοκεῖς σὺ πρᾶΰτερος εἶναι, quod tu videris mitioris eſſe ingenii:* niſi magis placet, *ὅτι δοκεῖς σὺ σοὶ πρᾶΰτερος εἶναι, quod tu tibi videris* &c. Sic verſ. 10. *δόξω γὰρ αὐτόθεν εὐθέως ἐμαυτῷ* &c. Quod in Scholio ſub contextu adjecimus: *An δοκεῖ σοι λυπεῖν τὸ πρᾶΰτερον εἶναι?* volueramus *δοκεῖ σε λυπεῖν* ſcribere. cf. c. 9, 11. & c. 10, 8. Verſ. 4.

Verſ. 8. *καθὼς φῂς.* Vulgo *καὶ καθὼς φῂς.* Delevimus importunam particulam, monitus etiam a Reiſkio, Verſ. 8.

CAPVT XI. Cap. XI.

Verſ. 3. *δυσεφικτός.* Sic quidem ediderunt omnes: ſed grammatica ratio *δυσέφικτος* poſcit, retracto accentu, quemadmodum & Erneſtus in Lexico Polyb. exprimi curavit: atque ita reſcriptum velimus. *Ibid.* *εὐθήρατος ἦν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ.* Ab horum verborum ſententia mirum quantum aberravit doctiſſimus Valeſius, vertens: *tum vero maxime in urbe inſidiis appetebatur.* Perſpecte Erneſtus in Lexic. Polyb. *εὐθήρατος στέφανος, laus facile comparanda.* Verſ. 3.

Verſ. 4. *τὴν τῶν Ἑλλήνων εἰς τοῦτο τὸ μέρος εὐχέρειαν.* — „In msto erat *ἐν τοῦτο*, corrupte. Diodorus Sicul. p. 329. hujus edit. [nempe edit. Valeſii Eclogarum de Virt. & Vitiis; T. II. p. 586. ed. Weſſel.] habet *περὶ τοῦτο.*" VALESIVS. — Scilicet ſic Diodorus: *ταχέως ἐζήλωσαν τῶν Ἑλλήνων τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος εὐχέρειαν.* Non male ſane; ſed & per ſe rectiſſime, & propius ad ſcripturæ codicum veſtigia, Valeſius *εἰς τοῦτο* ſcripſit: poterat & *ἐς τοῦτο* ſufficere. Ceterum iſtam Valeſii Adnotationem, contra ejus mentem voluntatemque, ad illa verba cap. 8, 5. *θαυμαζομένων παρὰ τοῖς Ἕλλησι περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀνδρῶν* retulerunt Gronovius Erneſtuſque: & poſſet Verſ. 4.

quidem ibi pariter percommode ἐς τοῦτο τὸ μέρος ſcribi; ſed ibi codex περὶ dabat, quemadmodum editum eſt.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ὥστε πολλοὺς μὲν ἐρώμενον ἠγορακέναι ταλάντου. — „Huc pertinet objurgatio illa M. Catonis, qui aſſidue querebatur, *peregrinas delicias in urbem intromitti, ac Ponticorum ſalſamentorum vas trecentis drachmis, pueros formoſos agrorum pretio æſtimari*, ut Polybius ſcripſerat lib. XXXI. teſte Athenæo: Κάτων δὲ ἐκεῖνος, ὡς Πολύβιος ἱστορεῖ &c. [Vide Reliq. libri XXXI. c. 24.] Qui locus Polybii poſt ea verba, quæ hic attuli, poſitus mihi fuiſſe videtur.“ VALESIVS. — At nulla neceſſitas cogit, ut illa Polybii verba, quæ ſunt ab Athenæo citata, hoc potiſſimum loco a Polybio inſerta fuiſſe putemus: immo ne ſatis commode quidem, quamquam eadem de re agunt, locum hic invenerint. Ceterum confer notata ad XXXI. 24.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. περί τε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους. Particulam τε, quæ & aliàs, & ex uſu potiſſimum Polybii, hic deſiderari videbatur, cum abeſſet vulgo, recepimus ex Suida in Ἐπίφασις. *Ibid.* τῶν ἐκ Μακεδονίας μεταπομπευσθέντων εἰς τὴν Ῥώμην χορηγιῶν. Dedit hoc, ut in brevi ſcholio diximus, idem Suidas ibidem. Et monuerat GRONOVIVS: „Aut repone χορηγίων, aut μεταπομπευσθέντων χορηγιῶν, ut apud Suidam legitur in Ἐπίφασις.“ — Cum vero τὰ χορήγια, τῶν χορηγίων, Polybianum ſit vocabulum, de quo diximus ad l. 17, 5. probabilior fuerit utique, quemadmodum & ſimplicior, illa emendandi ratio, ut ſervato participio neutrius generis μεταπομπευθέντων, quod codex Peireſc. dabat, χορηγίων ſcribamus.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἐν ἴσῳ πέντε τοῖς πρώτοις ἔτεσι. — „Quinquennium intellige, quod eſt a tyrocinio ac ſumta virili toga ad annum uſque viceſimum. Eo enim temporis ſpatio maxima cuſtodia adoleſcentes indigent. Romæ certe ex fama illius ætatis judicium de reliqua omni vita ferebatur, ut docet Cicero in Oratione pro M. Cœlio, his verbis: *Qua in ætate niſi qui ſe ipſe ſua gravitate & caſtimonia, & cum diſciplina domeſtica, tum etiam naturali quodam*

quodam bono defenderat; quoquo modo a ſuis cuſtoditus eſſet, tamen infamiam veram effugere non poterat. Sed qui prima illa initia ætatis integra atque inviolata præſtitiſſet; de ejus fama ac pudicitia, cum is jam ſe corroboraviſſet, ac vir inter viros eſſet, nemo loquebatur. Idem ait Polybius lib. VI. *ἡ δὲ ἐφηβεία κανὼν ἦν ὀρθοῦ βίου καὶ ὑγιοῦς.*" VALESIVS. — Quid ſpectarit, quidve paſſus vir doctiſſimus, quod hujus dicti, *ἡ ἐφηβεία* &c. auctorem Polybium citavit, neſcimus nos quidem; ſane nihil tale apud ſcriptorem hunc nos legere meminimus. Ex Artemidori Onirocrit. I. p. 30. poſt Budæum hæc verba citavit Henr. Stephanus in Theſauro Gr. Ling. ad voc. Ἐφηβία· *σχεδὸν γὰρ ἡ ἐφηβία κανών ἐστιν ὀρθοῦ βίου τινὸς καὶ ὑγιοῦς.* Nempe ex mera conjectura, & nimis ſane confidenter, Valeſius totum illud fragmentum, quod Suidas ad vocab. Ἔφηβος exhibet, quod in iſta verba exit, *ἡ δὲ ἐφηβεία κανὼν ἦν ὀρθοῦ βίου καὶ ὑγιοῦς*, ad Polybium auctorem retulerat, & in Fragmentis Polybii e libro VI ductis poſuerat, cum tamen totum Artemidori ſit. Verſ. 8.

Ibid. τὴν ἐπ' εὐταξίᾳ καὶ σωφροσύνῃ δόξαν. VALESIVS, *ἐπ' αὐτοεξίᾳ* edens, hæc adnotavit: „Sic correximus, cum in exemplari eſſet *αὐτὸ ἀξίᾳ* nullo ſenſu. Eſt autem *αὐτοεξία* proprie *continentia.* Græci enim eleganter dicunt *παρ' αὐτῷ ἔχειν*, quod eſt *continere.* Sic Iſocrates olim Sophocli ajebat, *οὐ μόνον δεῖ, Σοφόκλεις, τὰς χεῖρας ἔχειν παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμούς*, teſte Plutarcho in Iſocrate, & Stobæo in cap. de Continentia. Demoſthenes in Orat. in Midiam: *ὑβριστὴς γὰρ εἶ, ὦ Μειδία, καὶ οὐκ ἐθέλεις ἔχειν παρὰ σαυτῷ τὼ χεῖρε.* Diodorus Siculus in hoc loco Polybii legiſſe videtur *ἐπ' εὐταξίᾳ*, ut videre eſt in ejus Excerptis p. 329. editionis noſtræ: [T. II. p. 586. lin. 65. ed. Weſſel.] eaque vera mihi lectio videtur: nam illud *αὐτοεξίᾳ*, quod mihi initio placuerat, vereor ut græcum non ſit." — Poſteriorem hanc Valeſii ſententiam merito probavit Weſſeling. ad Diodor. l. c. (ubi quidem Adnotatio, quæ ad p. 586, lin. 65. referri

Verſ. 8. debebat, per typothetæ errorem ad p. 587. lin. 31. relata eſt.) Neque ſane ulla probabilis cauſſa erat, cur ἐπ' αὐταρκείᾳ maluerit REISKIVS, cujus ſententiæ nullam aliam rationem adfert vir doctus, niſi quod ait: „Natus error videtur e compendio librariorum ξ, de quo monui ad p. 573, 16." (Adnotationem ſuam dicit ad V. 68, 1.) Eſt autem εὐταξία h. l. *morum modeſtia.* Sic Heſychius: Εὐταξία· εὐκοσμία. Ad præpoſitionem κατὰ idem Reiſkius, cum importune vulgo poſitam ſic videret, ἐποιήσατο κατὰ τὴν ἐπ' &c. nec tamen deletam vellet, excidiſſe aliquid ſuſpicatus eſt, veluti κατὰ Ῥώμην, aut κατὰ Ῥώμης, aut κατὰ τῶν Ῥωμαίων, quorum nobis quidem nullum facere ſatis viſum erat.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. καλὴν μὲν ὑποδοχήν. „Aut καλὸν μὲν ὑπόδειγμα, aut καλὴν μὲν διδαχήν." REISKIVS. — ERNESTVS, vulgatum tenens, ὑποδοχὴν interpretatus eſt, *adjumentum*, quaſi *perfugium*, unde petere ſcilicet poterat monita, præcepta, exempla, conſilia.

Cap. XII. CAPVT XII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. πατρὸς μήτηρ. Sic ed. Gronov. & Erneſt. πατέρος μήτηρ ed. Valeſii, a quo non neceſſe erat ut diſcederetur. *Ibid.* Σκιπίωνος τοῦ Μεγάλου προσαγορευθέντος. conf. ad XVIII. 18, 9.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Συνέβαινε δὲ τὴν Αἰμιλίαν &c. Hæc de *Aemilia* omnia, uſque ad verſ. 8. καὶ μεγαλοψυχίαν, Lexico ſuo inſeruit Suidas, in Αἰμιλία. *Ibid.* μεγαλομερῆ τὴν περίστασιν, *adparatum magnificum;* idem quod mox περιποπὴν verſ. 6. Conf. c. 14, 9. Eadem vero notione videtur accipiendum illud vocab. III. 98, 2. τὴν τοῦ βίου περίστασιν, *opum adparatum, vitæ ſplendorem.* Vtrumque locum citavit Suidas in Περίστασις. Pro μεγαλομερῆ Suidas, in Αἰμιλία quidem, μεγαλοπρεπῆ habet, ſed idem ſub vocab. Περίστασις in vulgatum conſentit.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τὰ κανᾶ. Sic recte Suidas in Αἰμιλία & in Ἀπήνη, quemadmodum poſcebat ſermonis uſus. Vulgo τὰ

τὰ πανὰ edd. *Ibid.* τἄλλα τὰ πρὸς τὴν θυσίαν Articulum τὰ, quo carebant vulgo editi, adjecimus cum eodem Suida, in Αἰμιλία, & in Ἀπήνη.

Verſ. 6. ταύτην δὴ τὴν περικοπὴν &c. Habet hæc Suidas in Περικοπή, uſque ad verba τῇ μητρί. *Ibid.* ἐδωρήσατο τῇ μητρί. — „De hac *liberalitate Scipionis* Cicero in Lælio [cap. 3.] *Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in ſorores, bonitate in ſuos?*“ VALESIVS. *Ibid.* χρόνοις πολλοῖς. πολλοῖς χρόνοις Suidas in Αἰμιλία. *Ibid.* In ἐλλειπεστέραν conſentit Suidas cum editis. Perinde & ἐλλιπὴς dicunt Græci, (vide ad VI. 49, 6.) & ἐλλειπὴς, ſed hæc poſterior vocabuli forma Polybio uſitatior. Verſ. 6.

Verſ. 7. καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις. Particulam καὶ, quæ aberat vulgo, dedit Suidas in Αἰμιλία. *Ibid.* τῆς ἀπήνης τῆς αὐτῆς. Articulum τῆς, ante αὐτῆς repetitum, ex eodem Suida recepimus, cum abeſſet a Polybii editionibus. Verſ. 7.

Verſ. 10. κατακόρου. ἁπλήστου interpretatur Suidas, hunc ipſum Polybii locum citans in Ἀκόρου. Verſ. 10.

CAPVT XIII. Cap. XIII.

Verſ. 1. λαβόντος. Quam in partem hoc verbum acceperit Valeſius, neſcimus. In latina quidem verſione prorſus non expreſſit: nec tamen in Notis ullam de eo dubitationem ſignificavit. Plutarchi verba, quæ in Scholio ſub contextu retulimus, leguntur in vita Ti. & C. Gracchi, p. 825. edit. Wechel. Confer Adnot. ad verſ. 7. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἑκατέρᾳ τῶν θυγατέρων ν' τάλαντα δώσειν. Quum μ'. τάλαντα, præeunte codice Peireſciano, edidiſſet VALESIVS, hæc ad hunc locum adnotavit: „Legendum eſſe apparet πεντήκοντα, quod verba ſequentia prorſus evincunt. [vide verſ. 6 & ſeq. rurſuſque verſ. 10.] Error ex notis numeralibus ortus eſt; quippe ν, quod 50 ſignificat, in msstis libris fere ut μ exprimi ſolet. *Quinquaginta* autem *talenta* duodecies ſeſtertium efficiunt more Romano: quam pecuniam dotis nomine Scipionis filiabus Verſ. 2.

datam esse scribit Polybius. Ex quo apparet, errare eos, qui decies sestertiûm legitimam ac certam inter senatores Romanos dotem fuisse existimant." VALESIVS.

Vers. 5. *Vers.* 5. Κατὰ δὲ τοὺς Ῥωμαίους νόμους δέον ἐν τρισὶν ἔτεσιν &c. — „Hujus legis alibi, quod sciam, mentio nulla extat. Idem autem valuisse existimo, & si extraneus dotem promisisset, ut annua, bima, trima die solvenda esset, nisi nominatim aliud convenisset: poterat enim ex pacto dies prorogari; leg. XIX. D. de Pactis Dotalibus. Quod si nulla conditio opposita fuisset, annua, bima, trima die numerabatur ex lege XII tabularum, ut opinor. At supellex intra decem menses a contracto matrimonio præstari debebat ex iisdem legibus, teste Polybio. Cujus legis ratio hæc videtur fuisse, quod ob necessarios familiæ usus supellectilis præstatio differri non debuit. Ex his intelligendus iocus Deillii apud Senecam in Suasoriis, [Suasor. I.] qui, cum Athenienses tempus ab Antonio peterent ad pecuniam conferendam, quæ ipsis imperata erat dotis nomine, neque impetrarent, dixit: *Et tamen scito, illos tibi annua, bima, trima die debere.*" —

Vers. 6. *Vers.* 6. τῶν κ' καὶ ε' ταλάντων ἑκατέρᾳ ποιήσασθαι τὴν ἀνταπόδοσιν. — „Non erat sat gravis causa Valesio, cur ἑκατέραν, lectionem sui codicis, mutaret: *utramque solutionem*, seu *utriusque debiti præstationem.*" REISKIVS. — Vide tamen vers. 1 sq. & vers. 12.

Vers. 7. *Vers.* 7. Τοῦ δὲ Τιβερίου. — „Hic est *Tib. Gracchus*, pater Gracchorum, qui, cum L. Scipio in vincula duceretur, auxilio tribunitiæ potestatis intercessit, tametsi inimicitias cum Scipionibus exerceret. Quam ob gratiam P. Scipio Africanus, rogante senatu, filiam minorem ei despondit, ut narrat Livius lib. XXXVIII. [c. 57.] Valerius lib. IV. cap. 2. Nupsit autem Tiberio post mortem Africani, ut inter omnes convenire Livius scribit: [ibid.] sed illud parum constat, utrum post mortem Africani & desponsa sit & nupserit. Plutarchus quidem in vita Ti. Gracchi, [p. 825.] ait: *Polybium scripsisse, post obitum Africani pro-*

propinquos ipſius prælato omnibus Tiberio Corneliam collocaſſe, ut quæ a parente nulli collocata aut deſponſa eſſet. At hic certe Polybii locus manifeſto arguit, utramque a patre ſaltem deſponſam eſſe. Ait enim hic Polybius, *Africanum quinquaginta talenta utrique filiæ dotis nomine promiſiſſe.* Itaque, de Plutarcho quid dicam, non habeo. Niſi forte utrumque ſimul verum eſt, & a patre deſponſam Tiberio Corneliam eſſe, & poſt obitum patris rurſus eidem deſponſam de novo, quaſi antea deſponſa non fuiſſet, vel potius ratam eſſe habitam patris ſponſionem: atque ita tollitur omnis difficultas." VALESIVS. — Verſ. 7.

Ibid. Νασικᾶ Σκιπίωνος. — „Ναυσικᾶ Σκιπίωνος. Sic in exemplari perſcriptum erat pro Νασικᾶ, quod tamen retinendum eſſe duxi. Hic *P. Scipio Naſica* Corculum dictus eſt, filius Naſicæ, qui vir optimus a Senatu judicatus eſt. Hic autem vir optimus Naſica cognatus erat Africani, ut docet Livius lib. XXXVIII. [c. 58.] filius Cn. Scipionis, qui in Hiſpania cum fratre eſt occiſus." VALESIVS. — Græcorum librariorum monſtrum, Ναυσικᾶ, non opus putavimus, ut Polybio obtruſum maneret.

Ibid. ποιοῦντος τὴν διαγραφὴν ἑκατέρῳ τῶν εἴκοσι ταλάντων. — „Verti, *pecuniam e menſa numeraret.* Ea enim vis eſt græci vocabuli, ut teſtis Harpocration in Διαγράψαντος, & Suidas. [Διαγράψαντος· καταβαλόντος, καταθέντος, διὰ τραπέζης ἀριθμήσαντος. id eſt, *per menſarium ſolventis*, ut poſt Salmaſium monuit Küſterus ad Suidam.] quia ſcilicet argentarii pecuniam omnem, quam ſolverant, ſtudioſe in codicem referebant. At Latinis *perſcripta pecunia* longe a *numerata* differt, ut apud Suetonium in Iulio cap. 42. *Perſcripta* enim pecunia dicitur ea, quæ, cum debeatur, nec adhuc numerata ſit, in tabulas relata eſt. Cicero pro Roſcio Comœdo, [cap. 1.] & lib. IV. epiſt. ult. ad Atticum." VALESIVS. — De eodem verbo hæc adnotavit REISKIVS: „Græci dicunt ποιεῖν τὴν διαγραφὴν de *numulario pecuniam debitam numerante & exhibente:* nam quando id factum eſt, tum διαγράφει, *li-*

tura

Verſ. 7. *tura inducit* ſcriptum nomen, ſeu debitum *expungit.* Quamdiu ſolutio pecuniæ nondum facta eſt, ipſe debet: ea autem præſtita, non amplius debet; ergo inducit in ſuis tabulis illud ſuum nomen. Hoc ſenſu uſurpavit Dionyſius Halic. Ant. Rom. p. 287, 2. [lib. V. c. 28. διαριθμῶν τοὺς στρατιώτας, καὶ διαγράφων αὐτοῖς τοὺς ὀψωνιασμούς.] ubi ſiniſtre accepit interpres. Ita Latini *reſcribere*, pro *ſolvere debitum.* Horat. Serm. II. 3, 75. *dictantis, quod tu nunquam reſcribere poſſis*, h. e. jubentis ſyngraphan edere, cujus ſummam promiſſam & ſponſam tu nunquam ſolvere poſſis. διαγράφειν eſt aliàs *deſcribere*, *definire*, *diſtribuere*, *aſſignare.* Diodor. Sic. T. II. p. 295, 21. διαγράφειν σατραπείας. Hinc διάγραμμα idem quod πρόγραμμα, *declaratio publica*, *edictum;* Diodor. II. 299, 23 & 44. 300, 73. Plutarch. Opuſc. 1501, 23. Hinc notio *prædicandi*, *verbis depingendi*, Plutarch. 1119, 14. Porphyr. de Abſtin. p. 113. Euſeb. Hiſt. Eccl. p. 219, 24. Eſt etiam *ſeorſim unumquodque ſuo loco ſcribere.* Hinc, *nomina* vel *debita alia aliis locis velut areis cuique propriis inſcribere;* vid. Plutarch. 1348, 6. Harpocrat. voc. ἐπιγραφεῖς, aut *definire* quantum cuique ſolvendum ſit. Inde, *lineam tranſverſam per aliquid ducere*, aliquid *expungere*, *delere*, *de medio tollere.* vide Demoſth. p. 652, ult. Lyſiam p. 315, 2. Philoſtrat. p. 625, 25. 735, 3. Plutarch. Opuſc. 615, 23. Porphyr. de Abſtin. p. 101, 9. Ariſtid. I. 176, 3." — Idem Reiſkius in Adnotatis ad Dionyſii Halic. locum paulo ante citatum, provocans ad hæc, quæ ad Polybium monuerat, διαγράφειν, inquit, eſt *expendere*, *perſolvere*, *dinumerare alicui æra debita*, *militibus diſpenſare ſtipendia.*

Verſ. 11. *Verſ.* 11. ἀκρίβεια περὶ τὸ διάφορον, *diligentia in re pecuniaria.* Tacite hoc correxit Gronov. in ſua editione; merito vero. Perperam περὶ τὸ διαφέρον Valeſ. Sed recte mox idem cum ceteris, τοῖς διαφόροις.

Verſ.

Verſ. 13. *ἱκανὸν ἔτι χρόνον.* Sic corrigendum monuit Gronovius in Notis editis ad h. l. *Verſ.* 14. *καὶ γενναίως.* Particulam *καὶ*, qua carebat codex, ex ingenio adjecit Valeſius. Verſ. 13.

CAPVT XIV. Cap. XIV.

Verſ. 2. *αὐτοῦ καὶ τοῦ γένους.* Aut *αὐτοῦ* utique adjiciendum fuit, ut fecit Valeſius, aut delenda copula *καί*. Verſ. 2.

Verſ. 3. *οὔσης τῆς ὅλης τιμήσεως ὑπὲρ ἑξήκοντα τάλαντα.* — „At, qui potuit pars Scipionis de hæreditate paterna ſexaginta talentorum eſſe, & fratris par, ſi pater non reliquit unde uxori dos redderetur?“ REISKIVS. — At non partem Scipionis, ſed totam hæreditatem, ſexaginta talentis æſtimatam Polybius ait: porro, nullibi dicit Polybius, non reliquiſſe L. Aemilium unde uxori dos redderetur, ſed hoc ait, (c. 18, 3 ſq. & XVIII. 18, 6.) ut dos viduæ reddi poſſet, opus fuiſſe, ut prædia nonnulla, quæ L. Aemilii fuerant, venderentur. Verſ. 3.

Verſ. 5. *μονομαχίας ἐπὶ τῷ πατρὶ ποιεῖν.* Conf. Adnot. ad c. 8, 1. Verſ. 5.

Verſ. 7. * *Φήμης περὶ αὐτοῦ διδομένης.* De lacuna nil monuit Valeſius, ſed perſpecte REISKIVS, *μεγάλης δὲ* legendum ait, aut *λαμπρᾶς δὲ*, aut *τοιαύτης δὲ Φήμης περὶ αὐτοῦ διαδιδομένης.* Verſ. 7.

Verſ. 8. *περὶ ὧν ἀρτίως εἶπον.* Vide cap. 8, 6. *Ibid.* *ἧς οὐδὲν αὐταῖς προσῆκε κατὰ τοὺς νόμους.* — „Lege enim Voconia vetitum erat, ne quis mulierum hæredem inſtitueret. Tulerat eam C. Voconius Saxa tribunus plebis C. Claudio Pulchro & Tib. Graccho Coss. anno urbis 576. [577.] ut, qui poſt cenſuram Poſtumii Albini & Fulvii Flacci cenſus eſſet, ne hæredem virginem neve mulierem faceret, ut docet Livius lib. XLI. c. 34. & Cicero in Verrem. Itaque hæc lex ad eos, qui cenſi non erant, minime pertinebat. *Cenſi* autem intelligebantur, more veterum, qui centum millia in profeſſione detuliſſent, ut notat Aſco- Verſ. 8.

Asconius in Verrinas, qui & *classici* dicebantur: cæteri, qui infra classem erant, ea lege non tenebantur, ut docet M. Cato in Oratione qua legem Voconiam suasit apud Gellium lib. VII. cap. 13." —

Vers. 11. *Vers.* 11. τὸ προκείμενον. Conf. ad XXIV. 8, 11.

Cap. XV. CAPVT XV.

Vers. 3. *Vers.* 3. Τῶν μὲν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλικῶν. — „Non improbo βασιλικῶν. Potest accipi de *regibus eorumque liberis*. Puto tamen Polybium dedisse βεβασιλευκότων." REISKIVS.

Vers. 4. *Vers.* 4. τῶν τεττάρων. — „Non erat causa, cur Valesius διὰ adderet, quod aberat ab ejus codice msto." REISKIVS. Vide Adnot. ad III. 85, 9.

Vers. 6. *Vers.* 6. κατεγίγνετο. Sic scripsimus, pro more quem plerumque servant libri Polybiani. κατεγίνετο edidit Valesius & alii. In ora vero idem adnotavit VALESIVS: „f. κατεσίνετο." — REISKIVS vero: „κατεγίνετο, ait, est emendatio Valesii, merito in textum admissa. In codmsto fuit κατεσίνετο: sed typographus, errore ductus, compendia *f.* (id est *forte*) & *ms.* (seu *manuscriptum*) permutavit. Nam κατεσίνετο, quod nullius rei est, a tanto viro profectum esse, credibile non est." —

Vers. 7. *Vers.* 7. ὥστε, κατὰ τὴν ἡλικίαν &c. Si verum est ὥστε, referetur ad hanc conjunctionem verbum συνέβη, & tunc sequentia verba διὸ καὶ &c. cum superioribus, veluti apodosis cum protasi connectenda fuerint, particula δὲ eo modo accepta, de quo jam sæpius diximus. Fortasse vero pro ὥστε fuerit ἅτε scribendum, hac sententia, *constanter Scipio venationi operam dedit, utpote qui & in ætatis erat vigore, & præterea amabat id genus exercitationis.*

Vers. 8. *Vers.* 8. τοὺς χαιρετισμούς. — „*Salutationes* verti: deductum enim ἀπὸ τοῦ χαῖρε id vocabulum esse existimavi. *Prehensationes* etiam interpretari possis." VALESIVS. — Vocabulo χαιρετισμὸς notionem istam, *salutatio*,

tio, falutandi officium, quam addubitans nonnihil ei tribuerat Valeſius, cum e Platone, tum e veteribus grammaticis vindicavit Hemſterhuſ. ad Ariſtoph. Plutum vſ. 752.

Verſ. 9. *ἐπὶ ταῖς κυνηγεσίαις ἀναστρεφόμενος.* — „Fuit Scipio venationi addictior; quod docet Polybius in fragmento apud Suidam: *διὰ γὰρ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιθυμίαν ἦν ὑπὲρ αὐτοῦ διάληψις, ὡς οὐδὲν προυργιαίτερον ποιουμένου κατὰ τὸν βίον τοῦ κυνηγετεῖν.* Quæ de Scipione dici equidem non dubito. Eumque ad hoc ſtudium ipſe Polybius plurimum incitabat, qui ſuum circa venationem ſtudium tum hoc loco, tum in cap. 114. legationum, [XXXI. 22, 3.] ingenue fatetur.“ — Fragmentum, ad quod provocat Valeſius, quod apud Suidam in *Διάληψις* & in *Προυργιαίτερον* legitur, non ad Scipionem referri, ſed ad Philemenum Tarentinum, & ex Polyb. VIII. 27, 6. eſſe excerptum, monuit Gronovius in Notis ad Polybii Fragmenta ab Vrſino & Caſaubono collecta. Verſ. 9.

Verſ. 12. *ἐν Φιλοξενίᾳ.* In contextu e codice msto poſuit hoc Valeſius; in ora vero „ſ. *Φιλοδοξίᾳ.*“ Cujus tenuimus interpretationem, quum non magis, quam ille, videremus, quid huc faceret *Φιλοξενίᾳ*. Verſ. 12.

CAPVT XVI. Cap. XVI.

Verſ. 2. *μετὰ ταῦτα.* — „γε nihilo melius eſt quam *δὲ*, quapropter utrumque eſt delendum.“ REISKIVS. Verſ. 2.

CAPVT XVII. Cap. XVII.

Conjectando eclogam hanc ad A. V. 595. retulimus, cum nulla alia ſupereſſet ecloga, quæ ad illum annum referretur. Poſt annum 594 ponendam fuiſſe, ſuaſerat ecloga de Legat. 122. cap. 7. hujus libri, ubi alia legatio Achæorum memoratur, quæ anno 594 Romam eſt miſſa.

Verſ. 1. *οἱ περὶ Θεαρίδαν καὶ Στέφανον. Stephanus* videtur eſſe legati Athenienſium nomen; *Thearidas*, cui nomini dorica forma eſt, legati Achæorum. cf. XXXVIII. Verſ. 1.

2,

Verſ. 1. 2, 1. *Ibid.* *ὑπὲρ τῶν ῥυσίων.* Commodiſſimum quidem per ſe videri poterat *Δηλίων*, quod ex ingenio poſuit Vrſinus, ſed nimis remotum a librorum ſcriptura. *ῥοδίων*, quod in ſuo codice fuiſſe Vrſinus ait, proxime abeſt a *ῥυσίων*, quod habet Bav. Nam *o* litera, ſi nonnihil aperta eſt ſuperne, ſimilis fit literæ *υ*; *δ* vero & *σ* in Vrſini codice, quemadmodum & in Bavarico noſtro, jam aliàs monuimus ita ſimiles inter ſe eſſe, ut ſæpe, utrum ponere voluerit librarius, vix diſcernas. Sumſit autem hoc vocabulum compilator harum eclogarum, qui introitum eclogæ pro more ipſe concinnavit, ex verſ. 4.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *μετὰ τὸ συγχωρηθῆναι τὴν Δῆλον τοῖς Ἀθηναίοις.* Vide XXX. 18, 11. *Ibid.* *αὐτοῖς μὲν ἐκχωρεῖν.* Omnino legendum videtur *ἐξεῖναι αὐτοῖς μὲν ἐκχωρεῖν.*

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *τὸ δίκαιον ἐκλαβεῖν, jus repetere.* conf. Polybii Fragm. Gramm. num. XXXIX. T. V. p. 84. — *Ibid.* *κατὰ τὸ πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς σύμβολον.* — „Vide Valeſ. ad Harpocrat. [p. 133] ubi locum hunc exponit. Subauditur ad hoc vocabulum *τῶν Δηλίων.*“ REISKIVS. — Immo vero *σύμβολον* dicit *τῶν Ἀθηναίων πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς, pactum quod de repetendo jure convenerat Athenienſibus cum Achæis.* Ceterum conf. Adnot. ad XXIV. 1, 2.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *μηδὲν εἶναι πρὸς αὐτοὺς τῆς δικαιοδοσίας ταύτης.* *δικαιοδοσία* eſt *ratio ac modus juris repetendi ex συμβόλῳ*, id eſt, *ex pacto, quod inter duos populos convenerat.* Vide Adnotationem modo citatam, ad XXIV. 1, 2. *Ibid.* *ἠτοῦντο ῥύσια τοὺς Ἀχαιούς.* conf. Adn. ad IV. 53, 2.

Cap. XVIII. ## CAPVT XVIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *τῶν Ἰσσίων.* — „Pro *Νισσίων* [quod erat in mſtis] non eſt dubium, quin *Λισσίων* ſit legendum. Eſt enim *Λίσσος, πόλις Ἰλλυρίας*, ut ſcribit Stephanus; cujus in ſuperioribus fragmentis mentio facta eſt, de ea ita ſcribente Livio: *rex Liſſi Gentius erat.*“ VRSINVS. — Vide Liv. XLIII. 20. coll. cum Polyb. XXVIII. 8, 4. Adde Polyb. II. 12, 2. III. 16, 3. IV. 16, 6. Liv. XLIV. 30.

In

In contextu Vrſini, operarum culpa, Λιψίων mendoſe prorſus eſt editum; pro Νισσίων, quod codex msstus dederat; in ora vero ſcribitur Λισσίων, quod a Caſaub. & ſeqq. editoribus in contextum receptum eſt. Nos vero admonitioni 10. LVCII obtemperandum cenſuimus, *lib. I. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ, cap.* 1. *p.* 10. ita ſcribentis: „Ἰσσίων reponi debere ex ipſius Polybiani fragmenti ſerie deprehenditur: cum non *Liſſios*, longe a finibus Dalmatorum tunc tempore diſſitos, de eiſdem conqueſtos appareat, ſed *Iſſenſes*, qui *Tragurium* & *Gretium*, [immo *Epetium*] ipſorum urbes, a proximis Dalmatis infeſtatas referebant. Has autem Iſſenſes colonias fuiſſe Strabo confirmat, [lib. VII. p. 315.] qui *Tragurium ab Iſſenſibus conditum* teſtatur." Verſ 1 ſq.

Ibid. καὶ τῶν Δαορσῶν, Quum mox *verſ.* 2. diſerte memoretur ὁμοίως δὲ καὶ τῶν Δαορσῶν ἐγκαλούντων, imperite eadem verba καὶ τῶν Δαορσῶν ad τῶν Ἰσσίων initio adjecta ſunt a compilatore. De nomine adnotavit REISKIVS: Alii *Daoriſos* & *Daorizos* appellant. vide Strabon. p. 485. [lib. VII. p. 315. edit. Caſaub.] Plin. III. 26. Vellej. Paterc. II. 115." — *Daorſi* vocantur apud Livium XLV. 26, 14. ubi vide quæ notarunt Sigonius & Drakenborch. Adde Holſten. ad Steph. Byz. in Δάρσιοι, quem laudavimus in Adnot. ad Appiani Illyr. c. 2. Apud Polybium noſtrum utroque loco (verſ. 1 ſq.) Caſaubonus Δαορσῶν correxit. Contextui editionis Vrſini (quemadmodum ſæpe aliâs) non convenit cum Notis editoris. Nam in Notis ſic VRSINVS monuit: „Pro Δαοσσῶν, aut Δαυρσίων legendum, quod Ἰλλυρίας ἔθνος dicitur a Ptolemæo, aut Δασσαρητῶν, quod & ipſum Ἰλλυρίας ἔθνος ἐστὶ, docente Stephano ex auctoritate Polybii in libro VIII. [VIII. 38, 4.] Nos [ſic pergit VRSINVS] manuſcriptam lectionem non mutavimus, quod fortaſſe ex multis Illyricis gentibus una ſit hæc, cujus nomen ſit præterniſſum a Ptolemæo." — Sic ille: at in ejus contextu *verſ.* 1. ſcribitur καὶ τῶν

Verſ. 1. Δασσαριτῶν; *verſu* 2. vero, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν Δασσσῶν, & ibi dein in ora Δασσαριτῶν.

Rurſus *verſ.* 1. πεπρεσβευκότων εἰς τὴν Ῥώμην· Ad vulgatam lect. παραπρεσβευσάντων monuit REISKIVS: „Aut πρεσβευσάντων aut διαπρεσβευσ. legendum: nam παραπρεσβεύειν eſt *legatione ſua perfide fungi, falſa renuntiare, in fraudem legantis omnia comparare*, ut conſtat ex actione Demoſthenis in Aeſchinem.“ — Fieri tamen poteſt, ut Polybius, amans verbis compoſitis pro ſimplicibus uti, verbum παραπρεσβεύειν pro ſimplici πρεσβεύειν vel pro διαπρεσβεύειν uſurpaverit. Quod ſi ita eſt, fuerit παραπεπρεσβευκότων legendum.

Ibid. ὅτι Δελματεῖς τὴν χώραν ἀδικοῦσι, &c. — „De hac re ita ſcribit Livius in Epitoma libri XLVII. *C. Marcius Coſ. adverſum Dolmatas parum proſpere primum, poſtea feliciter pugnavit: cum quibus bello conſligendi cauſa fuit, quod Illyrios, populi Romani ſocios, vaſtaverant.*“ VRSINVS. — Bellum indictum Dalmatis memorat Polyb. ecloga ſeq. cap. 19, 4. Ipſius belli hiſtoria, A. V. 598 a C. Marcio Figulo Coſ. geſti, intercidit apud Polybium, ſed ſupereſt apud Appianum in libello de rebus Romanorum Illyricis cap. 11. Scriptura Δελματεῖς cum ε in prima ſyllaba, conſtanter utitur Vrſinus & in hac ecloga & in proxime ſequenti, ex ſui codicis putamus præſcripto. Bavaricus verſ. 3. quidem Δαλματεῖς habet, ſed hoc verſ. 1. in Δελματεῖς conſentit; de qua ſcriptura vide auctores quos laudavit Drakenb. ad Livii Epit. libri XLII. & in his Cellarium Orb. Antiq. lib. II. c. 8. p. m. 614. Adde quæ notavimus ad Appiani Illyr. c. 11.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ἐπέτιον καὶ Τραγύριον. — „Ἐπέτιον inter Illyricas urbes numeratur a Ptolemæo. Pro Τραγύλιον vero ſuſpicor legendum eſſe Τραγύριον, unius tantum literæ mutatione, ſi modo Plinii codex eſt emendatus, a quo [III. 22, 26.] *Tragurium* Dalmatiæ adjacens oppidum nominatur.“ VRSINVS. — Vrſini emendationem Strabonis etiam auctoritate firmatam paulo ante vidimus.

Sæpe

Sæpe a librariis græcis literas ρ & λ inter se permutari, monuit ad hunc locum Reiskius; qua de permutatione diximus ad XXII. 23, 1.

Vers. 3. τοὺς περὶ Γάϊον Φάννιον. Consul fuerat *C. Fannius* anno ab V. C. 593. Iam sæpius vero in horum temporum historia legatos ad exteras gentes vidimus missos eos viros, qui nonnullis ante annis consulatum gesserant. Ceteroquin anni notam, ad quem referenda sit hæc ecloga, in ipso argumento nullam invenimus. Proxime vero sequente ecloga (cap. 19.) memoratur renunciatio legationis Fannii, & senatusconsultum ea occasione factum; quod & factum & commemoratum pro more a Polybio videtur in *rebus Romæ gestis* initio anni sequentis post eam rem, de qua hac ecloga agitur: annus autem, ad quem pertinet proxima ecloga, est duodecimus a fine belli Persici (cap. 19, 7.) Victus autem & debellatus est Perseus A. V. 586. a quo duodecimus annus est A. V. 597. Cum quo calculo convenit mentio consulatus *Sexti Iulii* cap. 20, 2. qui in eumdem incidit annum 597. Quare hanc, in qua nunc versamur, eclogam ad annum 596. referendam putavimus. Vers. 3.

Vers. 4. μέχρι μὲν ἔζῃ Πλεύρατος. *Pleuratus*, Scerdilædi filius, pater *Gentii*. conf. Adnot. ad II. 5, 6. T. V. p. 356 sq. Ceterum corruptum fuisse in exemplari hunc Polybii locum, ait Vrsinus; nec tamen, quid in codice fuerit, depromit. Putamus eodem modo ibi scriptum fuisse ut in Bav. qui habet μέχρι μὲν ἔζει Πλεύρατος, ὑπήκοον ἐκείνῳ. Quæ utique recte emendavit Vrsinus; nam quod ἔζῃ cum in contextu ejus expressum est, tum in Notis repetitum, operarum id culpa factum videtur. ἔζῃ, quod non dubitamus voluisse Vrsinum, restituit Casaubonus. Vers. 4.

Vers. 5. ἐπὶ τούτοις ἐξώρμησαν. Bene hoc habet, *ad hæc, harum rerum caussa, super his rebus*, id est, *hæc in mandatis habens, profectus est Fannius:* non ἐπὶ τούτους, *adversus hos;* non enim cum exercitu est profectus, sed missus est ad res inspiciendas. Vers. 5.

CAPVT XIX.

Cap. XIX.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Τῶν περὶ τὸν Φάννιον. Vide notata ad c. 18, 3. *Ibid.* ἀδικεῖσθαι συνεχῶς. — „Ita legendum. In exemplari autem ſcriptum eſt συνεχεῖς, mendoſe, ſine adverbio ὥστε, quod nos addidimus, ad ſententiam neceſſarium.“ VRSINVS.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. μὴ καταλύμα δοθῆναι σφίσι, μήτε παροχήν. — „Hinc intelligere poſſumus, male eos feciſſe, qui apud Ciceronem *parochiis* emendarunt, pro *parochis*, quæ lectio reperitur in veteribus libris. Locus eſt ex epiſtola ſecunda libro XIII. ad Atticum, in qua ita ſcriptum eſt: *Ariarathes, Ariobarzanis filius, Romam venit. - - Omnino eum Sextus noſter parochis publicis occupavit; quod facile patior. Verumtamen, quod mihi jummo beneficio meo magna cum fratribus illius neceſſitudo eſt, invito eum per literas, ut apud me diverſetur* &c. *Parochi* autem dicebantur, qui legatis ſalem & ligna & ſimilia præbebant: de quibus Horatius meminit lib. I. Serm. Satyr. V.

Proxima Campano ponti, quæ villula, tectum
præbuit: & parochi, quæ debent ligna ſalemque.

Porphyrio in hos verſus ita ſcribit: *Parochi, Copiarii dicuntur, ἀπὸ τοῦ παρέχεσθαι, id eſt, ab exhibere: hodieque a copiariis præſtantur hæc iis, qui rrip. cauſa iter faciunt.*“ VRSINVS. — Confer Polyb. XXV. 6, 6.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τὸ δὲ πλεῖστον ὑπέλαβε, τὸν καιρὸν &c. Incommoda ratio diſtinguendi orationem ex Erneſtina editione in noſtram irrepſit. Dele comma poſt ὑπέλαβε, & proxime poſt πλεῖστον repone, quemadmodum habent editiones ſuperiores: τὸ δὲ πλεῖστον, ὑπέλαβε τὸν καιρὸν &c.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. πρὸς τὸν Ἀδρίαν. Sic merito correxit Caſaub. Perperam πρὸς τὴν Ἀδρίαν Vrſin. neſcimus codiciſne, an ipſius operarumve culpa. ὁ Ἀδρίας, ſcil. κόλπος, *ſinus Adriaticus, mare Adriaticum:* ſic quidem conſtanter græci dicunt ſcriptores, nec aliter noſter I. 2, 4. II. 14, 6.

Verſ.

Verſ. 6. ἀπόλυσθαι. — „ἀπόλυσθαι poteſt quodammodo defendi, ſi accipitur pro *corrumpi*. Erat tamen convenientius ἀποθηλύνεσθαι, *effœminari*., ut p. 1319, 18.“ [XXXII. 2, 3.] REISKIVS. — Quemadmodum Latini dicunt *otio corrumpi*, ſic haud incommode ſane græco illo verbo uti Polybius potuit. Verſ. 6.

Verſ. 9. Αἵτιαι μὲν ἦσαν αἱ αἰτίαι. Sic ſcripſimus iubente Reiſkio, cum ignorarent articulum ſuperiores editiones. Ac potuit utique perfacile ante αἰτίαι excidere αἱ. Poterat tamen utcumque etiam vulgata lectio ferri. *Ibid.* τοῖς γε μὴν ἐκτὸς * τὸν πόλεμον ἀναδεικνύειν. Lacunam diſſimulaverat Vrſinus; aſteriſcum adjecit Caſaubonus. — „Deeſſe videtur, ait REISKIVS, aliquid ad hanc fere ſententiam: τοῖς γε μὴν ἐκτὸς τούτων οὐκ ἔκριναν τὸν πόλεμον ἀναδεικνύειν. *Cæteris autem populis* (præter Dalmatas) *bellum indicere vel inferre, non judicabant Romani; quia decreverant hoc bello tantum contumeliam ulciſci ſuis legatis factam.*“ — Quæ nobis plurimum abeſſe a mente ſcriptoris viſa ſunt, quam mentem perſpecte Caſaub. in verſione his verbis expreſſit: *ipſi tamen apud externos hanc afferebant cauſſam, quod* &c. ἀναδεικνύειν τὸν πόλεμον veremur ne nuſquam legatur pro *indicere bellum*. ἀναδεικνύειν eſt *oſtendere, in publicum edere, demonſtrare, deſignare*. οἱ ἐκτὸς ſunt *externi, qui foris ſunt*, ſcilicet, *qui concilio non interſunt, qui conſilii non ſunt participes, vulgus*. vide II. 47, 10. VIII. 14, 3. IX. 23, 4. Fragm. hiſt. LVI. Itaque aut hoc modo ſcripſiſſe Polybium putemus: τοῖς γε μὴν ἐκτὸς αἰτίαν τοῦ πολέμου ἀνεδείκνυον; aut nude τοῖς γε μὴν ἐκτὸς τὸν πόλεμον ἀνεδείκνυον, ὡς &c. *in vulgus bellum ita deſignarunt, ita oſtenderunt, ita propoſuerunt;* quod ſigillatim fortaſſe accipiendum fuerit de *ſpecie* quam *bello huic prætenderunt, cum de eo ad populum referrent.* Verſ. 9.

CAPVT XX.

Cap XX. Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἀριαράθης. *Ariarathes*, Philopator cognomine, de quo confer lib. XXXI. c. 14 ſq. & præcipue, quem ibi laudavimus, Diodor. Sicul. Ecl. 3. ex lib. XXXI. Adde quæ cum ex Diodoro & Polybio, tum ex aliis ſcriptoribus, congeſſit Freinſhem. in Suppl. lib. XLVII. Livii, cap. 14. ſqq. De hujus vero eclogæ argumento conferendus Diodorus in Eclogis de Virt. & Vitiis, T. II. p. 588. ed. Weſſel. *Ibid.* ἔτι θερείας οὔσης. Mendoſe θερίας Vrſin. cum msstis. Ante exitum anni 596. Romam advenerat Ariarathes: ſed, quoniam de rebus exterarum gentium, niſi quid urgeret, nonniſi ſub novis conſulibus ad ſenatum referebatur, quo tempore etiam ſenatus dabaVerſ. 2. tur legatis; exſpectandum fuit Ariarathi, (*Verſ.* 2.) donec novi conſules, *Sextus Iulius* Cæſar & L. Aurelius, magiſtratum iniiſſent. Ad hoc tempus refertur illud τότε δὲ, quod in latina verſione ad verbum ita exprimi debebat: *tunc vero, poſtquam magiſtratum inierat Sextus Iulius.*

Ibid. παρειληφότων τὰς ἀρχάς. τότε δὲ τούτων παρειλ. τὰς ἀρχὰς dabant msstι. τούτων ſua auctoritate delevit Vrſinus. Fortaſſe aliud quid peccaverant aut omiſerant librarii. *Ibid.* τὸν Σέξτον idem recte emendavit Vrſinus. Mendoſe τὸν Ἔξτον erat in msstis.

Ibid. τῆς ὑποκειμένης ὑποστάσεως, *calamitate in qua verſabatur.* Regno pulſus erat *Ariarathes* ab *Oroferne*, qui pro fratre ejus ſe gerebat, quia eum mater Ariarathis, Antiochis, liberis carens, priuſquam natus eſſet Ariarathes, gravidam ſe ſimulans, pro filio ſuo & Ariarathis, patris hujus Ariarathis, ſuppoſuerat. Ad pellendum regno Ariarathem, adjuverat Orofernem *Demetrius*, Syriæ rex, odio Ariarathis, qui Romanis gratificaturus, ſocietatem cum Syriæ regno aboleverat, & ſorori Demetrii nuncium miſerat. Conf. Iuſtin. XXXV. 1.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. καὶ γὰρ περὶ Ἀριαράθου ἀπολογεῖσθαι. — „Forte καὶ γὰρ πρὸς Ἀριαράθην ἀπολογεῖσθαι." REISKIVS. — Nobis neutiquam ſolicitanda vulgata viſa eſt.

Verſ.

Verſ. 4. Ὀροφέρνης. De ſcriptura hujus nominis vide notata ad III. 5, 2. *Ibid.* συγκαταστησομένους τῷ Ἀριαράθῃ. — τῷ Ἀριαράθει legendum ex iis quæ ſupra habentur. In exemplari vero τὸν ἀριθμὸν, pro τῷ Ἀριαράθει, corrupte prorſus ſcriptum eſt." VRSINVS. — Nec tamen Ἀριαράθει, ſed Ἀριαράθῃ in contextu Vrſini receptum eſt, quod merito tenuere reliqui editores. Ceterum in eodem errore cum Vrſini codice verſatur noſter Bavaricus. Verſ. 4.

Verſ. 5. μείζω φαντασίαν ἔλκειν. — „Si bene habet ἔλκειν, accipi debet pro παρέχον. Fuit tamen cum ſuſpicarer legendum eſſe ἔχον." REISKIVS. — φαντασίαν ἔχειν habemus XVIII. 29, 2. Nec vero idcirco ſolicitanda phraſis φαντασίαν ἕλκειν, quæ idem valet ac φαντασίαν ἐφέλκεσθαι. Verſ. 5.

Ibid. πρὸς ἑπταικότα. Recte hæc ſeparavit Caſaubonus, cum juncta eſſent apud Vrſinum, προσεπταικότα.

Verſ. 6. περὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἐξήγησιν. — „Aut παρὰ aut κατὰ legendum eſſe videtur pro περί." REISKIVS. — Nos quidem in vulgata adquieſcendum putavimus. Verſ. 6.

Verſ. 7. καὶ πρὸς παντοῖα. — „Forte καὶ πρὸς πάντα, quia πᾶν præceſſit. Aliàs in vulgata ineſt eadem ſententia, ut latine quoque dicitur *adverſus omne genus criminationum.*" REISKIVS. — *Ibid.* ἀνυπεύθυνον. Sic a ſe emendatum ait Vrſinus, cum ὑπεύθυνον fuiſſet in exemplari. Verum habet Bav. & confirmat Vrſini emendationem. Verſ. 7.

Verſ. 8. ἀνονητὶ correximus cum Reiſkio. Vulgo omnes ἀνονητὶ, ut ſæpius aliàs. *Ibid.* ἐδόκει σφίσι τὰ πράγματα κατὰ γνώμην χωρεῖν. *Viſi ſunt, quod volebant efficere.* Nec tamen prorſus ex ſententia res cecidit Oroferni: nam dividere hic juſſus eſt regnum cum Ariarathe, ut docet Appianus Syriac. c. 47. atque ita intelligenda verba, quæ leguntur in Epit. Livii lib. XLVII. *Ariarathes, Cappadociæ rex, conſilio Demetrii, regis Syriæ, & viribus pulſus regno, a ſenatu reſtitutus eſt.* Mox vero, Verſ. 8.

adjutus ab Attalo, pulso Oloserne, totum regnum Ariarathes recuperavit; ut docet Polyb. XXXI. 23, 8. coll. cum III. 5, 2. & XXXIII. 12, 2.

Vers. 9. *Vers.* 9. Ὀροφέρνην. Athenæus X. 11. p. 440. *Ibid.* τὴν ἀκοὴν καὶ τεχνητικὴν ἀσωτίαν. Ejusdem in bibendo intemperantiam notavit Aelian. Var. Hist. II. 41. avaritiam & crudelitatem Diodorus in Exc. de Virt. & Vitiis.

Cap. XXI.

CAPVT XXI.

Chronologia & argumentum.

In Excerptis Valesianis media interserta est hæc Ecloga, quam hoc cap. & seq. complexi sumus, inter illam de obitu L. Aemilii Pauli, quæ a cap. 8 — 16 excurrit, & inter illam de Eumenis obitu, cap. 23. Eamdem vero Eclogam ita cohærere cum Legat. CXXVII. (quam cap. 24. posuimus) putaverat Valesius, ut illa Legatio huic Eclogæ cap. 22, 7. inferenda esset: quod quidem secus esse, in Adnot. ad eum locum (c. 22, 7.) videbimus. Suspicari quidem licebat, Polybium occasione ejus legationis, quæ cap. 24. exponitur, repetiisse superiorem Epiri statum, eaque occasione de Charopis sævitia, tum de ejus itinere Romam suscepto, denique de ejus obitu, verba fecisse. Sed quum legatio CXXVII pertineat ad annum 598, quo consul C. Marcius fuit, post eclogam vero hanc nostram in Excerptis de Virtutibus & Vitiis sequatur illa de Eumenis morte, quæ in annum incidit superiorem, ad eumdem annum superiorem 597 hanc eclogam retulimus. Ac fortasse ante caput nostrum 20. reponi hæc ecloga debuerat; quemadmodum apud Diodorum Siculum (qui in horum temporum historia, ut jam sæpe monuimus, presso pede Polybium secutus est) in Excerptis de Virt. & Vit. T. II. p. 587. prius de Charopis nequitia agitur, quam de Ariarathe ab Oroserne regno expulso. (conf. Adnot. ad c. 23, 1.) Ceterum *de Charopis morte* hoc loco verba fecerat Polybius (vid. c. 21, 4.) eaque occasione nonnulla de superioribus ejus factis repetiit.

Vers.

Verſ. 1. τῆς ἐμΦυλίου στάσεως. — „Hujus *inteſtini inter Aetolos belli* meminit Livius lib. XLV. [cap. 28.] ubi 550 *principes Aetolorum ab Lyciſco & Tiſippo auxilio Romanorum militum captos & interfectos eſſe* ait.“ VALESIVS. — *Ibid.* τὸν Λυκίσκου θάνατον. De *Lyciſco* & aliis hominibus, quos hic commemorat Polybius, conf. XXX. 10, 3 ſq. & quæ ibi notavimus. Verſ. 1.

Verſ. 2. Μνασίππου τοῦ Κορωναίου. — „In exemplari erat Κυρωναίου, quod emendavimus. Hujus *Mnaſippi Bœoti* & *Chrematæ Acarnanis*, qui præcipui partium Rom. fautores erant, meminit Polybius cap. XCIV. Legat. [XXX. 10.] ubi Χρέμης ſcribitur pro Χρεμάτας, minus recte, ut puto. Sane in cap. LXXV Legat. [lib. XXVIII. 5, 1.] Χρεμίας dicitur in msto, teſte Fulvio Vrſino.“ VALESIVS. — Vide Adnot. ad XXVIII. 5, 1. Bœotum hominem fuiſſe Mnaſippum, diſerte Polybius loco citato docuit: eſt autem Κορώνεια Bœotiæ urbs, cujus gentile cum codices mssti Stephani Byzantini perinde Κορωνεῖος & Κορωνεὺς perhibeant, præpropere priorem formam damnavit editor Berkelius, quam eamdem Polybii auctoritate firmatam videmus. Verſ. 2.

Verſ. 4. τὸν Ἠπειρώτην Χάρωπα. De hoc homine conf. XXX. 10, 4. & XXX. 14, 7 ſq. & XXXI. 8, 12. De ejuſdem hominis morte vero uberius, quam ſit in hoc excerpto, verba hoc loco feciſſe videtur Polybius, atque ea occaſione, ut ſolet, repetiiſſe nonnulla de ingenio hominis & ſuperioribus ejus factis, ut paulo ante monuimus. Verſ. 4.

Verſ. 6. Μετὰ γὰρ τὸ καταπρῖναι Λεύκιον Ἀνίκιον. Ad vulgatam ſcripturam, Ὅτι μετὰ τὸ καταπρῖναι, quæ Compilatoris imperitiæ debetur, hæc adnotavit VALESIVS: „Id caput cum ſuperiori jungi debet, ut ſatis clarum eſt. Prima verba mendo non carent, quæ reſtituere non opis eſt noſtræ. Intelligitur autem *L. Anicius*, qui Gentium regem Illyrici vicerat, qui confecta provincia Epirum uſque proceſſit, [A. V. 587.] eamque turbatam compoſuit ante adventum Pauli Aemilii, ut ſcribit Zonaras.“ — Verſ. 6.

Verſ. 6. Confer Adnot. ad XXXII. 8, 1. *Lucio* autem *Anicio* jungi debuit *L. Aemilii* mentio, cujus nomen fortaſſe compilatoris culpa intercidit. Is enim, a Perſico bello per Epirum rediens, ſeptuaginta Epiri oppida, evocatis prius e quaque decem principibus viris, diripienda militibus conceſſit. Liv. XLV. 34. Polyb. XXX. 15, 5 ſq. Plutarch. in Aemilio Paulo p. 271. *Ibid.* καὶ τοὺς μὲν * τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν. — „Forte καὶ τοὺς μὲν αὐτοῦ vel παρακχρῆμα κολάσαι, vel ἀνελεῖν, vel θανατῶσαι τῶν ἐπιφανῶν." REISKIVS. —

Verſ. 9. *Verſ.* 9. σύστασιν πρὸς τοὺς προειρημένους. Vulgo omnes, σύστασιν καὶ πρὸς τοὺς προειρ. Delevimus conjunctionem, quæ iniquo loco poſita videbatur.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τῶν τεθνεώτων ἐξηνδραποδίσατο τοὺς βίους. — „Mirifica dictio, & haud ſcio quam proba, ἐξανδραποδίζεσθαί τινος βίον, pro *ſibi alicujus facultates arrogare, & potiſtatis ſuæ facere, quaſi mancipii loco habere.*" REISKIVS. — Suſpicati ſumus τοὺς υἱοὺς, *filios in ſervitutem redegit:* præſertim quum litera β ſæpe ea figura efferatur a librariis, quæ non differt ab υ, niſi quod illa cum ſequenti litera connecti ſoleat, quum υ ſoleat per ſe pingi nec cum ſequenti litera uno nexu conjungi. Poſſis etiam ſuſpicari ſic ſcriptum a Polybio ἐξηνδραποδίσαντο τοὺς παῖδας, καὶ ἐνοσφίσατο τοὺς βίους.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. Προέγραφε correxit Valeſius. προσέγραφε mendoſe dabat codex mſtus.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. ἀναταθεὶς δὲ τὸν φόβον τοῦτον. — „ἀναταθεὶς idem valet atque ἀνατεινάμενος, *cum intentaſſet hunc metum;* ut βουληθεὶς, δυνηθεὶς, & ſimilia." REISKIVS. — Sic & ἀναταθῆναι V. 55, 1. & προσαναταθῆναι V. 87, 4. & Fragm. Gramm. CVIII. Reliquam dictionem ἀνατείνεσθαι τὸν φόβον habes II. 52, 1. XXVI. 3, 13. *Ibid.* διὰ τῆς μητρὸς Φιλότιδος. διὰ τῆς μητρὸς Φιλότας legitur apud Diodorum T. II. p. 588. minus recte.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. πάνυ γὰρ εὐφυὲς ἐγένετο κατὰ τοῦτο τὸ πρόσωπον. Quum εὐφυὲς correxerimus ex Diodoro, quod non

non pœnitet feciſſe, pro vulgato εὐφυὴς, utique cum eo- Verſ. 14.
dem Diodoro καὶ τοῦτο τὸ πρόσωπον corrigere debueramus, *admodum idonea etiam hæc perſona erat*, ſcilicet *ad pecunias injecto terrore exigendas*. Perſæpe καὶ & κατὰ inter ſe librariorum culpa permutata vidimus. Vocabulum πρόσωπον eodem modo hic accipitur atque V. 107, 3. ubi bene de eo præcepit Reiſkius, & XXVII. 6, 4. Minus placet, quod ad hunc locum idem REISKIVS adnotavit: „Bene habet vulgata, inquit; [nempe εὐφυὴς ἐγένετο κατὰ τοῦτο τὸ πρόσωπον.] πρόσωπον hic loci non eſt caput unum aliquod humanum, vir aut mulier ſingularis, ſed genus aliquod morum, habitus quidam animi, ſignificationem ſui per mores & inſtituta edens, perſona quædam moralis, vulgo *caractere*, aut *perſonage: elle étoit bien propre à jouer le rolle d'un tel perſonnage*, aut, *à repréſenter un tel caractere*. Pag. 1468, 35. [XXXII. 25, 6.] appellat διάθεσιν." — Eam rationem ut teneret Reiſkius, mox δυνάμενον in δυναμένη mutandum ſtatuit.

CAPVT XXII. Cap. XXII.

Verſ. 1. ἐξηργυρίσαντο. — „De verbo ἐξαργυρίζεσθαι Verſ. 1.
vide Weſſeling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 562." REISKIVS.

Verſ. 2. ἐν τῇ Φοινίκῃ. *Phœnice*, Epiri urbs, in Chaonia, maxime ſeptentrionali Epiri parte. Oppida Epiri, ab Aemilio Paulo direpta, Molofſorum maxime fuiſſe Polybius ait loco ſupra citato. Verſ. 2.

Verſ. 3. ὅτε Χάροψ ὥρμησεν εἰς τὴν Ῥώμην, *quo tempore Charops* &c. At, ſi capitis damnati erant, (ut ait verſ. 2.) non *tum demum profugerunt, quum Charops Romam profectus eſt;* ſed ſtatim profugiſſe eos oportet, cum ſe denunciatos aut etiamnum denunciandos intellexiſſent. Itaque ὅ τε ſcribendum putamus, diviſis vocibus, aut, quod malimus, ὁ δὲ, ut δὲ referatur ad præcedens μέν. Verſ. 3.

Verſ. 4. τοῖς ἀνακεκλημένοις. — „Confecto bello Ma- Verſ. 4.
cedonico, quotquot Perſei partibus faviſſe ſuſpecti delatique erant, ex omni Græcia partim literis Pauli imperatoris,

Verſ. 4. ris, partim edicto decem legatorum citatis nominibus ſunt evocati, qui Romam ad cauſſam dicendam ſequerentur, Aelio Pæto & Iulio Penno Coſſ. ut ſcribit Livius lib. XLV. [c. 31.] Sed & ſi qui eorum apud reges eſſe dicebantur, literis accerſiti ſunt, teſte ibidem Livio. Hos ἀναπεπλημένους vocat Polybius hic & ſupra." VALESIVS. — Vide XXXI. 8, 10. XXXII. 9, 5. Adde XXXI. 8, 3 & 11.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Μάρκος, ἀρχιερεὺς ὤν. — „Id eſt *M. Aemilius Lepidus*, qui tunc *Pontifex maximus* erat, & princeps ſenatus ſex continuis luſtris a cenſoribus lectus eſt, ut legitur in Prologo libri XLVII & XLVIII Titi Livii: vir omnibus honoribus in toga functus, nam & iterum conſul & cenſor fuit cum Fulvio. Ejus pontificatum memorat etiam Polybius c. 37. Legat. [lib. XXIII. 1, 2.] & Valerius Max. lib. IV." [c. 2, 1.] VALESIVS.

Ibid. καὶ πρῶτος τῆς συγκλήτου γραφόμενος. — „Id eſt, *princeps Senatus*. Revera enim princeps ſenatus is erat, quem is cenſor, cui lectio ſenatus ſorte evenerat, primum in recitando ſenatu nominabat, & cujus nomen in albo ſenatorio primum perſcribebat, ut docet Livius lib. XXIX. [voluit putamus lib. XXVII. 11.] Dio, & Zonaras ex Dione, πρόκριτον τῆς γερουσίας appellant, eo quod a cenſoribus *legeretur;* eſt enim προκρίνειν, *eligere* ac *præferre*. Porro hic honos perpetuus non erat ſemper. Ceterum is, qui princeps lectus erat, quamdiu in eo honore erat, dignitate ceteros anteibat, non poteſtate, ut docet Zonaras Tom. II. p. 29. ex Dione. Plutarchus in Tib. Graccho ſic deſcribit hanc dignitatem, προγεγραμμένος κατ' ἀξίωμα τῆς Ῥωμαίων βουλῆς." VALESIVS.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ Χάροπος εἰσελθόντος εἰς τὴν σύγκλητον. — „Hic infere caput 127. legationum." VALESIVS. — Mirum vero, quo pacto illam Eclogam 127. de Legat. (quam vide libro hoc XXXII. c. 24.) hic inferendam putarit vir doctus. Hic agitur de itinere Romam ſuſcepto a Charope, vivo etiam tunc L. Aemilio,

(vid.

(vid. verſ. 5.) qui A. V. 594 diem obiit ſupremum. Illa vero Legatio poſt mortem Charopis (quæ mors eadem hac ecloga memoratur, cap. 21, 4.) miſſa Romam eſt, quo tempore C. Marcius Conſul in expeditionem Illyricam eſt profectus, id eſt A. V. 598. Neque turbare nos debet, quod reſponſum a ſenatu datum cap. 24, 2. ſimile eſt huic, quod hic commemoratur. Potuit enim ſenatus, præſertim cum nihil definire vellet, ut diſerte hoc loco Polybius ait, idem reſponſum rurſus novis legatis dare. Hoc autem reſponſum, de quo nunc agitur, (*verſ.* 8.) non, ut ibi, & exſulibus Epicrotis, & aliis Epirotarum legatis datum eſt: ſic enim non reticere id reſponſum, & aliud illius loco confingere Charops potuiſſet, quod ab eo factum ait ſcriptor noſter verſ. 9. Verſ. 7.

Ibid. οὐ συνεκάθετο τοῖς ἀξιουμένοις, οὐδ' ἐβουλήθη δοῦναι ῥητὴν ἀπόκρισιν. Poſtquam mira ratione hæc ſic interpretatus erat Valeſius: *haudquaquam inter honoratos ſedere eſt juſſus (Charopus,) neque ullum a ſenatu reſponſum certum accepit*; ad illa verba ſic commentatus eſt GRONOVIVS in Notis editis ad h. l. „De interpretatione, quæ prius membrum ad Charopum, alterum ad ſenatum tranſfert, & ſic græca damnum paſſa oſtendit, nihil dico. Tu mecum verte: *Poſtmodum ingreſſo in ſenatum Charopo deſiderii ejus non ſubſcripſit, neque ullum reſponſum certum dedit*, nempe ſenatus, in quem ingreſſus erat. Hoc Polybio eſt συγκαταθέσθαι. XV. 5, [10.] ὁ δὲ Πόπλιος, ἀκούσας ταῦτα τοῦ κήρυκος, συγκατετίθετο τοῖς παρακαλουμένοις. III. 98, [11.] πλείω πρὸς τὸν αὐτὸν τρόπον διαλεχθεὶς, ἔπεισε τὸν Βώστορα, συγκαταθέσθαι τοῖς λεγομένοις. II. 5, [4.] συγκαταθεμένων σφίσι τῶν προειρημένων." — Perſpecte hæc quidem: at ſic utique συγκατέθετο fuerat corrigendum; quod ſane probabilius eſt, quam quod REISKIVS voluit: „συνέθετο aut συνεκάθισε; nam καθιέναι (inquit) in activo uſurpatur in eo ſenſu, cum ſignificatur *aſſenſio, condeſcenſio, demiſſio ad ſententiam alterius.*"

Verſ.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Ὁ δὲ Χάροψ ἀναχωρήσας &c. Poſt hæc oportet alia occaſione in Italiam redierit Charops, ubi *Brunduſii* mortuus eſt, quemadmodum ſupra obiter dixit Polybius cap. 21, 4.

Cap. XXIII. CAPVT XXIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Εὐμένης ὁ βασιλεὺς &c. — „Pertinet hoc fragmentum cum ſequente ad illum locum, ubi Polybius *de morte Eumenis* expoſuit, quæ evenit A. V. 595. Habet etiam Suidas voc. Εὐμένης." REISKIVS. — Eumenis mortem in annum V. C. 596. M. Aemilio Lepido, C. Popillio Lænate Coſſ. poſuit Simſonus in Chron. Vniv. Atque in eumdem annum rectius fortaſſe a nobis poſita hæc ecloga fuiſſet una cum ecloga præcedenti. (conf. quæ monuimus ad init. cap. 21.) Certe, ſi 36 annos regnavit Eumenes, quemadmodum utique cum Simſono legendum apud Strabonem (lib. XIII. p. 624.) videtur, obitus ejus, quoniam regnare cœpit A. V. 557, incidit in A. V. 596. Quod ſi vero primum annum regni Eumenis numeraveris 558, incidet obitus in A. V. 597.

Ibid. προσαντεῖχεν. — „προσανέχειν novi, προσαντέχειν ignoro. vid. p. 1535. n. 15. [Fragm. Hiſtor. III. T. V. p. 54.] Dicitur proprie ἀνέχειν (ſubaudimus ἑαυτὸν) de illis, qui corpus ſuper undis tenent, enituntur ex undis, neque patiuntur ab iis ſe demergi. πρὸς in ea compoſitione ſignificat contentionem adverſus adverſarium. Contendunt inter ſe corporis infirmitates, animum demergere & obruere ſtudentes; contra eluctatur mens. ἀνέχει ἑαυτὸν ὁ νοῦς ὑπεράνω τοῦ κλύδωνος τοῦ ἀπὸ τῶν τοῦ σώματος ἀῤῥωστημάτων, φιλονεικῶν πρὸς αὐτά." REISKIVS. Immo differt προσανέχειν a προσαντέχειν. Illud eſt *exſpectare, manere;* hoc *reſiſtere, ſuſtinere,* veluti *impetum hoſtium,* & h. l. *infirmitatem corporis virtute animi,* ut bene interpretatus eſt Erneſtus in Lexic. Polyb. Conf. Adnot. ad XVI. 30, 5. Ψυχῆς λαμπρότης eſt *ingenii vigor.* vide Lexicon noſtrum Polyb. in hoc voc. & in λαμπρός.

Verſ.

Verſ. 4. ἔτι δὲ πράξεως. ἔτι δὲ καὶ πράξεως Suidas in Περιπέτεια. Verſ. 4.

Verſ. 6. ἀδελφοὺς ἔχων τρεῖς καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ πρᾶξιν. — „Deeſſe videtur ἀκμάζοντας, aut quid ſimile. Suidas, in Εὐμένης, nihil ab editis differt. Sunt autem hi tres *Eumenis fratres*, *Attalus* cognomine *Philadelphus*, ac *Philetærus*, & *Athenæus*, teſte Strabone [lib. XIII. p. 624.] & Plutarcho, περὶ Φιλαδελφίας." [p. 480.] VALESIVS. — „REISKIVS contra: „Nihil hic deeſt, inquit, quod exiſtimavit Valeſius. Nam ἀδελφοὺς poſitum eſt in ambiguo & bivio quaſi, ut & *fratres genere atque natu & moribus ſimiles*, *geminos germanos* ſignificet." — Nos quidem, quo pacto ἀδελφοὶ κατὰ τὴν πρᾶξιν dici poſſint intelligimus, *fratres induſtria ad res gerendas ſibi ſimiles:* ſed ἀδελφοὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν quanam ratione ſatis commode dici poſſit, nondum videmus, niſi ſint *fratres ætate fere pares;* quæ tamen inſit ne vis græcæ dictioni, dubitare licebit. Verbum ἀκμάζοντας probavit Küſterus & in contextum apud Suidam recepit, uncis tamen incluſum. Ceterum de Eumenis fratribus diximus ad XXIII. 18, 3. Verſ. 6.

Verſ. 8. Ἄτταλος ὁ ἀδελφὸς Εὐμένους. — „Suidas voc. Ἄτταλος habet hunc locum, ubi tamen majori Attalo per errorem tribuit quæ minoris ſunt." REISKIVS. — *Ibid.* τὴν Ἀριαράθου καταγωγήν. Fuit Ariarathes uxoris frater Attali, ut intelligitur ex Strabone lib. XIII. p. 624. De re confer ſupra notata ad cap. 20, 8. Verſ. 8.

CAPVT XXIV. Cap. XXIV.

Verſ. 1. πρεσβευτῶν ἐξ Ἠπείρου. De hac Ecloga confer, quæ notavimus ad init. cap. 21. & ad c. 22, 7. *Ibid.* ποιησαμένων λόγους κατὰ πρόσωπον. — „Duæ hic erant partes, ſuam quæque cauſſam agentes: altera, Phœniciam [immo Phœnicen] tenentium legati; altera, expulſi ex ea urbe, & ipſi pro ſe dicentes, per ſe, non per legatos, ut illi. κατὰ πρόσωπον τοὺς λόγους ποιεῖσθαι eſt *dicere pro ſemet ore ſuo.* vid. ad p. 1103." [XVIII. 25, 7.] REISKIVS Verſ. 1.

Verf. 1. KIVS. — Immo vero dictio illa, *κατὰ πρόσωπον*, non ad eum referri videtur, qui verba facit, ſed ad eum coram quo, quo præſente, in cujus os, ut ſic dicamus, hic verba facit; ut *κατὰ πρόσωπον τοὺς λόγους ποιεῖσθαι* idem valeat ac *συγκαθίσταθαι* XXXII. 20, 4. *ἐξ ἀντιπαταστάσεως* verba facere IV. 47, 4.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *μετὰ Γαΐου Μαρκίου.* Livius Epit. lib. XLVII. *C. Marcius Conſul* [A. V. 598.] *adverſus Dalmatas* &c. Vide Adnot. ad cap. 18, 1. Cum hoc C. Marcio, in Illyriam Dalmatiamque egrediente, miſſi ſunt legati, qui res Epirotarum inſpicerent, & cauſſas, de quibus diſceptabatur, cognoſcerent. *Μαρκίου* correxit Vrſinus, cum mendoſe *Γαΐου Μάρκου* eſſet in msstis. Iidem paule ante *ὅτι δῶσι* dabant, pro *ὅτι δώσει*, quod idem correxit editor.

Cap. XXV. ## CAPVT XXV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *Προυσίας μετὰ τὸ νικῆσαι τὸν Ἄτταλον.* — „Pertinet hoc Fragmentum poſt illud Legationum CXXVIII. [Nos ante illud ponendum duximus.] De *Pruſiæ in Attalum injuriis* vide Diodor. Sic. T. II. p. 588. Habet hoc fragmentum Suidas quoque in *Προυσίας.*“ REISKIVS. — De eodem argumento conſer Appian. Mithridat. c. 3. De anno, ad quem referendum fuit hoc fragmentum, vide notata ad cap. 26, 1. & ad XXXIII. 1, 1. *Ibid. καὶ τὸ παρελθεῖν.* Forſan *καὶ μετὰ τὸ παρελθεῖν.* Sed parum refert. A compilatore hæc contracta ſunt. Perperam vero *μετὰ τὸ παρελθεῖν εἰς τὸ Πέργαμον* Valeſius interpretatus erat, *Pergamum ingreſſus.* Sane non ingreſſus eſt Pergamum Pruſias; nam irritus fuit ejus in oppugnanda urbe conatus, ut ex verſ. 9. & ex Diodori verbis l. c. ſatis intelligitur. Neque vero aliud quidquam dicunt græca verba, *παρελθεῖν πρὸς τὸ Πέργαμον*, quam *ad Pergamum accedere.*

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *ἐπὶ τὸ Νικηφόριον.* Sic recte editio Mediol. Suidæ cum editionibus Polybii. Perperam *ἐπὶ τὴν Νικηφόριον* Suidas Küſteri. Conf. XVI. 1, 6. & XVII. 2, 2.

Verſ.

Verſ. 4. ὑπὸ Φυλομάχου. — „Malim Φυρομάχου, ut in Eclogis Diodori noſtri legitur. Sane Plinius lib. XXXIV. c. 8. *Phyromachum* appellat nobilem ſtatuarium, qui Attali & Eumenis adverſus Gallos prælia fecit. Floruit Olymp. CXX." VALESIVS. — Adde Weſſeling. ad Diodor. l. c. Verſ. 4.

Verſ. 6. ἁρμά που. Vide lib. V. c. 11. & XVI. 1. *Ibid.* μανικάς. Hanc vocem, quæ una cum duabus ſequentibus, Τὸ γὰρ, omiſſa erat in Valeſii editione, (ſive id codicis culpa accidit, ſive operarum typographicarum errore,) ex Suida adjecit Gronovius. In latina verſione eaſdem recte expreſſerat Valeſius. Verſ. 6.

Verſ. 7. Τὸ γὰρ ἅμα &c. Repetiit hæc Suidas in Ἐξάλλως, uſque λογισμῶν verſ. 8. Verſ. 7.

Verſ. 8. πῶς οὐκ ἂν ἔποι τις. Recte hæc eodem modo Suidas repetit l. c. ut edidit Valeſius. Neſcimus vero, Reiſkius quid ſpectarit, cum ἃ πῶς οὐκ ἂν ſcribere juſſit. Verſ. 8.

Verſ. 9. ἀνδρὸς μὲν γὰρ ἔργον οὐδέν. Fuerint fortaſſe, qui haud incommode abeſſe potuiſſe vocabulum ἔργον contendunt, quibus nos quidem non pertinacius refragabimur. *Ibid.* πρὸς Ἐλαίαν. *Elæa*, Pergamenorum navale, Strab. lib. XIII. p. 615. Verſ. 9.

Verſ. 10. ἀπῆρεν ἐπὶ Θυατείρων. Valeſius: *Thyatira navibus contendit:* perperam, ut monuit Erneſtus in Lexic. Polyb. cum ſermo ſit de itinere pedeſtri. Satis erat *ad Thyatira contendit;* & deletam velimus vocem *navibus.* Nam & ſimpliciter pro *proficiſci*, ſive terra, ſive mari, & præcipue pro *domum redire*, uſurpari verbum ἀπαίρειν, jam olim & Heſychio & Suida monuit Henr. Stephanus. Verſ. 10.

Verſ. 12. τὸ τοῦ Κυνίου Ἀπόλλωνος τέμενος. — „*Cynius Apollo* cognominatus eſt eo, quod, cum Latona recens natum cum ſorore humi poſuiſſet, a canibus raptus eſt. Alii alias cauſſas memorant, quas videſis apud Suidam in Κυνήσιος, ex Socrate Argivo & Cratere grammatico. Cultus eſt hoc nomine Athenis, eique gens Cynida- Verſ. 12.

Verſ. 12. rum dicatu erat, ex qua ſacerdotes Cynii Apollinis conſtituebantur, ut teſtatur Heſychius," [in Κυννίδαι.] VALESIVS.

Ibid. τοῦ περὶ Τῆμνον. Ad vulgatum Τεμνὸν hæc monuit idem VALESIVS: „Rectius erit Τῆμνον, quæ urbs ſita eſt in Aeolide, ut tradit Strabo & Stephanus, juxta quam fuit Apollinis Cynii fanum, teſte hic Polybio. Colebatur & Aeſculapius Temni, ut docet nummus Mamææ Auguſtæ, in quo Aeſculapius ſculptus eſt cum hac inſcriptione: ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΕΡΜΕΙΟΥ. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Latini *Temnios* dicunt, ut eſt apud Tacitum lib. II. Annalium: tamen Cicero, pro Flacco, *Temnitas* nuncupat." — Confer Polyb. V. 77, 4. & ibi notata.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. εἰς τὴν οἰκείαν. Tenuimus hoc, correctum ab Erneſto, monente Reiſkio. εἰς τὴν οἰκίαν ed. Valeſ. & Gron.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. ἐκ θεοπέμπτου. θεόπτης eſt *qui Deum videt*; quare, quænam vis ineſſe poſſint inuſitatæ aliâs dictioni ἐκ θεόπτου, quæ vulgo hic legebatur, haud adparet. Primus merito eam ſuſpectam fecit REISKIVS, ἐκ θεῶν τοῦ jubens corrigere, id eſt, *a deorum aliquo;* cujus rationem probavit Erneſtus in Lexic. Polyb. Eodem modo (ut monuit Toupius in Curis Noviſſ. in Suidam ad Vocab. Ὁμόγνια, p. m. 264.) locutus eſt Ariſtides Vol. I. p. 529. ἀνεῖπε μὲν ὁ κῆρυξ Σπαρτιάτης, ὥσπερ ἐκ θεῶν του καταπεμφθείς, ὅτι ἐκείνη ἡ ἡμέρα μεγάλων τοῖς Ἕλλησιν κακῶν ἄρξει. Sed ita facilis atque expedita eſt ea dictio ἐκ θεῶν τοῦ, ut ægre intelligatur, qua ratione in inauditum ἐκ θεόπτου fuerit corrupta. Quare ſicut doctior perſpicaciorque, ſic & ceteroquin probabilior viſa eſt ejuſdem TOVPII conjectura, e ſcripturæ compendio ortam vulgatam lectionem ἐκ θεόπτου contendentis, cum ἐκ θεοπέμπτου Polybius ſcripſiſſet, id eſt *miſſu divino.* Sic „Dionyſius Halicarn. Antiq. Rom. III. 10. καὶ ταῦτα, μὴ πολέμου κατειληφότος ἡμᾶς, μηδ' ἄλλης θεοπέμπτου συμφορᾶς μηδεμιᾶς. Dicitur autem ἐκ θεοπέμπτου, ut ἐξ ἀναγκαίου, ἐξ ἑκουσίου, atque alia ejuſdem notæ ſexcenta."

CAPVT

CAPVT XXVI.

Cap XXVI.

Verſ. 1. *μετὰ τῶν περὶ τὸν Πόπλιον Λέντλον.* Nomen Λέντλον abeſt a Bav.] & abfuit etiam ab VRSINI codice, ut ex Notis ejus intelligimus, ubi repetit verba *μετὰ τῶν περὶ τὸν Πόπλιον*, monetque: „P. Lentulum intelligit, de quo in ſequenti fragmento facit mentionem.“ — Vide lib. XXXIII. 1, 1. Ceterum hanc eclogam, una cum ſuperiori, recte a nobis ad annum ab V. C. 598. relatam eſſe, patebit ex eis, quæ ad XXXIII. 1, 1. adnotabimus. Verſ. 1.

Verſ. 2. *Οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ.* Si ita ſcripſit Polybius, alia apud eum præceſſerunt, cum quibus hæc recte cohærebant. In excerpto fragmento incommoda eſt δὲ conjunctio. Oportebat *οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ*, ut vertit Caſaubonus, *Romani enim* &c. *Ibid. τοῦ μὲν Ἀνδρονίκου.* Hunc ſtatim ab Attalo Romam fuiſſe miſſum intelligitur. Eumdem annis aliquot poſt rurſus ab eodem Romam miſſum docet Appianus Mithrid. c. 4. Verſ. 2.

Verſ. 3. *βουλόμενον αὐτόν.* — „Ita legendum, cum in exemplari ſit *βουλομένων αὐτῶν*, omnino male.“ VRSINVS. — In eodem errore verſatur cod. Bav. in quo & mox *τῶν προυσίων* monſtroſe ſcriptum, pro *τῷ Προυσίᾳ*, quod pariter ab Vrſino correctum videtur. Verſ. 3.

Verſ. 4. *τοῦ τε Νικομήδους.* Pruſiæ filius hic erat *Nicomedes*, quem, ſibi ob gratiam apud ſubditos ſuſpectum, Romam, ut ibi degeret, miſerat pater, quemadmodum diſcimus ex Appiani Mithrid. c. 4. Quare etiam hic eum a legatis, nunc inſuper a Pruſia miſſis, diſerte diſtinguit Polybius, *τοῦ τε Νικομήδους, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀντίφιλον* &c. Verſ. 4.

Verſ. 5. *Μετὰ δέ τινα χρόνον. Poſt aliquod tempus:* ſed ante P. Lentuli & Athenæi adventum, de quo agitur ecloga ſequenti, lib. XXXI. 1. *Ibid. ἀμφισοξήσασα.* — „In exemplari [ſic & in Bav.] corrupte legebatur *συμφισοξήσασα*, pro quo nos repoſuimus *ἀμφισοξήσασα*, hoc eſt, *cum anceps eſſet & hæreret ſenatus.*“ VRSINVS. Verſ. 5.

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

L. XXXIII.

LIBRI XXXIII.

RELIQVIAS.

Cap. I.

CAPVT I.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἡ σύγκλητος, ἔτι κατὰ χειμῶνα διακούσασα τῶν περὶ Πόπλιον Λέντλον &c. Confer Eclogam proxime præcedentem, lib. XXXII. 26. Ibi, in rebus Aſiæ, ſuperiori anno geſtis, dictum eſt de Publio (Lentulo) legato ex Aſia Romam redeunte, & miſſo cum illo Athenæo a fratre Attalo. Nunc, in rebus anno ſequente Romæ & in Italia geſtis, de eorum adventu Romæ agit Polybius, aitque, initio hujus anni, ἔτι κατὰ χειμῶνος, *ante hyemis exitum*, (conf. ad XXXII. 5, 4. & c. 20, 1.) legationem Aſiaticam renunciaſſe P. Lentulum, & ſenatum datum Athenæo, fratri Attali. Habet autem hæc Ecloga Legat. CXXIX. in codice Bavarico præfixum inter lineas titulum, rubro colore ſcriptum, Λόγος ΛΓ'. id eſt, LIBER XXXIII. Monuitque pariter VRSINVS: „Eſt autem hoc Fragmentum *ex libro XXXIII Polybii*, ut ad oram libri manuſcripti notatum eſt.“ — Quæ cauſſa fuit, cur libri XXXIII Reliquias ab hac Ecloga inciperimus. Cum quo etiam convenit, quod cum anno ab V. C. 599, ad quem pertinebat hæc Ecloga, nova incipit *Olympias*, quæ eſt *numero centeſima quinquageſima prima*. Pertinere autem hanc Eclogam ad A. V. 599, cum ex reliqua temporum ratione intelligitur, quam adhuc vidimus ſecutique ſumus, tum vero inde maxime fit perſpicuum, quod

quod mentio fit in eadem hac Ecloga (verſ. 5.) *Auli Poſtumii, prætoris urbani*; quem prætorem urbanum fuiſſe P. Scipione & M. Marcello Coſſ. id eſt A. V. 599, diſcimus ex Ciceronis Acad. Quæſt. IV. 45. Præterea vero *liber XXXIII Polybii* nuſquam nominatim citatur, niſi apud Athenæum, qui ex hoc libro fragmentum illud depromſit, quod poſuimus XXXIII. 14. quod præter rationem exiſtimarunt viri doctiſſimi decerptum eſſe ex illa parte hiſtoriæ Polybii, quam in Reliquiis libri XXXI. c. 21. exhibuimus. Vide Adnot. ad XXXI. 21, 8. & ad c. 12, 1. & ad c. 19, 1. Adde quæ notabimus ad XXXIII. 14. Ceterum, quatenus ſuſpicari licet ex laceris eiſque pauciſſimis numero membris, quæ de integro olim corpore Hiſtoriarum Polybii noſtra ætate ſuperſunt, ab hoc fere Libro XXXIII. incepiſſe videtur Scriptor noſter illam univerſi ſui operis Partem, quæ *Vberioris plenioriſque Hiſtoriæ*, (cujus initium, præmiſſis Præparationis cauſſa duobus prioribus libris, a Libro III. fecit) fuerat *Pars Poſterior*, de qua diximus in Adnotatione de Argumento univerſæ Hiſtoriæ Polybianæ, Tom. V. p. 107 ſq. quam partem, abſoluto opere, quod primum animo deſtinaverat, novo deinde initio ſumto, a ſe ſuperioribus libris adjectam eſſe ait ipſe auctor lib. III. cap. 5. (Confer quæ de duorum ſuperiorum librorum XXXI & XXXII. argumento monuimus in Adnot. ad lib. XXX. c. 20.) Illam tamen dubitationem nolumus ſilentio premere, quod eodem loco, quem modo citavimus, III. 5, 2. in numero *novorum motuum*, quorum *hiſtoriam poſteriori hac Parte ſe perſecutum* ait Polybius, nominatim retulerit *bellum Pruſiæ cum Attalo, & Ariarathis regno Cappadociæ pulſi in idem regnum reſtitutionem*, quarum rerum mentio fit in Excerptis ad annos 597 & 598 pertinentibus. (Vide Reliquias libri XXXII. c. 23, 8. & c. 25 ſq.) Cui rationi conſentaneum videri poterat, ut Reliquias libri XXXII in rebus anni 596 finiremus, & Reliquias libri XXXIII a rebus anno 597 geſtis inciperemus. Quod etiam facturi eramus, Verſ. 1.

Verſ. 1. mus, niſi & Athenæus rem ad annum 597 pertinentem nominatim ex libro XXXII Polybii citaſſet, (vide XXXII. 20, 9.) & niſi codices manuſcripti Excerpta Legationum continentes, cum a Legatione CXXIX initium libri XXXIII diſerte faciant, eo ipſo docerent, initium belli Pruſiæ cum Attalo (de quo agit Legatio CXXVIII & cum ea conjunctum Excerptum Valeſianum) libro ſuperiori XXXII fuiſſe a Polybio expoſitum.

Ibid. διὰ τὸ νεωστί. Mendoſe διὰ τῶν νεωστὶ Bav.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ὀρτήσιον. Ὀρτήσιον Vrſin. cum mss. *Ibid.* Αὐρουγκουλήϊον tenuimus editum ab Erneſto. Αὐρουκουλήϊον ed. Vrſ. Caſaub. & Gronov. Αὐρουκολεύϊον Bav.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Τηλεκλέα τὸν Αἰγεάτην. — „Legerem Τεγεάτην, pro Αἰγεάτην, niſi in ſequenti fragmento [c. 2, 2.] Τηλεκλέα τὸν Μεγαλοπολίτην ſcriptum eſſet. Vtraque tamen Arcadiæ urbs, & Tegea, & Megalopolis.“ VRSINVS. — Conjectura iſta Vrſini, Τεγεάτην, non a Caſaubono demum adoptata eſt, ſed in ipſius etiam Vrſini contextum jam erat recepta. Quare in Scholio noſtro, ſub contextu, ita fuerat ponendum: „τὸν Αἰγεάτην ex mſstis revocavi, cum Τεγεάτην ex Vrſini conjectura fuiſſet editum.“ *Teleclès*, Achæus, cum eodem *Xenone*, jam olim A. V. 594 Romam fuerat legatus. XXXII. 7, 4. Sed ibi patriam urbem non adjecit Polybius. Quod ſi certum eſſet, eumdem eſſe hominem, qui hoc libro cap. ſeq. memoratur, Μεγαλοπολίτην fuiſſet h. l. corrigendum: ſed nil impedit, quo minus alium Teleclem cap. 2, 2: alium hoc cap. intelligamus, quemadmodum nec Xenonem ibi remiſſum videmus, ſed alium ejus loco. Poſſis etiam, cap. 2, 2. eumdem intelligere *Teleclem*, & ſuſpicari, τὸν Μεγαλοπολίτην ad ſequens nomen trahendum, καὶ τὸν Μεγαλοπολίτην Ἀναξίδαμον, præſertim quum ibi conjunctionem καὶ, quam vulgo ante Ἀναξίδαμον ponunt, ignorat codex Bav. Sed in re incerta nil temere fuit mutandum. Multa fuerunt oppida, quibus *Agæ*, Αἰγαὶ, nomen; in his unum Achaiæ, cujus poſt Homerum Strabo meminit lib.

lib. VIII. p. 385. d. & p. 386. a. & Pauſan. VII. 25. p. 590 ſq. & gentile ab Αἰγαὶ non modo Αἰγαῖος, ſed & Αἰγεάτης formari docere videtur Stephanus Byzantinus. Quamquam & de hac forma nominis gentilis non ſatis in liquido res eſt, & ipſum oppidum quod attinet, ita obſcurum illud & ignobile hoc tempore fuit, ut dubitare utique liceat, an hinc oriendum illum legatum ſcripſerit Polybius. Sed rurſus, ſi conjecturis indulgendum, poſſis pariter τὸν Αἰγειράτην ſuſpicari. Ceterum, pro Τηλεκλέα, mendoſe & contra librorum fidem Τελεκλέα habet contextus Vrſini. Verſ. 3.

Verſ. 4. παρ' ὀλίγον ἦλθον ἀπολῦσαι. Oportebat putamus ἦλθον τοῦ ἀπολῦσαι, ut II. 55, 4. & mox XXXIII. 2, 1. & alibi conſtanter, ſi bene meminimus. Verſ. 4.

Verſ. 5. Αὖλος Ποστούμιος, στρατηγὸς ὢν ἐξαπέλεκυς. De prætura Auli Poſtumii Albini, quæ cadit in annum ab V. C. 599, paulo ante dictum eſt ad verſ. 1. Verſ. 5.

Verſ. 6. πλείστων δὲ ὄντων τῶν ἀφιεμένων. Sic recte Bav. quemadmodum correxit Vrſinus, in cujus codice mendoſe erat ἐφιεμένων. τῶν ἀφιέντων maluerat Reiſkius, ſicut verſ. 8. & verſ. 7. οἷς δοκεῖν τοὺς ἀνάκεκλ. ἀφιέναι, in activo. Neſcimus tamen, an haud incommode media verbi forma ἀφίεσθαι uſurpata ſit pro eo quod eſt paulo ante (eodem hoc verſu) κελεύειν ἀφιέναι. Verſ. 6.

Verſ. 8. προσέβησαν πρὸς τοὺς μὴ φάσκοντας δεῖν ἀπολύειν. — „In exemplari προσένησαν ſcriptum eſt, ex quo unius literæ mutatione fecimus προσέβησαν. Reſpexit enim ad antiquam formulam in Senatuſconſultis faciendis, de qua ita Feſtus: *Qui hoc cenſetis, illuc tranſite; qui alia omnia, in hanc partem.* Hinc dixit Cicero in Epiſt. ad Plancum libro X. *eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit.* Et Hirtius lib. VIII. de Bello Gallico, *Diſceſſionem*, inquit, *faciente Marcello, ſenatus frequens in alia omnia tranſiit.* Erit igitur προσέβησαν, *in ſententiam ierunt*, vel, ut dixit Livius lib. IX. *pedibus in ſententiam ierunt.* Id quid ſit, clarius patebit, ſi Ciceronis verba Verſ. 8.

Verſ. 8. ex epiſt. 2. libri I. ad Lentulum adſcripſerimus. *Perſpiciebat enim*, inquit, *in Hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros.* Multum autem ad antiquum hunc morem intelligendum confert Polybii locus, purgatis præſertim mendis, quæ hærebant in verbis ταύτῃ, & ἀφιεμένων, pro quibus in exemplari ταύτης & ἀφιεμένων mendoſe ſcriptum erat." VRSINVS.

In rerum ſerie, quæ *in Italia* hoc anno geſta ſunt, expoſuerat porro Polybius *Legationem illam trium Philoſophorum, Romam ab Athenienſibus miſſorum*, de qua vide *Spicilegium* noſtrum *Reliquiarum ex Polybii libro XXXIII.* Tom. V. hujus edit. p. 45.

Cap. II. CAPVT II.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης πρεσβευτῶν. Conf. c. 1, 3 ſqq.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. εὐέλπιδες. — „In exemplari male ſcriptum eſt ἀνέλπιδες, quod contrarium eſt verbo μετεωριζόντες." VRSINVS. — Recte εὐέλπιδες habet Bav. Τηλεκλέα τὸν Μεγαλοπολίτην &c. Vide notata ad cap. 1, 3.

Cap. III. CAPVT III.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. προτείνειν αὐτῷ &c. Fragmentum hoc a Suida, tacito auctoris nomine, citatum, in Polybianis jam retulerat Caſaubonus; pertinere autem ad Archiam, de quo agit Ecloga Valeſiana, monuit Valeſius.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ἀρχίας. — „Archias hic videtur idem eſſe cum illo, quem Diodorus Sicul. T. II. p. 584, 51. habet." REISKIVS. — Scilicet comes olim Ptolemæi Philometoris in itinere illo Romam ſuſcepto, de quo diximus in Adnot. ad XXXI. 18, 1. deinde Ptolemæi nomine præfectus Cypro. De re, quæ hic agitur, vide Freinſhem. in Supplem. Liv. lib. XLVII. c. 32. & Prideaux in Connexione Hiſtoriæ Veteris & Novi Teſtamenti Part. II. lib. IV. ad annum ante C. N. 155. quorum ex ratione Fragmentum hoc poni debebat poſt illud, quod cap. 5. poſuimus.

Ante

Ante hanc *de Cypro* eclogam, in ſerie Eclogarum Valeſianarum ponitur vulgo illa de *Ariſtocrate*, belli duce Rhodiorum, quam cap. 9. poſuimus; quæ tamen (ut ibi monebimus) fortaſſe haud incommode ſuo loco relinqui potuerat & in Reliquiis ex libro XXXIII. proxime ante hoc caput poni. Verſ. 2.

CAPVT IV. Cap. IV.

Verſ. 1. Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν &c. — „Locus erat in exemplari mutilus & corruptus, quem nos emendavimus additis vocibus πρεσβευταὶ, & οἱ, quæ deerant, [πρεσβευταὶ quidem abeſſe poterat,] & ἐξαπέστειλε [quod & Bav. habet,] in ἐξαπέστειλαν mutato. De hac re ita ſcribit Livius in Epitoma lib. XLVII. *Q. Opimius Conſul Tranſalpinos Ligures, qui Maſſilienſium oppida Antipolim & Nicæam vaſtabant, ſubegit.*" VRSINVS. — Vide cap. 5, 1. Verſ. 1.

Verſ. 3. γενησομένους correxit Caſaubonus. γενομένους ed. Vrſin. cum msstis. Verſ. 3.

CAPVT V. Cap. V.

Verſ. 1. Ὀπίμιον. — „Ita legendum, cum in exemplari corrupte Ἱππόνιον ſcriptum ſit, [ſic & in Bav.] pro Ὀπίμιον. De quo videndus Livii locus in ſuperiore fragmento adductus ex Epitoma libri XLVII." VRSINVS. — Adde cap. 7, 8. *Ibid.* τῶν Ὀξυβίων. *Oxybios* Liguſticum fuiſſe populum intelligitur ex hoc loco, cum cap. 4, 2. & cum verbis ex epitome Liviana citatis collato. Adde infra c. 7 ſeq. & ibi Adnot. ad c. 7, 8. Verſ. 1.

Verſ. 5. οὐδ' ἀνέχεσθαι. Sic Reiſkius ſcribendum monuit, id eſt, *ne tolerare quidem.* οὐδ' ἀντέχεσθαι (non οὐδ' ἀνέχεσθαι) notaverat Gronov. in ora ſui libri. *Ibid.* ἀπανάγειν. Sic recte msſti, quod ſibi non placere ait Vrſinus, idque in ἀπανάγειν mutavit; quod, inauditum licet Græcis verbum, tenuere poſteriores editores. Reſtituendum Polybio verbum ἐπανάγειν recte monuit Reiſkius. Verſ. 5.

Ibid. προσέταξεν, monente eodem Reiskio, correximus, pro eo quod mendose vulgo legebatur προέταξεν.

Vers. 6. *Vers.* 6. τῷ δὲ νεωτέρῳ πέντε πρεσβευτὰς &c. — „De hac Ptolemæi in Cyprum reductione videndus Livius in epitoma libri XLVI." VRSINVS. — At ibi apud Livium de majoris Ptolemæi restitutione in Aegypti regnum agitur; hic apud Polybium de minoris fratris reductione in regnum Cypri: & rerum series apud Livium satis docet, diversis temporibus hæc esse gesta. Cum ea re, de qua hic Polybius egerat, conjunctum esse debuit id, quod in epitome libri XLVII Liviani his verbis legitur: *Inter Ptolemæos fratres, qui dissidebant, foedus ictum, ut alter in Aegypto, alter Cyrenis regnaret:* quod etiam planius intelligitur ex ecloga Valesiana Diodori Siculi T. II. p. 588. ed. Wessel. cum qua conferendus Polybius XL. 12, 6. Fragmenta ista historiæ horum Ptolemæorum apte, quoad fieri potuit, inter se connexa vide apud Freinshem. in Suppl. Liv. XLVII. 32. & Prideaux loco supra ad cap. 3, 2. laudato.

CAPVT VI.

Cap. VI.

Vers. 1. *Vers.* 1. Ὀρτήσιον καὶ Αὐρουγκ. Vide cap. 1, 2.

Vers. 3. *Vers.* 3. Λεύκιον Ἀνίκιον. — „Pro Ἀνίκιον, in exemplari, corrupte, ut videtur, scriptum erat ναυΐκιον. Nos in Ἀνίκιον mutavimus, scripturæ similitudinem secuti: nam hujus legationis mentio apud Livium non extat. Anicia vero gens in veteribus monumentis nota." VRSINVS. — Nulla emendatio simplicior, λεύκιον ἀνίκιον pro λεύκιον ναυΐκιον. *L. Anicius Gallus*, is qui prætor A. V. 587. de Illyriis triumphaverat, & consul fuerat A. V. 594, nunc princeps legationis nominatur in Asiam missæ.

CAPVT VII.

Cap. VII.

Vers. 1. *Vers.* 1. τῶν Μασσαλιητῶν &c. Conf. c. 4. & c. 5, 1. *Ibid.* Post διαπρεσβευσαμένων πρὸς Ῥωμαίους excidisse putamus verba καὶ διασαφούντων, aut in eamdem sententiam alia.

Ibid.

Ibid. κατέστησαν Φλαμίνιον, καὶ Ποπίλλιον Λαινάτον, καὶ Λεύκιον Πόπιον πρεσβευτάς. In Vrſini contextu ſic legitur: Φλαμίνιον, καὶ Πόπλιον Λαινάτον, καὶ Λεύκιον Ποπίλλιον: ad Πόπλιον vero, quod eſt ante Λαινάτον, in ora notatur Ποπίλλιον. Tum vero in Notis ſic monuit VRSINVS: „Vereor ne ſatis [*ne non ſatis*, voluerat ſcribere] emendata ſint hæc Legatorum nomina; in quibus duo fuerunt Popillii, P. & L. Lænates, ſi veterem lectionem ſequamur. Suſpicor autem, prænomen Λεύκιον poſt verbum κατέστησαν reponendum, & nomen Ποπίλλιον poſt prænomen Πόπλιον, ut duo tantum fuerint legati, *L. Flamininus*, & *P. Popillius Lænas*. Pro Ποπίλλιον in exemplari Πόπιον ſcriptum erat.“ — Quibus ex verbis intelligi videtur, in Vrſini codice nomen Ποπίλλιον nuſquam comparuiſſe, ſed utroque loco Vrſini deberi ingenio, cum priori loco Πόπλιον Λαινάτον dediſſet codex, poſteriori Λεύκιον Πόπιον. Caſaubonus, priori loco, Ποπίλλιον ex ora Vrſini in contextum recepit, poſteriori Πόπιον ex insto revocavit, cujus rationem & ceteri editores tenuerunt, & nos tenendam duximus. Statim enim, Λεύκιον Πόπιον quod adtinet, id eſt *L. Pupium*, nil morari nos debuit neque Vrſini ſcrupulus, neque REISKII, ſic ſcribentis ad hunc locum: „Multa poſſunt iniri emendandi rationes; Λόλλιον, aut Ὄππιον, aut Πόντιον, aut Πόρτιον. Mitto alia: viderint hac de re hiſtoriæ Romanæ peritiores.“ — Græcum Πόπιος eſt Romanum nomen *Pupius*, quod cur ſuſpectum Vrſino fuerit, nulla idonea erat cauſa. Quamquam non nobiliſſima, tamen haud obſcura inter Romanos *Pupia* gens: & *L. Pupium* ædilem primo, deinde prætorem Livius commemorat XXXIX. 39. & 45. Potuerat vero fortaſſe etiam Πόπλιον Λαινάτον, ſi modo ita codex dederat, teneri, ut intelligeretur *Publius* (Popillius) *Lænas*. Sed quandoquidem facillime fieri potuit, ut a Ποπίλλιος in Πόπλιος aberraret librarius, noluimus loco movere id quod haud improbabili ratione editum invenimus. Poterit autem ſic intelligi ſive *M. Popillius* Verſ. 1.

Verſ. 1. *pillius Lænas*, idem qui conſul A. V. 581, & deinde proconſul, bellum cum Liguribus geſſerat, Ligureſque vicerat, & tunc quidem, ob contumaciam adverſus ſenatus voluntatem accuſatus, damnationem ægre evaſerat, (Liv. XLII. 7 ſq. & c. 22.) ſed deinde recuperata boni civis fama ad cenſuram etiam erat evectus A. V. 595. (vide Pighii Annal. Roman. T. II. p. 415.) Sive *Cajum Popillium* intelligere maluerimus, Marci fratrem, qui A. V. 582. primum, iterumque anno 596. conſulatum geſſerat. Denique vero, quod ad Φλαμίνιον ſpectat, videtur utique hoc nomen more græcorum ſive auctorum ſive librariorum haud ſatis recte ſcriptum, pro Φλαμινῖνον; intelligenduſque fuerit *T. Quinctius Flamininus*, ejus, qui Philippum debellavit, filius, qui ad conſulatum deinde promotus eſt A. V. 604.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. προσέσχον τῆς Ὀξυβίων χώρας κατὰ πόλιν Αἴγιτναν. Sic recte non ſolum in Caſauboni contextu, ſed in Vrſini etiam editione legitur, quamquam aliud profiteatur editor in Notis. Ibi enim VRSINVS, verba hujus loci ita citans, προσέχων τῆς Ὀξυβίων χώρας κατὰ πόλιν αἰγιαλὸν, hæc monuit: „Vel hic Αἴγιτναν reponendum, vel infra [c. 8, 3. ubi Αἴγιτνκν dabat codex] ſcribendum eſt Αἰγιαλόν. Nos, quia urbis hujus, ut videtur maritimæ, nomen nuſquam invenimus, unde, utra ſcriptura emendatior ſit, appareat, nihil mutandum putavimus." — Nos tenuimus id quod editum invenimus, ceterum de *Aegitna* urbe nil amplius, quam Vrſinus, compertum habemus. In codice Bav. tota hæc Ecloga, ut in ſcholio ad c. 6, 4. ſignificavimus, deſideratur. De *Oxybiis* confer mox Adnot. ad verſ. 8.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. προκηκοότες. — „Placet ut ita legatur, cum προσηκοότες ſit in exemplari" VRSINVS. — Forte προσακηκοότες fuerat in exemplari; ſed, quidquid fuerit, bene correxit editor.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τοῖς Ὀξυβίοις καὶ Δεκιήταις. — „Hunc Polybii locum de *Oxybiis & Deceatibus* citat Strabo in lib. IV. Gr.

[p. 202. ed. Casaub.] Τῶν οὖν Λιγύων τῶν μὲν ὄντων Ἰγγαύνων, τῶν δὲ Ἰντεμελίων, εἰκότως τὰς ἀποικίας αὐτῶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ τὴν μὲν ὀνομάζεσθαι Ἄλβιον Ἰντεμέλιον, οἷον Ἄλπιον· τὴν δὲ ἐπιτετμημένως μᾶλλον, Ἀλβιγγαῦνον. Πολύβιος δὲ προστίθησι τοῖς ὀυσὶ Φύλοις τῶν Λιγύων τοῖς λεχθεῖσι τό τε τῶν Ὀξυβίων καὶ τὸ τῶν Δεκιήτων. [Mendose Δεκιητῶν scribitur in edit. Casaub. pro Δεκιητῶν, quod voluerat editor, ut ex Commentario ejus intelligitur.] Sed, præter Polybium, Ptolemæus *Deceates* inter Transalpinos Ligures numerat, licet Δεκιάτιοι, pro Δεκιῆται, in vulgatis editionibus scriptum sit. Plinius etiam non modo *Deceates*, sed & *Oxybios*, trans Alpes Ligures nominat lib. III. c. 5. & Pomponius Mela." VRSINVS. — In nominibus, τοῖς Ὀξυβίοις καὶ Δεκιήταις nescimus quid corruptum h. l. fuerat in Vrsini codice, quod e Strabonis loco a se correctum ait editor. De Ὀξυβίοις nullum esse dubium potest. De Δεκιήταις, scripturam, quam secutus est Vrsinus, confirmat Stephanus Byzant. Δεκίητον, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Δεκιῆται, ὡς Ἀρτεμίδωρος. Vers. 8.

CAPVT VIII. Cap. VIII.

Vers. 2. παρὰ τὸν Ἄπρωνα ποταμόν. — „Fluvii nomen alibi non extat, quod sciam; nisi forte sit is, qui Οὔαρος a Ptolemæo dicitur." VRSINVS. — „Num Πάρωνα, literis transpositis, *Varum*. Similis est F. Vrsini sententia." REISKIVS. Satis notus in ea regione *Varus* fluvius; Οὔαρος Straboni dictus. Nec tamen Casaubonus, ne in versione quidem latina, mutare quidpiam ausus est, sed *Apronem fluvium* tenuit, quamvis inauditum aliâs nomen. Vers. 2.

Vers. 5. λαβόντες ὁρμὴν παραστατικήν. Sic merito & perspecte correxit Casaubonus, pro λαβόντες ὠμὴν παράστασιν, quod temere ediderat Vrsinus; qui ita a se emendatum ait, cum in exemplari fuisset ὁμὴν παραστατικήν. Vide I. 67, 6. Vers. 5.

Ibid.

Verſ. 5. *Ibid.* περὶ τετρακισχιλίους ἀθροισθέντες. Sic ſua auctoritate Caſaubonus edidit, quum περὶ τετρακισχιλίων ἀθροισθέντων haberet Vrſinus, quod nunc demum animadvertimus, ac veremur ne verum ſit, nec temere ſolicitandum. Namque verba iſta ad Oxybios referenda cenſuerat Caſaubonus: & quoniam non erat conſentaneum, Conſulem Romanum, qui Romano præeſſet exercitui, adſpectu furioſorum quidem hoſtium, ſed non amplius quater mille, *territum* ſtatim fuiſſe, quod verſ. 6. dicere Polybius videtur; verbum κατεπλάγη non *territus*, ſed *miratus*, interpretatus eſt. At nihil impedire videtur, quo minus de *Deciatis* verba iſta intelligamus, (collatis præſertim eis, quæ leguntur verſ. 9.) & interpretemur: *priuſquam eis ſeſe junxiſſent Deciatæ, quamquam illi jam congregati eſſent ad quatuor millia numero.* Sic τετρακισχιλίων (ſcil. Δεκιητῶν) ἀθροισθέντων erunt genitivi abſolute poſiti, ut ajunt grammatici; particula vero περὶ, *circiter*, non ut præpoſitio erit accipienda, ſed ut adverbium, caſum nullum regens, ſicut Latinorum particula *ad*, cum idem atque *circiter* valet, de qua confer Io. Frid. Gronov. ad Liv. X. 17, 8.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. παροπλίσας correxit Caſaub. Perperam παροπλήσας Vrſin. *Ibid.* καὶ διελὼν τὴν δύναμιν ἐπὶ τὰς πόλεις. VRSINVS, διελὼν τὴν δυν. κατὰ τὰς πόλεις edens, in Notis ad h. l. ait: „In exemplari corrupte ſcriptum erat, καὶ ἑλὼν τὴν δύναμιν ἐπὶ τὰς πόλεις.“ — Ad quæ bene REISKIVS monuit: „κατὰ τὰς πόλεις Vrſino debetur, in cujus codice recte erat ἐπὶ τὰς πόλεις. Si κατὰ voluiſſet auctor hoc loco uſurpare, ſaltim κατὰ πόλεις dixiſſet, ſine τὰς.“ —

Cap. IX. ## CAPVT IX.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἀριστοκράτης &c. Legitur hoc Fragm. etiam apud Suidam in Ἀριστοκρ. Mentionem hujus prætoris Rhodiorum factam ſuſpicati ſumus occaſione *belli Rhodiorum cum Cretenſibus*; cujus belli meminit ſcriptor noſter

Legat.

Legat. 136. cap. 11, 2. & Legat. 138. c. 14, 3. Quare in rebus ejuſdem anni ab V. C. 600. in quibus prima mentio illius belli (cap. 12, 2.) injecta eſt, brevem hanc eclogam Valeſianam rejecimus. Sed, ut dicamus, quod res eſt, quoniam in ſerie eclogarum de Virtutibus & Vitiis proxime hæc præcedit illam de *Archia*, (cap. 3, 8 ſqq.) quæ pertinere viſa eſt ad res anni 599; potuerat debueratque hæc, de qua nunc agitur, illi præmitti, & poſt cap. 2. hujus libri in rebus anni 599. poni. Nil enim magnopere vetat, quo minus credamus, idem bellum Rhodiorum cum Cretenſibus, de quo agitur cap. 11. in rebus anni 600, & rurſus cap. 14, 3. in rebus anni 601, jam anno 599 viguiſſe aut initium cepiſſe. Verſ. 1.

CAPVT X. Cap. X.

Verſ. 1. τῶν περὶ Ἀριαράθην καὶ τὸν Μιθριδάτην. — „Ἀριαράθην, τὸν καὶ Μιθριδάτην, tranſpoſitis vocabulis: nam idem eſt Mithridates, qui Ariarathes.“ REISKIVS. — Nempe *Ariarathi* huic primum *Mithridatis* nomen fuerat a parentibus impoſitum, quoniam alter ex duobus majoribus fratribus, quos mater ejus patri pro ſuis filiis ſubjecerat, *Ariarathes* vocabatur: deinde vero, poſtquam parenti fraudem profeſſa eſt mater, *Ariarathes* ipſe erat nominatus; ut docet Diodorus in Excerpt. ex lib. XXXI. T. II. p. 518. Eo reſpexit Reiſkius, τὸν καὶ, pro καὶ τὸν, ſcribere jubens. Sed (ut taceamus, iſtam loquendi formulam τὸν καὶ, ea notione, quam voluit Reiſkius, a Polybiano ſtylo prorſus alienam videri) quum jam ſæpius ante de eodem Ariarathe verba fecerit ſcriptor noſter, non nunc demum locus erat, alterius illius nominis, quod nonniſi puer olim geſſerat, mentionem faciendi. Immo vero intelligi debet (cum Freinſhemio in Suppl. Liv. XLVII. 41. aliiſque viris doctis) Ponti rex *Mithridates*, Evergetes cognominatus, Pharnacis filius, Mithridatis Magni pater, Romanorum amicus, qui deinde etiam naves nonnullas cum copiis auxiliaribus miſit Romanis ad Puni- Verſ. 1.

Punicum bellum. De quo vide Appian. Mithrid. c. 10. & ex variis scriptoribus collegit Vaillant in Achæmenidarum imperio, sive regum Ponti historia p. 55 seqq.

Vers. 2. *Vers.* 2. περὶ Κάδους. — „Ita legendum, cum in exemplari scriptum sit περὶ Κάδοις. Κάδοι autem Stephano Μυσίας πόλις." VRSINVS.

Vers. 3. *Vers.* 3. τὰ παρὰ τῆς συγκλήτου. — „In exemplari est περὶ, male." VRSIN. *Ibid.* μετὰ πολλῆς ἐπιστάσεως. Si vera est hæc scriptura, significabit *diligenter, sedulo, adcurate.* Ceterum vide Adnot. ad X. 27, 8.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἀπείπαντο. — „In exemplari est ἀπείποντο, pro eo quod nos emendavimus ἀπείπαντο." VRSIN.

Vers. 7. *Vers.* 7. παρασκευάζειν correxit idem Vrsin. παρεσκεύαζεν erat in msto. *Vers.* 8. Ἰωνίας correximus. Superiores omnes editiones mendose Ἰονίας.

Cap. XI. CAPVT XI.

Vers. 1. *Vers.* 1. Ἀθήναιος correxit Vrsinus. Ἀθήναις dabat codex mstus. *Ibid.* κατέπλευσε. — „scilicet in ditionem Prusiæ ex Ionia." REISKIVS. — Nisi forte ἀπέπλευσε scripsit Polybius. Vide ad XXX. 5, 11.

Vers. 2. *Vers.* 2. εἰς τὸν Κρητικὸν πόλεμον. Vide c. 14, 3 sq. & Adnot. ad c. 9, 1. Κρητικὸν correxit Vrsinus: corrupte Κλητικὸν cod. ms. *Ibid.* ἑπτὰ δὲ ἐπὶ ταῖς εἴκοσι. ἑπτὰ δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς εἶκ. erat in ed. Vrsini. Otiosam particulam καὶ delevit Casaub.

Vers. 4. *Vers.* 4. διακούσασκ τῶν παρὰ τοῦ Προυσίου πρεσβευτῶν ἀνακεχωρηκότων, ἐξαυτῆς τρεῖς ἄλλους ἀπέστειλεν. — „Comma tollendum: nam ἀνακεχωρηκότων cohæret cum ἐξαυτῆς. *Senatus Romanus, cum audivisset Prusiæ legatos, statim, ut hi Roma discesserant, ipsis e vestigio submittebat legatos suos.* Idem est ἀνακεχωρηκότων ἐξαυτῆς dictum, ac si dixisset εὐθέως μετὰ τὸ ἀνακεχωρηκέναι αὐτούς." REISKIVS. — Ita cum scriberet vir doctus, animum non advertit ad id, quod cap. superiore ad vers. 8. dixit Polybius, *nonnullos ex legatis Romanis propere Romam*

mam ex Asia rediisse, qui senatui renunciarent Prusiæ pertinaciam. Hi enim sunt, quos nunc senatus postquam audivit, alios continuo legatos in Asiam misit.

Vers. 5. εἰς τὰς τοιαύτας συνθήκας ἐπαναγόμενοι τοὺς βασιλ. ἀμφ. — „ἐπαγαγόμενοι scribendum. Nam ἐπανάγεσθαι longe aliud est, ab h. l. alienum. ἐπάγεσθαι, unde ἐπάγωγος, & paulo ante εὐεπάγωγος, [XXXI. 13, 5.] est *conciliare.*" REISKIVS. — ἐπάγειν est *adducere; ἐπανάγειν reducere*, ac sæpe etiam non amplius valet quam *adducere:* quare non satis videmus, cur omnino alienum esse ab h. l. istud verbum judicemus. Vers. 5.

Vers. 6. πεντακόσια δὲ τάλαντα κατενεγκεῖν ἐν ἔτεσιν εἴκοσι. — „Forte πεντακισχίλια: nam 500 talenta in vicenas pensiones est summa nimis minuta, quum tota possit facile una pensione corrogari & dependi." REISKIVS. Vers. 6.

Vers. 8. τῆς τε Μηθυμναίων καὶ τῶν Αἰγ. — „τῆς τῶν τε Μηθ. aut τῆς τε τῶν Μηθ." REISK. *Ibid.* Αἰγαιέων. — „E canone Stephani scribendum esset Αἰγαίων. v. Αἶγα, τῆς Αἰολίδος ἄκρα." REISK. — Vide notata ad V. 77, 4. Vers. 8.

Vers. 9. ἐπὶ τούτοις, *in hanc formulam.* Ejusdem Reiskii hæc erat conjectura: quæ certissima mihi visa est. *Ibid.* τὰς πεζικὰς καὶ τὰς ναυτικάς. Sic edidit Casaub. (casu ne, nescimus, an consilio;) idque tenuere sequentes. Inverso ordine τὰς ναυτικὰς καὶ τὰς πεζικὰς habet Vrsinus; a quo cur discessum sit, quum nullam videamus caussam, restitutum hunc verborum ordinem velimus. Vers. 9.

Vers. 10. ὅ τε κατὰ μέρος χειρισμός. — „τοιοῦτος τότε κατὰ μέρος χειρισμός. Ita scribendum, cum manuscriptus habeat ο, τε, pro τότε." VRSINVS. — „τότε est Vrsini inventum, in cujus codice erat ὅ τε. Recte vero. Videtur auctor dedisse sic: καὶ τῆς, (vel τῇ, nam perinde est) μὲν Ἀττάλου καὶ Προυσίου διαφορᾶς (vel διαφορᾷ) τοιοῦτος ὅ τε κατὰ μερ. χειρ. ἐγεν. τῶν πράξ. καὶ τὸ τέλος. *Discidii, quod inter Attalum & Prusiam intercessit, talis fuit* Vers. 10.

& rerum quarumque singularium administratio, & finis." REISKIVS. — Commodius fortasse verba ista, καὶ τὸ τέλος, in medio post χειρισμὸς posita fuerint.

Cap. XII. CAPVT XII.

Vers. 1. *Vers.* 1. Πριηνεῖς. Stephanus: Πριήνη, πόλις Ἰωνίας. τὸ ἐθνικὸν Πριηνεῖς. De argumento hujus Eclogæ conf. Diodor. Sic. T. II. p. 588.

Vers. 2. *Vers.* 2. παρ' Ὀροφέρνους. De nominis scriptura vide ad III. 5, 2. Videtur quidem utraque scriptura, per ρ & per λ, (quæ literæ sæpius inter se alternant) in usu fuisse: sed apud Polybium optimos quoque codices & vetustissimos consentire in ρ vidimus l. c. *Ibid.* ὅτ' ἐπράτησε τῆς ἀρχῆς confer XXXII. 20. *Ibid.* ὅτε μετέλαβε τῆς ἀρχῆς. cf. XXXII. 23, 8. & Adnot. ad XXXII. 20, 8.

Vers. 3. *Vers.* 3. ὀρθῶς ἵσταντο. — „*Recte stabant*, h. e. recto talo stabat ipsis sua causa; causam suam æquissimo & optimo modo defendebant; stabant in judicio cum causa, non cadebant, sed eam æquis omnibus approbabant. vid. ad p. 1293. dicta." REISKIVS. — Immo vide quæ ad eumdem locum a Reiskio citatum XXXI. 7, 2. notavimus. *Ibid.* προήσεσθαι. Sic omnino oportuit, a προΐεμαι. προεῖσεσθαι, a προείδομαι, non erat hujus loci.

Vers. 8. *Vers.* 8. Ὁ δὲ οὐ προσεῖχε &c. Ad Ariarathem hæc retulit Valesius, vertens, *Sed Ariarathes cuncta, quæ dicerentur, parvi faciebat.* Quæ si vera est interpretatio, recte monuit REISKIVS, scribens: Ante ὁ δὲ deest sententia. Forte καὶ οἱ μὲν aut καὶ οὗτοι μὲν ὑπὲρ ἐκείνων ἐδέοντο παρ' Ἀριαράθῃ. *Et hi quidem* (Rhodii & Romani) *pro iis* (Prienensibus) *intercedebant apud Ariarathem. Ille autem nil curabat.*" — Quod si οἱ δὲ οὐ προσεῖχον legeretur, (scil. Ῥόδιοι καὶ Ῥωμαῖοι) nil amplius desideraturi eramus.

Vers. 10. *Vers.* 10. Πῶς οὐκ ἂν εἰκότως &c. — „Deesse hic nonnulla satis apparet. Hæc enim ad *Prienenses* pertinere non possunt: itaque *asterisco* locum notavi. Porro hic

Anti-

Antiphanes Bergæus incredibilia quædam ſcripſerat & ridicula, a quo deinde omnes ſutiles ac fatui *Bergæi* ſunt dicti, teſte Stephano Byzant. in Βέργη. [παροιμία· Βεργαίζειν, ἀντὶ τοῦ, μηδὲν ἀληθὲς λέγειν.] Quem tamen falli exiſtimo, cum hunc *Antiphanem* cum Antiphane comico confudit: nam præterquam quod Antiphanes comicus non fuit oriundus Berga oppido, ſed Cio, aut, ut quidam ajunt, Rhodo, certe non ejuſmodi poëta fuit, ut in exemplum inſignis ſtultitiæ ſumeretur: quæ enim ſuperſunt illius fragmenta apud Athenæum, longe aliud teſtantur." VALESIVS. — Confer quæ de utroque habet Fabricius in Bibl. Græc. lib. I. c. 22, 4. & lib. II. c. 22. T. I. p. 742 ſqq. — „Nihil hic deeſt, ait REISKIVS, quod exiſtimavit Valeſius. Stultitiam, quam hic exagitat Polybius, Prienenſes in eo teſtatam fecerant, quod primum parvi lucri ſpe magna damna emerant; deinde quod pecuniam creditam Oropherni reddiderant, videntes ejus fortunam jacentem." — Nobis verior viſa eſt Valeſii, quam Reiſkii, ratio; arbitramurque, nihil iſta verba ad Prienenſes pertinere. Immo vero, quo pertineant, Strabo docet lib. II. p. 104. Nempe decerpta ſunt *ex Polybii libro XXXIV.* ubi de Evemero hiſtorico verba fecit Polybius, dixitque *Eratoſthenem illum Bergæum*, id eſt *fabulatorem, adpellare.* Vide Reliq. lib. XXXIV. 5, 10. quem ſi inſpexeris, intelliges, tollendum hinc & eo reponendum fuiſſe breve hoc fragmentum. Verſ. 10.

Ibid. ὑπερβεβηκέναι. — „Poſſit ὑπερβεβληκέναι conjici: ſed vulgata ſatis ſe tuetur." REISKIVS. *Ibid.* ἀπολελεληκέναι. — „ἀπολελησμονέναι malim: *commutaſſe cum anili fabula; convertiſſe in fabulam nugatoriam; cui nemo attenderit; feciſſe, ut, quæ incredibilia de illius ſtultitia narrantur, ea tamen præ ſua* (Prienenſium) *ſtultitia videantur ſapientia eſſe.*" IDEM. — *Ibid.* ἀπονοίας. — „ἀνοίας, *ſtultitiæ.* Nam ἀπόνοια eſt *temeritas, audacia furioſa.*" IDEM.

Cap. XIII.

CAPVT XIII.

Ad CAP. XIII. conf. XXXIII. 1, 3 seqq. & c. 2. tum lib. XXXV. c. 6.

Cap. XIV.

CAPVT XIV.

Vers. 1. *Vers.* 1. Δημήτριον &c. Vide notata ad XXXI. 12, 1. & 19, 1. Fragmentum hoc, quod diserte ex libro XXXIII. Polybii citat Athenæus, pertinet ad posteriora regni Demetrii tempora, quibus is per inertiam suam, luxuriamque & superbiam exosum se subditis suis reddidit; quum (ut Iosephus narrat lib. XIII. cap. 2. aliis 3. sect. 1.) in arcem quamdam quatuor turribus munitam se conclusisset, quam haud procul Antiochia exstruxerat, ubi neminem admittebat, sed otio luxuriæque indulgebat. Quare ei cum ab intestinis inimicis, tum ab externis hostibus oppositus est *Alexander* ille, cujus mentio mox fit ecloga 138 de Legat. cui hoc fragmentum præmisimus.

Vers. 2. *Vers.* 2. Ὁ Ἡρακλείδης. Magna cum veri specie Prideaux in Connex. Vet. & Novi Test. Part. II. lib. IV. ad ann. ante C. N. 154. hunc *Heraclidem* eumdem esse censuit, qui, cum ab Antiocho Epiphane ærario fuisset præfectus, a Demetrio regnum adepto in exsilium est pulsus, ut docet Appianus Syriac. c. 45 & 47. *Ibid.* Θερείας correxit Vrsinus. Corrupte Θεραπείας mssti.

Ibid. ἄγων τὴν Λαοδίκην καὶ τὸν Ἀλέξανδρον. — „De *Laodice* & *Alexandro* videndus Appianus in Syriacis." VRSINVS. De Alexandro isto, *Bala* cognominato, alios ut taceamus auctores, vide Iosephum l. c. Iustin. XXXV. 1. & Appian. Syriac. cap. 67 sq. Erat is *homo ignotus & incertæ stirpis*, ut ait auctor Epit. Liv. lib. LII. sed pro Antiochi Epiphanis filio sese gerebat. *Laodices*, quæ & hic & c. 16. a Polybio memoratur, nulla nec apud Appianum, nec apud alium, quod sciamus, scriptorem fit mentio: sed ex eis, quæ Polybius noster c. 16. scribit, recte collegisse Prideaux l. c. videtur, fuisse hanc revera Antiochi Epiphanis filiam.

Vers.

Verſ. 3. καὶ Ἀστυμήδης. Mendoſe καὶ στυμήδης Bav. putamus & Vrſini codex; nam non ſatis emendatum in eo fuiſſe hunc locum, ait ipſe in Notis. *Ibid.* πρεσβευτὴς ἅμα καὶ ναύαρχος. καὶ πρεσβευτὴς ἅμα καὶ ναύαρχος Bav. recte: nam ſignate hoc dicit, *ſimul & legatum, & claſſi præfectum fuiſſe.* Vide XXX. 5, 4 ſq. *Ibid.* περὶ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Κρηταιεῖς. Ex hoc loco intelligi, ait Vrſinus, recte a ſe emendatum Κρητικὸν cap. 11. conf. notata ad c. 9, 1. Verſ. 3.

Verſ. 4. τοὺς περὶ Κόϊντον. — „Significat *Q. Opimium*, qui bellum adverſus Liguras aut hoc ipſo anno, aut anno ante, geſſit conſul.“ REISKIVS. — Q. Opimius Conſul A. 600. bellum geſſit cum Liguribus, (vide ſupra, c. 7 ſq.) & in eis regionibus hiberna egit, (c. 8, 13.) adeoque anno 601. demum Romam redire potuit: quo eodem anno Rhodum ſtatim a ſenatu fuiſſe miſſum, non eſt probabile; præſertim cum legatis Rhodiorum, pro more, initio anni datum ſenatum fuiſſe conſentaneum ſit, atque adeo legati Romani a ſenatu eo tempore nominati ſint, quo Romam nondum redierat Opimius. Itaque alius *Quintus* fuerit quærendus. Verſ. 4.

CAPVT XV. Cap. XV.

Verſ. 1. Τοὺς περὶ Ἀντιφάτην. Sic contextus Vrſini & aliæ omnes editiones. In Notis vero iſta verba ſic repetiit VRSINVS, τοὺς περὶ Ἀντιφάταν, monuitque: „ita legendum ex loco inferiore.“ — Nempe mox verſ. 4. in contextu Vrſini, conſentientibus msstis, ſcribitur: Εἰς ἃ βλέπων Ἀντιφάτας, recte, dorica dialecto, qua utebantur Cretenſes. Caſaubonus, cum ex inferiore iſto loco, & ex Notis Vrſini, initio fragmenti Ἀντιφάταν corrigere debuiſſet pro Ἀντιφάτην, hoc ibi reliquit, & verſ. 4. Ἀντιφάτης ſcripſit: quod nos imprudentes ita tenuimus. Nunc reſcriptum velimus verſ. 1. Ἀντιφάταν, & verſ. 4. Ἀντιφάτας. In cod. Bav. (ac putamus etiam in Vrſini libro) verſ. 1. erat Ἀντίφατον. Præterea Verſ. 1.

Vers. 1. in utroque codice desiderabantur duæ voces *τοὺς περὶ*, quæ ex ingenio adjecit Vrsinus, quia præcessit *πρεσβευτὰς*, non *πρεσβευτὴν*, & quoniam pariter mox ait *τοὺς περὶ Θεοφάνην*. *Ibid.* *Τηλεμνάστου*. De hoc vide XXIX. 3, 8. sed præcipue mox vers. 6.

Vers. 4. *Vers.* 4. *Ἀντιφάτης*. Vide modo notata ad vers. 1.

Vers. 5. *Vers.* 5. *πεφευγὼς τὴν Κρητικὴν ἀναγωγήν*. — „*ἀγωγήν*. De levitate & nequitia Cretensium nota & protrita sunt omnia." REISKIVS. — *ἀναγωγὴν* cum Vrsino & msstis tenens Casaubonus, *perversam institutionem* interpretatus est. Fortasse in mente habuerat vocabulum *ἀναγωγία*, quod Polybio restituimus VII. 10, 5. Sed *ἀναγωγὴ* idem valet ac simplex nomen *ἀγωγὴ*, *institutio*, ut adparet ex exemplis a Guil. Budæo & Henr. Stephano in Thesauro gr. Ling. prolatis.

Vers. 6. *Vers.* 6. *διὰ τὸ τὸν πατέρα* &c. — „Locus erat mutilus in exemplari." VRSINVS. — Nempe, sicut in Bav. (putamus) desiderabatur articulus *τὸ*, ex ingenio ab Vrsino recte adjectus, qui refertur ad sequens verbum *συμπεπολεμηκέναι*.

Cap. XVI. ## CAPVT XVI.

Vers. 1. *Vers.* 1. *τὸν Εὐμένους τοῦ βασιλέως υἱὸν Ἄτταλον*. Conf. notata ad XXX. 2, 6.

Vers. 2. *Vers.* 2. *τῇ τε συγκλήτῳ*. *τε* caret Bav. *Ibid.* *Φιλανθρωπίας*. *Φιλίας* Bav. non male, & nescimus an rectius.

Vers. 3. *Vers.* 3. *ἃς ἐβούλετο*. *ἃς* caret Bav.

Vers. 5. *Vers.* 5. *ἦκε δὲ καὶ Δημήτριος*. — „*Demetrius*, Ariarathis filius designatur, de quo supra mentio facta est." VRSINVS. — Vide cap. 10, 1. Multo probabilior est hæc Vrsini sententia, Ariarathis filium intelligentis, quam Casauboni, qui ad Demetrii, Syriæ regis, filium hoc retulit,

lit, titulum hûic capiti præfigens hujuſmodi: *Attali, Eumenis filii, itemque Demetrii, Demetrii filii, in Vrbem adventus.* Habuit quidem Demetrius, Syriæ rex, filium, qui ei poſt interfectum Balam Alexandrum etiam in regnum ſucceſſit, Nicator cognominatus: ſed is hoc tempore, undecimo anno, ex quo Roma profugerat juvenis Demetrius regnumque Syriæ primum occupaverat, non ea fuit ætate, ut Romam legatus mitti poſſet, & multum adhuc a pubertate tunc aberat. Conf. Iuſtin. XXXV. 2. *Ibid. τυχὼν μετρίας ἀποδοχῆς, ὡς παῖς, modico paratu, ut puer, exceptus.* At non minuendæ rei inſervit vocab. *μέτριος*, ſed idem valet ac *ἱκανὸς, ſufficiens, idoneus, conveniens, conſentaneus, probabilis;* de qua notione dictum eſt ad l. 13, 12. Verte igitur: *ſatis pro ætate (adoleſcentulus adhuc erat) exceptus.* Probabili ætate jam fuiſſe opus eſt, qui copiis auxiliaribus præfuerat, Attalo a patre & ab Ariarathe miſſis. c. 10, 1. Verſ. 5.

Verſ. 6. Ἡρακλείδης νεχρονικῶς ἐν τῇ Ῥώμῃ. Vid. c. 14, 2. *Verſ.* 7. μάλιστα δὲ συγκατασκευάζειν. & *verſ.* 9. τοῦ βασιλέως ἐκγόνοις. & *verſ.* 10. τὴν κατασκευὴν τοῦ δράματος ἐνενόουν. — „Corrupte legebantur hæc in exemplari.“ VRSINVS. — In Bav. recte iſta omnia leguntur, niſi quod ἐκγόνους perperam ſcribitur pro ἐκγόνοις. Verſ. 6.

Verſ. 11. τεθεραπευμένοι τῇ Ἡρακλείδου γοητείᾳ. — Quum διὰ τῆς Ἡρακλ. γοητείας ex Vrſini ingenio vulgo ederetur, hæc monuit REISKIVS: „διὰ deeſt codici Vrſini. Quare legendum eſt τεθεραπευμένοι ταῖς Ἡρακλείδου γοητείαις.“ — Facile patimur: ſed ſæpius vidimus, jota in fine vocum extrema vocali ſubjiciendum per librariorum errorem in literam σ fuiſſe mutatum: quare ſatis eſſe putavimus, ſi τῇ γοητείᾳ corrigeremus. Verſ. 11.

Verſ. 12. λόγους ἐποιήσαντο. — „Non video, quæ ſit ſat gravis cauſa, cur exiſtimetur hic aliquid deeſſe. Fac Verſ. 12.

Verſ. 12. enim, in illo decreto declaratum eſſe argumentum orationis ab Alexandro ad ſenatum Rom. habitæ, neceſſe tamen nil erat Polybio, ut idem h. l. recitaret, cum facile poſſit a lectore quoque e ſuperiori narratione ſuppleri atque intelligi. Et ex ipſis inſequentibus quoque [nempe ex verbis verſ. 13. ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν &c.] ſatis de ea re conſtat." REISKIVS.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. — „Omnino aliquid deeſt poſt verba ἐπιφανῶν ἀνδρῶν." VRSINVS. — „ὅσους ἠδύνατο videtur deeſſe." REISKIVS.

Verſ. 15. *Verſ.* 15. ἐγένετο recepimus ex Bav. ἐγίνετο edd. *Ibid.* περὶ τὴν παρασκευήν. περὶ correxit Vrſin. παρὰ mss. mendoſe.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXXIV.

L. XXXIV.

RELIQVIAS.

CAPVT I.

Cap. I.

Argumentum.

Polybius noſter lib. III. c. 57. diſerte profeſſus eſt, ſe deſcriptioni terrarum orbis, rerumque expoſitioni in quavis regione ſive terra ſive mari maxime memorabilium, ſeparatum in Hiſtoria ſua locum deſtinaſſe, quo, quæ eſſent ejus generis, una continua ſerie complecti & oculis ſubjicere lectorum conſtituiſſet; ne, mediæ rerum geſtarum narrationi quavis occaſione res ejus generis miſcendo, filum hiſtoriæ ſæpius abrumpere cogeretur. Cum qua ſcriptoris ipſius profeſſione conſentit id, quod Strabo eis verbis docet, quæ cap. 1. in Reliquiis hujus Libri poſuimus. Iſtud vero conſilium *Libro quarto & triceſimo* maxime exſecutum eſſe Scriptorem noſtrum, probabile mihi fecerunt quatuor Fragmenta, partim ab Athenæo, partim a Byzantino Stephano, ex hoc Polybii libro XXXIV. nominatim citata, quæ cuncta hoc inter ſe commune habent, ut de rebus ad id genus pertinentibus in eis agatur. Vide XXXIV. 8, 1 ſeq. & eod. cap. 8. verſ. 4 ſeqq. tum cap. 10, 1 - 4. & c. 11, 4. Videtur autem iſtam diſputationem hoc maxime loco, abſoluta principali operis ſui parte, (de qua conf. Adnot. noſtras, Tom. V. p. 107 ſq.) ea occaſione ſuſcepiſſe Polybius, cum hiſtoria belli gravis ac diuturni, varia fortuna in variis Hiſpaniæ partibus anno ab V. C. 601 & ſeqq. geſti, (de quo vide III. 5, 1. &

Argumentum.

XXXV. 1 seqq. maxime vero Appian. Hispan. cap. 44 seqq.) admonuisset eum illius promissi, quod lectoribus suis simillima occasione fecerat, ubi de Hispania agebatur, quæ suo situ prima est regio Orbis terrarum veteribus cogniti. Ea igitur ratione permotus, reliqua omnia *Geographica Polybii Fragmenta*, in quibus certus Liber, e quo essent decerpta, non erat nominatim citatus, in *Reliquiis* hujus *Libri XXXIV* complexi sumus. Cui rationi consentaneum est, quod in Excerptis Valesianis Eclogæ illi, quæ extrema est earum, quæ e libro XXXIII Polybii decerptæ sunt, quam in Reliquiis libri XXXIII. cap. 12. posuimus, proxime subjectum fuerit in codice msto minutum aliud fragmentum, quod cum illa Ecloga minime conjunctum esse satis adparet, sed haud dubie decerptum est ex libro eo, quo de Geographicis rebus ex professo disputaverat Polybius, quemadmodum intelligitur ex eis verbis, quæ e Polybio Strabo retulit lib. II. p. 104. quæ exhibemus in Reliquiis libri XXXIV. c. 5, 10. Collegimus autem hoc loco nonnisi ea geographica fragmenta, quæ græce exstabant, a græco aliquo scriptore, a Strabone maxime, & Athenæo, e Polybio prolata. Quæ de eodem argumento ex eodem Polybio Plinius passim suo sermone latine protulit, ea in *Spicilegio Reliquiarum libri XXXIV Polybii*, Tom. V. hujus editionis, p. 45 seqq. collecta dedimus. Ejusdem nostri Polybii libellus, quem Geminus laudat in Elementis Astronomiæ, cui titulum fuisse ait, Περὶ τῆς περὶ τὸν Ἰσημερινὸν οἰκήσεως, id est, *de Habitatione circa Circulum Aequinoctialem*, & *circa Aequatorem*, videtur ille quidem, ut jam aliâs monuimus, (Tom. V. p. 25. not. *f.*) non nisi pars fuisse Libri hujus XXXIV Historiarum, in quo res ad Geographiam pertinentes ex professo tractavit scriptor noster: sed quoniam de eo libello veluti de singulari Polybii scripto loquitur Geminus, nos quoque seorsim de illo diximus in *Testimoniis Veterum de Scriptis Polybii*, Tom. V. hujus edit. p. 25. 28. ibique, quæ ad id argumentum pertinent Fragmenta nostri Scriptoris, collecta exhibuimus.

Iam

Argumentum.

Iam vero in Adnotationibus ad ea, quæ nunc hoc Libro complexi ſumus, breves admodum parcique erimus, ad Caſauboni noſtri Commentarios in Strabonem Athenæumque, qui nobis conſervarunt hæc Fragmenta, remittentes ſtudioſum lectorem, neque futuris etiam eorumdem Scriptorum Editoribus ullam partem laudis temere præreپturi. Ceterum in latina verſione ſubinde, ubi vel ſententiæ ratio vel perſpicuitas id requirere videbatur, diſcedere a Caſauboni interpretatione non dubitavimus.

CAPVT II.

Cap. II.

Verſ. 5. Τὸν γὰρ Αἴολον. conf. cap. 11, 19 ſq. Verſ. 5.

Verſ. 14. ἐπειδὰν ἐμπέσωσι. — „ἐμπέσωσι. *efferantur* e ſuo quaſi ſepto, in quo tuti vagantur, & auferantur a torrente maris in loca importuoſa & in ſtationes male fidas, in æſtus undarum intolerabiles.“ REISKIVS. Verſ. 14.

CAPVT III.

Cap. III.

Verſ. 1. De *Xiphiæ venatione* vide Append. Adnotation. ad hujus libri Reliquias. *Verſ.* 2. δύο. — „Imo vero δυσί. Redit enim ad ὑφορμοῦσιν, *ſubſeſſoribus*.“ REISKIVS: — Niſi abſolute dici poteſt δύο, pro ἀνὰ δύο. *Verſ.* 9. *in fine*. Poſt Σκυλλαίῳ, pro majori puncto, minorem pone diſtinctionem: cohærent enim ſequentia verba καὶ ἐκ τῶν, cum præcedentibus ἔτι τε δὴ τῶν τοιούτων. *Verſ.* 11. ἱστορικὸν (ἁμάρτημα.) — „Deceptum a ſuis auctoribus poëtam, falſa pro veris, quæ opinaretur, tradidiſſe.“ REISKIVS. Verſ. 1.

CAPVT IV.

Cap. IV.

Verſ. 1. μεταβολὰς αἰτιᾶσθαι δεῖν. — „*Mutatas eſſe rerum & locorum rationes, & hominum mores*, tanto interjecto tempore.“ REISKIVS. *Ibid.* ἄγνοιαν. — „*Inſcitiam*, ſive poëtæ, ſive legentium & reprehendentium in eo ea, quæ, quamquam ipſi, rerum ignari, falſa putant, reapſe tamen vera ſunt. *Verſ.* 3. ἐνάργειαν. Sic cum Verſ. 1.

Verſ. 1. cum Xylandro legere juſſit Caſaub. in ora, rurſuſque in Commentario. Et perſæpe quidem permutari inter ſe iſta vocabula a librariis, cum aliàs paſſim monuimus, tum ſtatim ad I. 1, 2. ſed hoc tamen loco neſcimus an temere auctori ſuum eripuerimus, & reddendum ei ſit ἐνέργειαν, *efficaciam*, id eſt, *amplificationem & exornationem, quæ vim narrationi addat, & rem ad vivum depingat, & ipſam veluti actionem oculis legentium ſubjiciat.* conf. notata ad XV. 36, 2. adde XVI. 23, 5. *Verſ.* 5. Ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ &c. Odyſſ. IX. 82. *Ibid.* ἐν βραχεῖ διαστήματι. — ἐπὶ maluerat Reiſkius. At ἐπὶ præpoſitio, ea notione quæ hic locum habet, cum genitivo caſu, non cum dativo, ſolet conſtrui.

Cap. V. CAPUT V.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ὅσον ἐμβατόν. Hanc emendationem, eamque quam verſ. 14. adoptavimus, propoſuerat vir doctiſſimus, cujus præmaturum obitum etiamnunc Græcæ lugent Muſæ, THOMAS TYRWHITT, in brevi libello Londini 1783 impreſſo, cui titulus *Conjecturæ in Strabonem:* quo ex libello ſperandum eſt multum priſtini nitoris acceſſurum Strabonis operi in nova Editione, quam jamdiu ex Oxonienſi officina exſpectamus. — „Reſtituenda eſt, credo, (ſic ad h. l. TYRWHITTVS monuit) vox una, quæ intercidit; ut plenum ſententiæ membrum ſit, ὅσον ἐμβατὸν ἦ, *quantum pervium eſſet.*" —

Verſ. 3. *Verſ.* 3. κατ' αὐτὸν, *ut quidem ait ille.* Ceterum de hac Pytheæ narratione vide quæ tam docte, quam acute, diſputavit Hermannus noſter in Appendice Adnotat. ad hujus libri XXXIV reliquias. *Ibid.* πλεύμονι θαλαττίῳ ἐοικός. Quem *pulmonem marinum* vel *halipneumonem* veteres vocant, Ariſtoteles in Hiſt. Anim. V. 15. Plin. IX. 47, 71. XXXII. 11, 53. aliique, animal marinum eſt ex eo genere, quæ *Meduſæ* a recentioribus naturalis Hiſtoriæ ſcriptoribus vocantur: de quo genere ex profeſſo egit doctus Italus Saverio Macri, in *Nuove Oſſervazioni intorno la*

la Storia naturale del Pulmone marino degli Antighi. Napoli 1779.

Verſ. 9. τῷ Μεσσηνίῳ. Euemerum intelligendum diſcimus ex verſ. ſeq. Fuiſſe autem Euemerum, hiſtoriarum ſcriptorem, *Meſſenium*, ſcil. Meſſena Siciliæ oriundum, Plutarchi & Lactantii auctoritate docuit Voſſius de Hiſtor. Græc. lib. I. c. 11. p. m. 70. quorum teſtimoniis hoc Polybii & Strabonis teſtimonium poterat adjici. *Ibid.* τὴν Παγχαίαν. *Panchæa*, Arabiæ Felicis pars, aut inſula ei adjecta; de qua multa mira narraverat Euemerus. Vide Cellar. Orb. Ant. lib. III. c. 14. &, quos ille citat, Strabon. lib. VII. p. 299. & Euſeb. de Præpar. Evang. lib. II. c. 2. p. 60. Verſ. 9.

Verſ. 10. τὸν μὲν Εὐήμερον Βεργαῖον καλῶν. In unum verbum contraxit Strabo Eratoſthenis de Eumero judicium, quod paulo pluribus verbis Polybius ipſe, e quo hæc citat Strabo, retulerat. Vide Reliquias lib. XXXIII. 12, 10. Vix enim dubitari poteſt, breve illud Fragmentum, quod in Valeſianis ſupereſt Eclogis, & perperam cum præcedenti Ecloga conjungebatur in codice Peireſciano, decerptum eſſe ex eodem Polybii loco, quem hic ob oculos Strabo habuerat. Debebat igitur illud fragmentum hoc potius loco a nobis reponi, quam in Fragmentis ex libro XXXIII decerptis referri. Verſ. 10.

Verſ. 14. λαοδογματικὰς καλῶν ἀποφάσεις. Ad vulgatam lectionem, ὁ ὅλας δογματικὰς καλῶν ἀποφάσεις, hæc, tam docte, quam acute, monuit THOMAS WHITTVS, loco paulo ante laudato: — „Caſaubono vox ὅλα ſuſpecta eſt; & merito. Pro ὅλας δογματικὰς ſcribendum eſt, opinor, λαοδογματικὰς, *ex opinione vulgi.* Phraſi hac, utcunque inſolenti, uſum fuiſſe Polybium, & quidem cum de Eratoſthene loqueretur, patet ex alio loco Strabonis lib. VII. p. 488. [p. 317. edit. Caſaub.] Τοιαῦτα δὲ καὶ τοῦ Ἐρατοσθένους ἔνια παρακούσματά ἐστι λαοδογματικῶς, καθάπερ Πολύβιος φησί. Vbi malim λαοδογματικά." — Pro vulgato in Strabonis editionibus παρακούσματα, quod & Verſ. 14.

ipſe

Verſ. 14. ipſe Tyrwhittus tenuit, non dubitavimus nos quidem παραπρούσματα ſcribere, id eſt, *errores*, *errata*, ſive *fraudes* malis; a verbo παραπρούεσθαι, *decipi*, quo uſum Polybium paulo ante vidimus, c. 5, 2. itemque XXIV. 3, 3. Verbum παρακούειν longe aliud ſignificat, de quo aliâs diximus. Quod ſi in poſteriore Strabonis loco ſervatum cupias adverbium λαοδογματικῶς, ſtatuendum erit intercidiſſe participium aliquod, veluti λεγόμενα, aut in eam ſententiam aliud.

Cap. VI. CAPVT VI.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. βεβηκυίᾳ. Corrige in latina verſione *inſiſtenti*, pro eo quod per errorem ſcriptum eſt *inſiſtendi*. *Verſ.* 6. τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος, - - κατὰ τὸ Σαρδόνιον. *Tyrrhenum* vel *Tuſcum mare*, idem quod *Inferum*, inter Siciliam Italiamque ab una parte, & Sardiniam Corſicamque ab altera. Id quidem ſatis notum. Sed *Sardoum mare* paulo latiori notione nunc dictum videtur, quam ex Eratoſthene Plinius expoſuit III. 5, 10. *Eratoſthenes inter oſtium oceani & Sardiniam quidquid eſt, Sardoum (mare appellat:) inde ad Siciliam Tyrrhenum.*

Verſ. 7. *Verſ.* 7. προσληφθῆναι δ' ἐπὶ τούτοις &c. Caſaubonus: *adjiciantur duo alia millia, profunditas ſinus apud Narbonem* &c. Quæ interpretatio ſicut ſcriptura repugnat, quam in græco contextu ipſe tenuit interpres, ſic ſententiæ auctoris prorſus e diametro adverſatæ. Hoc dicit Polybius: Qui recta via a freto Siculo ad Herculeum fretum navigant, ii a ſiniſtra Africam habent, a dextra ampliſſimum ſinum, cujus intimus receſſus ad Narbonem eſt. Ita fit ad dextram veluti triangulum, cujus baſis ſit linea recta, quæ a freto Siculo ad Herculeum excurrit; vertex, angulus obtuſus ad Narbonem; reliquorum duorum laterum, alterum, via oram legens a freto Siculo uſque Narbonem, ſtadiorum amplius 11200; alterum latus, via ſecundum oram a Narbone ad Fretum Herculeum, ſtadiorum paulo minus 8000. Ab illo vertice ad Narbonem linea

linea perpendicularis in baſin demiſſa, & ad Africæ uſque oram producta, habet longitudinem 3000 ſtadiorum. *De illis* 3000 *ſtadiis, pars ea lineæ, quæ eſt a vertice uſque ad baſin prædicti trianguli, capit ſtadia* 2000. Verſ. 7.

Verſ. 8. Δῆλον οὖν, φησὶ, ἐκ τῆς παιδικῆς μετρήσεως. Suſpectum CASAVBONO fuerat vocabulum παιδικῆς. — „Fortaſſe (inquit) ἐκ τῆσδε τῆς μετρήσεως. Nam quid eſt παιδικὴ μέτρησις?“ — Quid ſit, quod παιδικὴν μέτρησιν dicit Polybius, niſi per ſe facile intelligeretur, diſci poterat ex eodem noſtro ſcriptore, IX. 21, 4. nempe τὰ ἐν τοῖς παιδικοῖς μαθήμασι παραδιδόμενα ἡμῖν διὰ τῆς γεωμετρίας, id eſt, *vulgaria Geometriæ præcepta, quæ pueris in ſcholis traduntur.* Scilicet, ad ſolvendum illud problema, de quo hic agitur, nil opus eſt rationibus iſtis paulo abſtruſioribus, quas Trigonometria docet; ſed ex *primis Geometriæ elementis, quæ vel pueris nota ſunt,* conſici res poteſt. Sit triangulum obtuſangulum *a b c.* Sit *b*, angulus obtuſus in vertice, ad Narbonem: ſit *c*, fretum Siculum; *a*, fretum Herculeum. Nota eſt menſura lineæ *a b* = 8000 ſtad. & menſura lineæ *b c* = 11200. Quæritur menſura lineæ *a c*. Demittatur ex vertice *b* in baſin *a d* linea perpendicularis *b d*, cujus menſura pariter nota eſt = 2000. Verſ. 8.



Oriuntur duo triangula, *a b d* & *b d c.* In quorum utroque cum nota ſint duo latera; facili ratione, per nudam adplicationem theorematis Pythagorici cognoſcitur menſura duorum reliquorum laterum, *a d* & *d c.* Atqui longitudo *a d* + *d c* eſt ipſa menſura lineæ *a c*, quæ quærebatur. At vero, quod proxime ſequentibus verbis legitur, ὅτι ἡ σύμπασα πλεῖα ἡ ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ ἐπὶ στήλας ἐγγιστα

Verſ. 8. στα - - πενταποσίοις σταδίοις, id eſt, *tota maritima ora, a freto Siculo uſque ad fretum Herculeum, quingentis fere ſtadiis expedit lineam rectam per pelagus ductam;* huic quidem calculo, ſi quid videmus, non ſatis conſtat ratio. Nam ex præſcripta lege invenietur, ni fallimur, linea $a\,c = 18765$. Eſt autem ſumma $a\,b + b\,c$ (id eſt, 8000 + 11200) = 19200; quorum duorum numerorum differentia eſt 435, non 500. Itaque videndum, error ne inſit in numeris ſupra poſitis, an hoc loco non πενταποσίοις ſcripſerit Polybius, ſed τετρακισχιλίοις, ut hoc dixerit, *iter ſecundum oram excedere curſum linea recta inſtitutum paulo amplius* (ἔγγιστα) *quadringentis ſtadiis*, τετρακοσίοις σταδίοις. (Quod *nonniſi quingentis fere* in latina verſione ſcripſimus, vocabulum *nonniſi* non eſt in græco, & deletum velimus.) Ceterum diſſimulari non poteſt, miro modo & ſane non admodum digno gravitate ſcriptoris argutatum hic eſſe Polybium: nam curſus quidem per medium mare a freto Siculo ad Herculeum *recta linea* confici aut mente ſaltem cogitari poteſt; at iter ſecundum oram, a freto Siculo Narbonem, & inde rurſus uſque ad Herculeum fretum, multis modis & mirum quantum a linea recta diſcedit.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. πλείους ἢ διπλάσιοι ὧν Δικαίαρχος εἶπε. *ſumma ſtadiorum amplius altero tanto major quam illa ſumma, quæ eſt a Dicæarcho poſita.* Si ad 18765 adjeceris 3000, habebis 21765, viam recte a Peloponneſo ad fretum Herculeum; quam viam Dicæarchus (ſupra verſ. 1.) dixerat eſſe *decem millium* ſtadiorum.

Cap. VII. CAPVT VII.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. αὐτὸς λέγει χεῖρον πλείους ἢ ἐννακισχιλίους &c. Conſer lib. III. c. 39. & ibi notata. *Verſ.* 9. τὸ μὲν στόμα τὸ κατὰ στήλας &c. Conf. III. 37, 5.

Cap. VIII. CAPVT VIII.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Λέγει δ' ὁ Πολύβιος - - καὶ ἡ πλησιόχωρος ταύτῃ. Poterant ex eodem Strabonis loco plura etiam, quæ ibi

ibi sequuntur, verba adjici, pariter e Polybio desumta, quæ etiam Athenæus ob oculos habuerat eo loco, quem vers. 1. sq. hujus cap. repræsentavimus. Post præscripta verba sic pergit Strabo, Polybii verbis: Καὶ οἱ Θύννοι δ' ὅσῳ πλεῖον συνεγγίζουσι τοῖς στήλαις ἔξωθεν φερόμενοι, τοσῷδ' ἰσχναίνονται πλέον, τῆς τροφῆς ἐπιλιπούσης. εἶναί τε ἄρα (scil. ait Polybius. vid. vers. 2.) θαλάττιον δὴ τὸ ζῷον τοῦτο· ἤδεσθαι γὰρ τῇ βαλάνῳ καὶ πιαίνεσθαι διαφερόντως ὑπ' αὐτῆς· φορᾶς τε τῆς βαλάνου γενομένης, φορὰν καὶ τῶν Θύννων εἶναι. Quercuum illud genus, quod istas fert glandes, ibidem paulo ante his verbis Strabo describit: Τρέφεται δὲ (ὁ Θύννος) βαλάνῳ δρυΐνῃ, φυομένῃ κατὰ τῆς θαλάττης χαμαιζήλῳ τινὶ παντάπασι δρυΐ, ἀδρότατον δ' ἐνφερούσῃ καρπόν· ὅπερ καὶ ἐν τῇ γῇ πολλὴ φύεται κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ῥίζας μὲν ἔχουσα μεγάλας ὡς ἂν τελείας δρυὸς, ἐξωρουμένη δὲ ἐκ θάμνου ταπεινῆς ἧττον· τοσοῦτον δ' ἐνφέρει καρπὸν, ὥστε μετὰ τὴν ἀκμὴν πλήρη τὴν παραλίαν εἶναι, τήν τε ἐντὸς, καὶ τὴν ἐκτὸς στηλῶν, ἣν ἐκβάλλουσιν αἱ πλῆμαι· ἡ δ' ἐντὸς στηλῶν, ἐλάττων ἀεὶ καὶ μᾶλλον εὐρίσκεται. Λέγει δ' ὁ Πολύβιος, καὶ μέχρι τῆς Λατίνης (τὰς πλήμας) ἐκπέμπειν τὴν βάλανον ταύτην &c. Vers. 3.

Vers. 4. καὶ τὰ ζῶα πολύγονα καὶ ἄνθρωποι. καὶ οἱ ἄνθρωποι scribendum monuit Reiskius. *Vers.* 6. Τὸ δὲ θαλάττιον ὄψον &c. Vide Appendicem Adnotation. ad hunc librum. Vers. 4.

Vers. 14. τὴν τῶν Φαιάκων τρυφήν. Confer Perizonium ad Aeliani Var. Hist. lib. VII. 2, 1. Vers. 14.

CAPVT X. Cap. X.

Vers. 1. ἕως τοῦ Νάρβωνος ποταμοῦ. Conf. III. 37, 8. & ibi notata. Vers. 1.

Vers. 3. ἐπὶ δύο pro vulgato ὑπὸ δύο scribendum monuerat etiam Reiskius. *Vers.* 4. ἰχθύες - - ὑποτρέχοντες ὑπὸ τὴν γῆν. Vide Append. Adnotat. ad hunc librum. Vers. 3.

Vers. 9. πυρῆνα ἴσχειν ὅσον σπιθαμιαῖον. Hæc est *caruncula gutturalis*, quam in caracteribus *alcis* posuit Lin- Vers. 9.

Verſ. 9. næus in Naturæ Syſtemate. *Pilorum* rigiditatem ejuſdem animantis notavit Buffon in Hiſt. Nat. Ceterum non magnopere mirari debemus, Polybii ætate hoc animantis genus in Alpibus fuiſſe inventum, quod licet hodie nonniſi in regionibus magis borealibus reperiatur, Cæſaris tamen ætate in Germania etiam tum ſuperfuit. De tota vero iſta *deſcriptione Alcis*, quam Polybio debemus, vide quæ ſuo more, id vero eſt, tam perſpecte, quam docte, diſputavit HERMANNVS noſter, in Adnotationibus, poſt hæc jam perſcripta benevole nobiſcum communicatis, quas Adnotationibus noſtris in hunc librum, Appendicis loco, ſubjecimus.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ἐν τοῖς Ταυρίσκοις τοῖς Νωρικοῖς. Conf. Adnot. ad II. 15, 8.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τὸ δ' ὄρυγμα δὲ μὴ πλειόνων ὑπάρχειν &c. Ad hunc locum vide quæ idem, quem modo laudavimus, Hermannus ex Bornii epiſtolis monuit, in Appendice Adnotationum noſtrarum ad hunc Polybii librum XXXIV.

Verſ. 15. *Verſ.* 15. Ταύγετον. Corrige Ταΰγετον, quemadmodum recte habent Strabonis editiones: & in verſione latina *Taygetum* ſcribe.

Verſ. 18. *Verſ.* 18. εἶτα διὰ Ταυρίνων, ἣν Ἀννίβας διῆλθεν. *deinde per Taurinos, qua Hannibal tranſiit.* Præter rationem Cluverus in Ital. Antiq. lib. I. cap. 33. p. 375. accuſat Strabonem, quod alienam Polybio ſententiam obtruſerit, cum eum ait ſcripſiſſe, *per Taurinos Annibalem ſuperatis Alpibus in Italiam tranſiiſſe.* Atqui, quod Livius XXI. 38. ait, inter omnes conſtare, proximam Hannibali gentem, in Italiam degreſſo, Taurinos fuiſſe; id ipſum ſatis diſerte Polybius pariter lib. III. c. 60. docuit, nihil diſſentiens ab eo quod nunc dicentem eumdem Strabo inducit.

Cap. XI. ## CAPVT XI.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Σίλαν. Σπίναν ſuſpicati ſumus: de qua Strabo lib. V. p. 214. Σπίνα, ait, νῦν μὲν κώμιον, πάλαι δὲ Ἑλληνὶς πόλις ἔνδοξος.

Verſ.

Verſ. 19. Τῆς γοῦν ἐν Λιπάραις γενομένης ἀπνοίας, προειπεῖν τινας τὸν σεισμόν. Veram eſſe noſtram emendationem vix dubitabit quiſquis contulerit Ariſtotelis Meteorologic. lib. II. c. 8. ubi idem prorſus argumentum, quod Polybius hic tetigit, fuſe & ex profeſſo tractatur. Pro vocab. ἄπνοια, quo Polybius uſus eſt, νηνεμίαν ibi dixit philoſophus. Verſ. 19.

Verſ. 20. αἰνιξαμένου ferri debet: non opus eſt, ut cāſus reſpondeat præcedenti τῷ ποιητῇ, cum interjectum ſit aliud participium abſolute poſitum λεχθέν. Et ſæpe duo participia abſolute poſita ſeſe excipiunt, alterum in nominativo poſitum, alterum in genitivo. Verſ. 20.

CAPVT XII. Cap. XII.

Verſ. 5. ὡς δὲ Πολύβιος &c. Confer III. 39, 8. & ibi notata. Verſ. 5.

Verſ. 11. συμβαίνει. Fortaſſe ex συμβαίνει εἶναι corruptum συμβαίνειν erat; atque ita correctum malimus. Verſ. 11.

CAPVT XIV. Cap. XIV.

Hanc *de triplici genere incolarum Alexandriæ* diſputationem alia fortaſſe occaſione & in alia hiſtoriarum ſuarum parte inſtituerat Polybius, non in Libro XXXIV, in quo non tam politicam, quam nos vocamus, geographiam tractavit, quam de naturali orbis terrarum deſcriptione, de ſitu intervalloque locorum, denique de naturæ proventibus in quaque regione notabilioribus, diſputavit. Sed quum certum alium locum, quo commode referremus hoc fragmentum, non haberemus, huc repoſuimus. Quod ſi quis ſubjiciendum illud ſtatuerit ei fragmento, quod de *morte* agit *Ptolemæi Philometoris*, cui ſucceſſit *Phyſcon*, qui *Evergetes II.* eſt cognominatus, lib. XL. 12. coll. hoc cap. verſ. 6.) non habebit nos magnopere repugnantes.

Verſ. 6. ὑπὸ τοῦ Εὐεργέτου τοῦ Φύσκωνος. Confer quæ de iſta Polybii peregrinatione in Aegyptum ſuſcepta diximus in Teſtimoniis Veterum de Vita Polybii, Tom. V. hujus edit. p. 14 ſq. Verſ. 6.

APPENDIX ADNOTATIONVM AD POLYBII HISTORIARVM LIBRVM XXXIV.

AB AVCTORE

Iohan. Hermanni Adnot.

IOHANNE HERMANNO,

REI MEDICAE ET HISTORIAE NATVRALIS IN VNIVERSITATE ARGENTORATENSI PROFESSORE

CVM EDITORE COMMVNICATARVM.

de Xiphiæ venatione.

Ad CAP. III. *de Xiphiæ venatione.*

Hæc *Xiphiam piſcem lancea feriendi ratio*, hodienum uſitata, deſcribitur a Dorvillio in Siculis, Amſtelod. 1764. P. I. p. 272. a Placido Reina in Notit. Vrbis Meſſanæ, p. 30. *Lettres écrites de la Suiſſe, d'Italie* &c. Amſtel. 1780. T. VI. *Voyage pittoreſque de la Sicile* &c. *XIII Cahier;* & fuſe in Seſtini Epiſtolis ex Sicilia ſcriptis, Part. V.

de Pulmone marino.

Ad CAP. V. 3 ſq. *de Pulmone Marino.*

οὔτε γῆ κατ' αὐτὸν ὑπῆρχεν ἔτι &c. *Neque terram ibi porro eſſe, neque mare, neque aërem, ſed quidpiam ex his concretum, Pulmonis marini ſimile.* — Si, quæcunque apud Veteres occurrunt abſurda nobis viſa, adeo facilem expli-

explicationem admitterent, quam hæc Pytheæ relatio, in vado eſſent omnia. *Pulmo marinus*, ex Meduſarum, quod hodie naturalium rerum auctoribus dicitur, genere, cum aliis ejuſmodi mollibus, gelatinoſis, lubricis, &, dum contrahuntur, informibus animalibus ex Vermium claſſe, pro maris ejectamento habebatur. Solent ejuſmodi corpora ab æſtu relinqui humilibus in litoribus copioſa, & præcipue poſt tempeſtates paſſim accumulantur. Simili modo Zoſtera marina, quæ brevium litorum planta eſt, uti in mediterraneo mari reperitur, ſic potiſſimum ſeptentrionalis oceani litora immenſa copia replet, longoſque tractus & campos ad trium, imo ſex pedum uſque altitudinem occupat, humileſque regiones contra marinos fluctus defendit, uti fuſe narrat cl. Martinet in Act. Harlem. P. XX. num. 2. Lubrico tantum ſolo creſcit quod ab ipſa planta diuturna putrilagine efformatur. Quod idem etiam per Italiam uſu venit. Nam in Adriatici maris litore a Manfredonia Barium uſque valde frequens, & ſemiputrida folia (prouti & in Sicilia) ſtercorationi agrorum inſerviunt, docente Cyrillo in Fundam. Botan. edit. 3. P. II. p. CXXXIV. Sed Pytheas ſine dubio iſtis in regionibus non obſervaverat. Itaque unctuoſam illam lubricamque maſſam, in qua incertus gradus figitur, Pulmoni marino ſimilem dixit. Iam quum ad iſtud boreæ finitimum latus venit, quod nebulæ maluſque Iupiter urget, recte quodammodo aſſerere potuit, *neque mare ibi eſſe, neque aërem, neque terram porro*, (ſaltem ſe aliud non vidiſſe;) *ſed* illud *modo marino pulmoni ſimile* corpus, quod pedibus calcabat, oceani quippe ætheriſque proſpectu nebularum denſitate ex oculis ſublato.

Iohan. Hermanni Adnot. de Pulmone marino.

Ad CAP. VIII. 6. *de Piſcibus marinis.* de Piſcibus marinis.

Τὸ δὲ θαλάττιον ὄψον &c. *Obſonium marinum (in Luſitania) bonitate ſuperare illud, quod in noſtro gignitur mari.* — Sic, Oceani piſces multo delicatiores eſſe illis maris mediterranei, lego etiam referri a Piganiol de la

Iohan. Hermi Adnot. de Piſcib. marinis.

Force in *Deſcription de la France.* T. IV. p. 420. Quod non de omni oceano valet: nam marinos piſces Inſulæ Franciæ Europæis minus ſapidos eſſe docet St. Pierre, in *Voyage à l'Isle de France*, Lettre X. p. m. 100. At hoc quidem generis magis diverſitate fieri crediderim, quam maris & nutrimenti natura.

de Piſcibus foſſilibus.

Ad CAP. X. 4. *de Piſcibus foſſilibus.*

Ἰχθύες κατὰ τὰς παρευχύσεις ὑποτρέχοντες ὑπὸ τὴν γῆν. *cum illa aqua, ubi diffunditur, ſimul ſub terram penetrant piſces.* — Ea res paſſim non veteribus modo obſervata, ſed & recentioribus. De Gallico agro tanquam portentoſa res, quæ expiatione egeret, relata Livio lib. XLII. cap. 2. De Caria, Seneca Nat. Quæſt. lib. III. cap. 17 & 19. De Heraclea Pontica, de Rhegio, itemque de Paphlagoniæ Ariſtotelis Auſcult. Mirab. cap. 74 ſq. ubi ſimiles allegatas a doctiſſimo Beckmanno obſervationes pluſculas vide. Quibus addere liceat M. A. Severini adverſus Ariſtotelicos Commentarium in Theophraſtum Ereſium, de Piſcibus in ſicco viventibus. Amſtelod. 1661. fol. quem ſcriptorem excutere jam non vacat. De gobiis Ariſtoteles Hiſt. Animal. VI. 15. eas in terra ſe defodere narrat. Quod de ſiluro callichty, Dalbergii teſtimonio, refert Linnæus, eum piſcinas perforare; illud Cyprinum carpionem quoque in terra limoſa feciſſe Duhamelius fidem facit. De cobitide foſſili autem, quam inepte riſerat Kleinius, copioſe per æſtatem ſub terra magnis agminibus eam reperiri in inſula *Notre Dame du Mont* inferioris Pictaviæ, habet *de la Faille* in libro, neſcio cur omnibus fere ſcriptoribus prætervifo, *Memoires de l'Académie de Rochelle* T. VIII. p. 68. Sic & anguillas in fundo argilloſo ac humente piſcinæ, per tres continuos annos vacuæ, repertas eſſe legitur in *Topographie d'Olivet, Orléans* 1784. p. 76.

Ad

Ad CAP. X. *de Alce.*

Iohan. Hermanni Annot. de Alce.

De *Alce* Polybius vera aut veritati proxima ſcripſit. Nam *cervi* eſt *ſpecie*, *excepto collo*, quod icones utique omnes, quotquot extant, breve exprimunt. *Pilis aprum imitari* dicit. Sic & Wigandus Epiſcopus de Succino Boruſſico & Alce Boruſſica, Ienæ 1590. fol. 40. a. auctor autopta, pilos digiti fere longitudine, craſſitudine ſetam porcinam æquantes facit: quod alii quoque, uti Severinus Gœbelius, in hiſtoria ſeu brevi deſcriptione animalis Alcis, Venet. 1595. fol. 4. b. ex illo repetierunt. Longitudine ac denſitate pilorum ab equo multum differre, habet Heinſius in Diſſert. de Alce. Ienæ 1696. p. 29. &, dum iraſcitur animal, pilum erigi horridamque eſſe faciem legitur in *Beytræge zur Naturgeſchichte des Elendthiers*, in *Stralſund. Magazin*, *IV. Stück.* p. 382. Etiam *nucleus infra mentum enatus* adeo non eſt fabuloſus, ut ne quidem nimia longitudo illi tribuatur. Licet enim neque Peraltus neque Buffonius gutturalem hanc carunculam repererint, tamen Wigandus modo laudatus, princeps auctor, ex quo plurimi alii ſua hauſerunt, l. c. fol. 40. b. habere etiam *mares quoſdam* ex collo mox poſt mandibulas dependentem barbam, interdum dodrantalem, figura coni acuminati, docet. Heinſius ſupra dictus, licet alia plurima ex aliis deſumſerit, tamen p. 29. ſe autopſia edoctum, vel nullis vel non omnibus Alcibus ejuſmodi fruſta carnis, qualia ex Strabone Aldrovandus tribuit, & Münſteri ac Geſneri figura exprimit, ſub mento pendentis, recte tribui, perſuaſum ſibi habere refert. *Gutturalem carunculam* in characterem ſpecificum recepit Linnæus. Erxleben in Syſtem. Regni Animal. p. 300. carunculam ſub gula magnitudine pollicis, tectam barba nigra, (aliis, in femina ſaltem, non viſam) adſcribit: quæ quonam ex ſcriptore hauſerit, non attigi. Sed recentioribus temporibus maxime Pennant, in *Arctical Zoology*, parvum conum de gutture pendere, rigidorum nigrorum pilorum faſciculo obſitum, docet p. 20. verſionis german. Zim-

Iohan Hermanni Adnot. de Alce.

mermannianæ; quem icon quoque tab. VIII. exprimit: e contrario dimidii animalis figura titulo libri ejuſdem inſculpta, cujus quidem explicationem nullibi reperio, prælongam illam partem & Polybiana menſura ſane non inferiorem offert, baſi anguſtatam, apice latiorem. Oeſtri venerei tempore ita produci crediderim in maribus: neque res illa ſine exemplo eſt, pubertatem cupidinemque veneream in laryngis partibus variorum animalium mutationem aliquam producere. Ex quo, cur non ſemper neque in omnibus reperiatur, facillimum eſt explicatu.

de Aurifodinis.

Ad CAP. X. 11. *de Aurifodinis.*

τὸ δ' ὄρυγμα μὴ πλειόνων ὑπάρχειν ἢ πεντεκαίδεκα ποδῶν. *foſſam autem quindecim pedes non exceſſiſſe.* — Venit hic in mentem ſimile quid a b. m. Bornio, metallicarum rerum, ſi quis alius, peritiſſimo obſervatum. Ille, Tranſſylvaniæ montem Kirnik undique cuniculis quam plurimis perforatum eſſe, refert, ex quibus auri gleba effodiatur; neque illas plus quam paucarum hexapodarum ſpatio penetrare in interiora montis, tum vero venæ cujuſque meatum ad latus deflectere, ſimulque, cum hucuſque ad perpendiculum pependiſſet, magis magiſque in obliquum deprimi, tandemque horizonti fieri parallelum; quæ mutatio ubi incipit, metalliſoſſor, experientia edoctus vacuam jam auro prorſus futuram venam, eam relinquit. Idque ſingulare eſſe, docet Bornius, nec ullibi aliâs obſervatum venæ metallicæ ingenium. in Epiſt. ex Itinere Hungarico ad Ferberum ſcriptis, epiſt. XII. p. 114.

ADNO-

ADNOTATIO
AD
LIB. XII. CAP. II.
DE
LOTO ARBORE.

Iohan. Hermanni Adnot. de Loto arbore.

AVCTORE EODEM

IOHANNE HERMANNO.

Lotus veterum, quænam ſit arbor, hucuſque dubium videtur. Linnæus Amœnit. Acad. T. VI. p. 355. Rhamnum Lotum eſſe vult: & Poiret in *Hiſtoire Naturelle de Numidie*, hujus fructum veterum Lotophagorum cibum fuiſſe, a vero propius abeſſe credit. Non ultra fruticis magnitudinem excreſcere ait, uti Polybius *arborem non proceram* dixit; & *aculeis* utique *exaſperata* eſt. Fructus etiam jujubarum baccis rotundior, ut reſpondeat comparatio cum *rotundis olivis*, quam inſtituit Polybius. Addit quidem Poiret illud, licet Loti fructus ſapore gratus ſit dulciſque, vix tamen ad deferendam temperatioris cœli patriam, quæ majori fructuum varietate abundet, invitare poſſe. Hæc utcumque ſe habeant, potiore utique jure Rhamnus hic, donec alia arbor loco pellat, pro Loto veterum habebitur, quam Dioſpyros Lotus Linn. a Matthiolo pro Loto propoſita, aut Celtis auſtralis Linn. quam Manetti in *Giornale d' Italia* T. X. pro Lotophagorum deliciis dedit, & recentius Scopoli in Deliciis Inſubricis multis argumentis vindicare allaboravit. Is liber jam ad manus non eſt; ſed parcæ pulpæ magnique oſſiculi fructus non reſpondet *nucleo admodum puſillo*, quem loto Polybius tribuit: & recte jam Rajus in Hiſt. Plant. lib. XXVI. cap. 9. quærit, quænam gratia eſſe potuerit tam ficci & exſucci pomi: nonniſi plebeculæ Siculæ celtidis fructum ſapere refert Seſtini in Epiſt. ex Sicilia ſcriptis, T. III.

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

L. XXXV.

LIBRI XXXV.

RELIQVIAS.

Argumentum sex posterior. librorum.

Post librum XXXIV, e ceteris sex historiarum Polybii libris, qui complectebantur res ab V. C. 603 usque 609 gestas, nullus amplius liber nominatim citatus usquam reperitur, nisi liber XXXVII & XXXVIII. *Liber XXXVII* citatur apud Stephanum Byzant. in Μουσεῖον, ubi agebatur de bello Macedonico III. contra Pseudophilippum, anno ab V. C. 606. (Vide Reliq. libri XXXVII. c. 1.) *Ex libro XXXVIII* ductam esse eclogam XLIII de Legationibus, quæ ad annum 604 pertinet, notatum erat in ora codicis Vrsin. Quod vero Legationem CXLII ex libro XXXIII ductam in eodem suo codice perhiberi Vrsinus ait, id sive librarii sive ipsius Vrsini errore factum esse ostendemus in Adnot. ad Reliquias lib. XXXVI. 1, 1. & probabile faciemus, in Vrsini libro ibi librum XXXVI notatum fuisse, aut notari certe a librario debuisse. His positis, Reliquias omnes sex posteriorum Polybii librorum ita distribuimus, ut statuerimus, *Libro XXXV* comprehensas fuisse res A. V. 503 sq. gestas, & in his præcipue *Bellum Celtibericum*, & res a Scipione illo, qui Polybio præceptore comiteque usus est, in Hispania gestas; *Libro XXXVI* res anni 605, in his *belli Punici tertii primordia; Libro XXXVII* res anni 606, in his historiam *belli Macedonici tertii contra Pseudophilippum; Libro XXXVIII* res anni 607, in his semina belli Achaici; *Libro XXXIX* res anni 608, & in his potissimum historiam *exitus belli Punici*

Punici tertii & Carthaginis everſionem; quam rem, longe omnium in tota Romanorum hiſtoria memorabiliſſimam eo fuſius expoſitam fuiſſe a Polybio probabile eſt, quod & ipſe ei interfuit, & geſta res eſt auſpiciis Scipionis ejuſdem, quo familiariſſime ille uſus eſt, & cujus in rebus illuſtrandis præcipue exercere voluiſſe ſtilum ſuum videri debet. Denique in *Librum XL* conjecimus fragmenta, quæ de *bello Achaico & Corinthi excidio* ſuperſunt, ad eumdem annum 508 pertinentia, quibus nonnulla ad annum 509 pertinentia ſubjecimus. Argum. ſex poſterior. librorum.

CAPVT I. Cap. I.

De *Celtiberico bello*, quod longum & grave & varia fortuna his temporibus geſtum eſt, præter ea quæ ex Polybiana hiſtoria ſuperſunt in Legatione CXLI, conferendus præcipue Appianus in rebus Romanorum Hiſpanienſibus cap. 44 ſeqq. quemadmodum in Adnotatione ad argumentum libri XXXIV jam monuimus. De argumento hujus Fragmenti, quod cap. 1. poſuimus, confer cap. 4, 2.

Verſ. 6. *πύρινον πόλεμον. igneum bellum.* Proverbialem quodammodo fuiſſe hanc dictionem, ex connexione orationis h. l. intelligitur. Duci autem potuit ea locutio cum ab acri vehementique vi ignis, tum ab eo, quod, ubi ſemel incrementum cepit, latius latiuſque ſemper ſerpit graſſaturque, & ægerrime reſtinguitur; ita quidem, ut, ſi vel maxime ſopitum putes, repente mox & de improviſo rurſus in flammam erumpat.

CAPVT II. Cap. II.

Verſ. 1. *ἀνοχὰς ποιησάμενοι πρὸς Μάρκον Κλαύδιον.* — „Significat *M. Claudium Marcellum*, III. Coſ. A. V. 601. [602.] qui cum Celtiberis inducias fecit. vid. Diodor. Ecl. 26. p. 626.“ REISKIVS. — De rebus a Marcello in Hiſpania geſtis utique conſulendus Appianus Hiſpan. cap. 48. ſqq. Prior quidem pars hujus Eclogæ breviter tangit res anno ab V. C. 602. geſtas, ſed tota Ecloga ducta eſt ex hiſto- Verſ. 1.

Verſ. 1. hiſtoria rerum A. V. 603. geſtarum: auditæ enim (ut mos erat) iſtæ Hiſpanorum legationes Romæ ſunt, poſtquam conſules anni 603, Aulus Poſtumius & L. Lucullus, magiſtratum inierant. vid cap. 3, 7. *Ibid.* τὴν ἡσυχίαν ἦγον. Articulum, quo & aliâs in ea phraſi utitur Polybius, adjecimus ex Bav. cum abeſſet vulgo. Sic III. 112, 2. XXXVIII. 2, 7. &c.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Μάρκος δὲ, στρατεύσας εἰς τοὺς Λυσιτανούς. Huc pertinere utique videtur fragmentum illud, a Suida in Κωμάσαι & in Ἀνδρωνῖτις, tacito quidem auctoris nomine, prolatum, quod in Fragmentis Polybii Hiſtoricis num. XXVII. retulimus, T. V. p. 62 ſq. Quo in fragmento recte, ut nunc quidem ſentimus, Küſterus poſt verba ἀπολυθεὶς comma interſeruit, & ſequentia verba πρὸς Λυσιτανοὺς μεταβαλεῖν τὸ πόλεμον inter ſe conjunxit. Nam quod in fine adjicitur, διὰ τὸ δοκεῖν τὸν στρατηγὸν βραχὺν χρόνον πρότερον ὑπὸ τῶν Λυσιτανῶν ἡλαττῶσθαι, adverſari id quidem huic rationi videtur; ſed id vel per epitomatoris culpam, e cujus eclogis hæc deſcripſit Suidas fieri potuerat, vel ipſius lexicographi errore, imperite contrahentis ea quæ a Polybio erant ſcripta. conf. c. 3, 4. & c. 4, 3. Neſcimus an ex ejuſdem Celtiberici belli hiſtoria decerpta ſint alia duo fragmenta, quæ in Hiſtoricis Polybii Fragmentis num. XIII ſq. poſuimus, alterum de *Equitibus Celtibericis*, alterum de *gladiis* quibus uſi ſunt Celtiberi.

Ibid. τὴν Νερκόβριγα πόλιν. De ea urbe vide quæ ad Appianum notavimus, Hiſpan. c. 48. T. III. p. 260. In alia omnia diſceſſit VRSINVS, ad vulgatam ſcripturam, τὴν Ἐρκόβριγα, hæc notans: „Ptolemæus appellat Ἐργαούϊνα. Sed ſcripturæ veritas ex Auguſti æreo numiſmate petenda, in quo inſcriptum eſt MVN. ERCAVICA.“

Ibid. Ad Fragmentum quod in *Scholio contextui ſubjecto* protulimus, hæc adnotavit CASAVBONVS in Polybii Fragmentis: „Vrſini codices hunc locum Polybio attribuunt. Suſpicor, auctoris eſſe recentioris Polybio, qui deſcripſiſſet res geſtas in Hiſpania a Claudio Marcello, qui Nobi-

Nobiliori ſucceſſit. Nam ſcribendum eſt, ἔλε δὲ πόλιν Νορτόβριγα. Intelligitur urbs Bæticæ, quo Ptolemæo Νερτόβριγα dicitur, Appiano Νερτόβριγες in Hiſpanicis, cujus verba huc fortaſſe referenda: Νεργόβριγας μὲν Ἀρουάκκων (ſcribe Ἀρευάκκων) πεντακισχίλιοι κατέλαβον." — Quod ait, Vrſini codices Polybio fragmentum attribuere, falſus eſt vir doctiſſimus: non ſuis e codicibus, ſed ex ſua conjectura fragmentum illud Polybio tribuerat Vrſinus in Excerpt. de Legat. p. 266. Ceterum cur auctoris eſſe Polybio recentioris credamus potius, quam ipſius Polybii, cauſſam nullam nos quidem videmus. Verſ. 2.

Verſ. 3. Βελλῶν καὶ Τίττων. Verba hæc eodem modo in Notis ad h. l. referens VRSINVS, ſic monuit: „Scribe Τίγγων, ex loco inferiore & Ptolemæo. Appianus tamen in Hibercio habet Τιτθούς. Σεγήδη, inquit, πόλις ἐστὶ Κελτιβήρων &c." — Vide Appiani Hiſpan. c. 44. & adde c. 63 & 64. Ceterum de vero hujus populi nomine ſatis diximus in Adnot. ad Appian. loc. cit. c. 44. T. III. p. 255. Vrſini typographus conjecturam editoris, Τίγγων, præpropere in contextum recepit, unde in reliquas editiones tranſiit illa ſcriptura. Verſ. 3.

Verſ. 4. Ἀραυακῶν. Conſer varietatem ſcripturæ apud Appianum in Hiſpan. c. 45. & Adnotationem noſtram ad eumdem locum. Quamcumque ſcripturam prætuleris, peſſima omnium ea videri debet, quæ vulgo hic obtinuerat. Verſ. 4.

Verſ. 7. εἰ μὴ συστήσονται. — „Celtiberi puta cum Romanis: *niſi ambo mutuo conſentiant, & pro uno viro cauſam communem propugnent.*" REISKIVS. — Caſaubonus: *niſi res in tuto collocarent Romani.* Nobis non ſatis emendata græca ſcriptura videtur. Hariolando interpretati ſumus, *niſi in ordinem cogerentur*, ſcil. οἱ πεπολεμημένοι. *Ibid.* προεπιθήσουσι. — „Aut προθήσουσι legendum, aut ἐπιθήσουσι, ſeparatim quodque, non autem conjuncte. Conflata eſt ea lectio e duplici, quæ alia aliis in libris olim fuit." REISKIVS. — At ita amans eſt Polybius Verſ. 7.

lybius verborum non ſolum compoſitorum, ſed dupliciter compoſitorum, ut minime ſolicitanda nobis videatur vulgata ſcriptura.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. διαφεύγωσιν. Vulgo διαφύγωσιν, non male, ſed ex Vrſini ingenio. διαφάγωσιν dabant mssti, quod ex διαφεύγωσιν corruptum eſt, confuſa vocali α cum illo ſcripturæ nexu, quo diphthongus ευ efferri ſolet a librariis. Quam ſimilitudinem reſpicientes, putamus, REISKIVS præciſe ait: „Non διαφάγωσιν fuit in libro Vrſini, ſed διαφεύγωσιν.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ἢ βουλομένους. Mendoſe ὃ βουλομένους Bav. Neſcimus an & Vrſini codex.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. Ἐπὶ δὲ τούτοις. Sic recte omnino Vrſinus. Conf. verſ. 5.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. ὑποπεπτωκότως correxit Vrſinus. ὑποπεπτωκότες mssti. *Ibid.* οὐκ εἰκούσῃ τοῖς λόγοις. Caſaubonus: *animos præ ſe ferentes verbis nequaquam ſimiles*; derivans ſcilicet εἰκούσῃ ab ἔοικω, *ſimilis ſum*, quod verbum tamen nonniſi rariſſime in præſenti tempore ea notione uſurpatum occurrit, & apud Polybium quidem nuſquam aliàs. Sententia iſta requirebat, putamus, ἐοικυίᾳ, non εἰκούσῃ. Nos quidem ſuſpicamur, duo verba τοῖς λόγοις vel per oſcitantiam librarii e ſuperioribus temere hic repetita eſſe, vel ab imperito homine adjecta, qui verbum εἰκούσῃ idem ac ἐοικυίᾳ valere putaverat. Lege ſimpliciter, προαιρέσει, ὡς διέφαινον, οὐδ' εἰκούσῃ, οὐδ' ἡττωμένῃ, & verba mentemque (ni fallimur) Polybii habebit, *animos præ ſe ferebant non cedentes & invictos:* niſi, pro τοῖς λόγοις, τοῖς ὅλοις ſcripſit, οὐδ' εἰκούσῃ τοῖς ὅλοις, *animo nequaquam cedente.* His jam ſcriptis, animadvertimus ad eadem verba in eamdem fere nobiſcum ſententiam commentatum REISKIVM: „Aut delendum eſt τοῖς λόγοις, aut legendum εἰκυίᾳ τοῖς λόγοις, *ſimili verbis.*“ — Nec vero prætereundum eſt, non εἰκούσῃ eſſe in Bav. ſed ἀκούσῃ, corrupte omnino.

Verſ.

Verſ. 15. Τέλος δ' ἦν. Eodem modo & aliâs paſſim ἦν & εἶναι confunduntur, velut in cod. Bav. III. 10, 2. *Ibid.* ἀγνοίας. Mendoſe ἀγνείας Bav. *Ibid.* ἐπὶ τὰς κατὰ Τιβέριον ὁμολογίας. &c. — „Videndus Appianus in Hiberico." VRSINVS. — „*Fœdus* ſignificat cum *Tib. Sempronio Graccho* initum a Celtiberis; qui Gracchus prætor A. V. 574. [577.] citeriorem Hiſpaniam nactus provinciam, compoſuit. Vide Noſtri p. 1503. & Appian. p. 278." REISKIVS. — Polyb. XXVI. 4. Appian. Hiſpan. c. 43. Verſ. 15.

CAPVT III. Cap. III.

Verſ. 4. τοὺς δὲ Ἀραυάκας ἀνμὴν μεγαλοφρονεῖν. Si ἀνμὴν dedit Vrſini codex, nemo ſolicitare debet; ſi ex Vrſini eſt ingenio, docte & acute emendatum nolimus negare: ſed quod ſi ἐνόημεῖν fuit in codice, quemadmodum eſt in Bavarico, ex ἐνδήλως id corruptum putemus. Verſ. 4.

Verſ. 7. Αὖλος Ποστούμιος καὶ Λεύκιος Λικίνιος Λεύκολλος. — „Livius in epitoma libri XLVIII. *L. Licinius Lucullus, Aulus Poſtumius Albinus Conſules, cum delectum ſevere agerent* &c." VRSINVS. Verſ. 7.

Verſ. 9. καταθαρρῆσειν. — „Locum, ut apparet, mutilum aſteriſco notavimus." VRSINVS. — Lacunam opportune ſupplevit codex Bav. Verſ. 9.

CAPVT IV. Cap. IV.

Verſ. 2. Τοῦ μὲν γὰρ Κοΐντου. — „*Quintus* ille eſt Fulvius Nobilior, qui A. V. 600. [601.] conſul bellum Celtibericum inchoavit." REISKIVS. — Appian. Hiſpan. c. 45 ſqq. Verſ. 2.

Ibid. τῶν ἐπ παρατ. Mendoſe αὐτῶν ἐκ παραταξ. Bav.

Verſ. 3. πτοία. Sic recte Bav. & edit. Caſaub. & ſeqq. Vrſinus vero minus recte πτοῖα habet, & in Notis ait: „Ita videtur legendum: in exemplari autem vox πτοῖα prorſus corrupta." — *Ibid.* οἷαν. Mendoſe οἷον Bav. Verſ. 3.

Verſ.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Εἰς γὰρ τοῦτο προὔβη τὰ τῆς ἀποδειλίας &c. — „Florus in epitoma libri XLVIII Polybii locum hunc, a Livio totidem fortaſſe verbis expreſſum, ita concidit: *Hiſpanienſe*, inquit, *bellum, cum parum proſpere aliquoties geſtum ita confudiſſet civitatem Romanam, ut ne ii quidem invenirentur, qui aut tribunatum exciperent, aut legati ire vellent; P. Cornelius Aemilianus proceſſit, & excepturum militiæ genus quodcunque imperatum eſſet, profeſſus eſt. Quo exemplo ad militandi ſtudium omnes incitavit.*" VRSINVS.

Ibid. προσπορεύεσθαι. Sic utrimque ſua auctoritate edidit Caſaubonus; non male id quidem, ſed præter neceſſitatem a librorum ſcriptura recedens, qui utrobique cum Vrſino προπορεύεσθαι dant, quod eſt ipſum verbum *procedere*, quo in eadem re Livius uſus eſt. In fine tamen hujus cap. vſ. 14. in προσεπορεύοντο conſentiunt codices. Ceterum de hoc verbo vide quæ notavimus ad I. 69, 10.

Ibid. πρὸς τὴν ἀρχήν. — „ταύτην puta; τὴν χιλιαρχίαν." REISKIVS. *Ibid.* ἀλλ' ἐλλείπειν τὰς χώρας. — *ſtationes*, *munera tribunorum militarium vacare*, nemine petente." IDEM. — Interpretationem iſtorum verborum in Caſauboni verſione, quam hoc loco tenuimus, omiſſam eſſe, nunc demum animadvertimus, moniti a GRONOVIO, adjicere jubente hæc verba, *ſed vacua relinquerentur loca.* — „Quas enim Polybius (inquit) hoc loco χώρας, eas Livius *loca* vocat, cujus exempla videre potes congeſta a patre ad librum ejus IV. cap. 16." — Igitur adjectis in latina verſione eis, quæ diximus, verbis, ſic erit pergendum: *cum prius ſolerent multo plures* &c.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ἐπιτέμνειν. *præcidere.* — „In verbo ἐπιτείνειν ſuſpicor ineſſe mendum, & ἐπιτίνειν emendandum eſſe." VRSINVS. — „Forte εὐθύνειν, id eſt ζημιοῦν." REISKIVS. De verbo ἐπιτέμνειν, quod ex conjectura reſtituere Polybio non dubitavimus, diximus ad V. 58, 3. Valebit autem illud hoc loco id quod vulgo dicere ſolemus *a limine ablegare, nullo inſtituto examine rejicere.* *Ibid.*

Ibid. δ' ἀδύνατον. Corrupte δυνατὸν Bav. omissa etiam conjunctione δέ. Quo de errore nullam suo ex codice mentionem fecit Vrsinus.

Vers. 7. ἐν ἀμηχανίαις recepimus ex Bav. ἐν ἀμηχανίᾳ Vrsin. Vers. 7.

Vers. 8. Πόπλιος Κορνήλιος Ἀφρικανός. *Africanum* per anticipationem appellat; nisi fortasse a compilatore Eclogarum adjecta est hæc vox, aut ab eodem omissa sunt alia nonnulla verba, quæ Polybius adjecerat, veluti ὁ Ἀφρικανὸς μετὰ ταῦτα προσαγορευόμενος, vel in eam sententiam alia. *Ibid.* δόξαν ὁμολογουμένην πεποιημένος. — „De verbo ποιεῖσθαι, pro περιποιεῖσθαι, *sibi acquirere, comparare*, vide Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 435, 57. Sic ibid. p. 619, 19. πεποιῆσθαι τυραννίδα est in cod. Coisl. ubi vulgo περιπεποιῆσθαι legitur, & T. II. p. 23, 85. δόξαν ἐπ' ἀρετῇ μεγάλην πεποιημένον, *qui virtute* [*virtutis* malimus] *magnam sibi gloriam* peperit; & II. 513, 85. & 568, 53. ubi male πεπονημένος legitur. Attigi jam hunc usum verbi ad Nostri p. 206." REISKIVS. — Scilicet ad verba ista Polybii II. 62, 12. τὸ πᾶν λάφυρον ἐποίησαν - - τάλαντα τριακόσια, hanc Adnotationem REISKIVS adjecit, quam, quoniam ibi imprudentes prætermisimus, hic ex parte saltem inseruisse juvabit. — „ἐποίησαν, inquit, *effecerunt, coëgerunt, redegerunt*, h. e. *comparârunt, acquisiverunt vendentibus tot talenta.* Dicuntur hic venditi vendentibus fecisse vel acquisivisse talenta aliquam multa, pro, ex iis effecta, collecta, redacta, coacta esse talenta. Aliás dicitur merx venditori pretium aliquod εὑρίσκειν vel ἄλφειν. ποιεῖν ἀργύριον est *conficere argentum vel pecuniam alteri; ποιεῖσθαι, sibi conficere seu acquirere.* &c."

Vers. 10. ἅμα μὲν ἀσφαλεστέραν εἶναι. In latina ver- Vers. 10.
sione, non verba *cum ad securitatem* uncis includi debuerunt, sed illa *tum ad utilitatem*, quæ a Casaubono explendæ lacunæ causa adjecta sunt.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τοὺς Μακεδόνας ἐπ' ὀνόματος καλεῖν τὸν Σκιπίωνα. Innotuerat Macedonibus Scipio Aemilianus ex eo tempore, quo cum patre Aemilio Paulo erat verſatus. conf. XXXII. 15.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. διὰ τὴν ἄλλην εὐλάβειαν. Ad hunc locum, ubi vulgo conſentientibus manuſcriptis διὰ τὴν ἄλλων εὐλαβ. editum erat, hæc eſt REISKII adnotatio: „ἄλλην bene habet: *& propter prudentiam & circumſpectionem, qua Scipio aliàs utentem ſe conſpiciendum dederat.*“ — Adparet, voluiſſe eum dicere, ἄλλην *ſcribendum eſſe pro vulgato* ἄλλων. Et veriſſima ea mihi viſa eſt conjectura, cum quod ἄλλων per ſe abſque articulo ferri non poterat, tum quod vocabulum εὐλάβεια, ad alios juvenes relatum, parum reſpondet rei. Illorum enim animos occupaverat πτοία & ἀποδειλία, *pavor terrorque* & *putidus timor*; (verſ. 3. ſq.) εὐλάβεια autem eſt *cautio, circumſpectio, prudens cunctatio;* III. 105, 8. & aliàs. Quodſi *timiditatem* interpretari velis, erit *honeſta quædam ac decens timiditas*, quæ e *modeſtia* exiſtit, & in laude ponitur; quale & fuit natura & cognitum civibus erat Scipionis ingenium, ut docet Polybius XXXII. 9, 11. & cap. 10 ſqq. *Ibid.* Σκηπίωνος. Σκιπίωνος reſcribe, ut eſt in Vrſini edit. conſentientibus msstis.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. ἐντρεπόμενοι τὸν ἐκ παραθέσεως ἔλεγχον. — „Niſi ſcripſerit ἐντρεπόμενοι.“ GRONOVIVS.

Cap. V. ## CAPVT V.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἐνέπεσε δέ τις ὁρμὴ &c. Ad Polybium auctorem diſerte & hoc fragmentum, & id quod huic ſubjecimus, retulit Suidas. Et prius quidem fragmentum haud dubie ad hunc noſtrum Scipionem pertinet, & ad certamen illud ſingulare, quo provocatorem barbarum interemit; cujus rei brevis mentio ſupereſt in Epit. Livii lib. XLVIII. tum apud Vellej. Paterc. I. 12. & Valer. Max. III. 2, 6. paulo vero uberior apud Appian. in Hiſpan. c. 53.

Verſ. 2. Alterum vero Fragmentum, (*verſ.* 2.) quod ab aliis ad aliam

aliam rem est relatum; ad eamdem historiam spectare probabile fecit Drakenborch. ad Liv. XXXVII. 35, 5. Ex equo tum pugnasse Scipionem inde intelligitur, quod provocatorem pariter equo vectum Appianus refert. *Ibid.* ὀρθὸς ἀπέπεσεν. Sicut ἐκπίπτειν non solum *excidere* significat, sed & *proripere sese*, *evadere*: sic ἀποπίπτειν ἀπὸ τοῦ ἵππου putavimus non solum *prolabi ex equo* significare posse, sed & *sese dejicere*. Vers. 2.

CAPUT VI. Cap. VI.

Vers. 1. Ἐντευχθεὶς ὁ Κάτων διὰ Πολύβιον, ὑπὸ Σκιπίωνος. Decimo septimo anno, ex quo Romam evocati erant principes Achæorum, restitutos eos a Romanis in patriam esse, rediisseque trecentos fere, qui superstites tunc erant, Pausanias docet VII. 10 extr. p. 549. Ab anno 587, vel potius 588, quo Romam sunt deportati, (XXX. 10, 11.) annus decimus septimus, est annus ab V. C. 503 vel 504. Cum igitur *intercedente Scipione* reditus Achæis a Catone sit effectus, neque alius facile is Scipio, quam Aemilianus, intelligi possit, oportet factum hoc esse anno 504, quia anno 503. Luculli legatus in Hispania fuerat Scipio. Illius expeditionis laude clarus cum Romam rediisset, Catonem adiit, & ab eo impetravit, ut Achæis reditum perficeret. Diserte Plutarchus in Apophthegm. p. 199. scribit παρακληθεὶς ὑπὸ Σκιπίωνος Ἀφρικανοῦ. *Ibid.* διὰ Πολύβιον recte Xylander *Polybii caussa* interpretatus est, quæ verba reposita in latina versione velimus loco illorum *rogatu Polybii*. Vers. 1.

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

L. XXXVI.

LIBRI XXXVI.

RELIQVIAS.

Cap. I.

CAPVT I.

Verſ. 1. Τῶν Καρχηδονίων πάλαι &c. — „Hoc fragmentum ex *Libro XXXIII.* deſcriptum eſſe, ex annotatione ad oram libri didicimus.“ VRSINVS. — Ex Appiani narratione de rebus Romanorum Punicis cap. 74 & ſqq. cum argumento hujus eclogæ collata ſatis adparet, pertinere hanc eclogam ad Coſſ. L. Marcium Cenſorinum & Manium Manilium, adeoque ad A. V. 605. Sed quoniam ecloga CXXIX. de Legationibus, quæ ad A. V. 599. pertinet, haud dubie ex libro XXXIII. ducta eſt, ut in Adnot. ad initium ejus libri docuimus; nullo modo ſit probabile, ſcriptorem noſtrum in hac poſteriore hiſtoriarum ſuarum parte, ubi paucorum annorum res geſtas ſex libris eſt complexus, uno libro XXXIII ſeptem annorum hiſtoriam comprehendiſſe: & eo minus nobis perſuaderi poterit, veram eſſe illam notam numeralem, quæ libro XXXIII. attribuit hanc eclogam ex rebus anni 605. ductam, quoniam ecloga proxime ſequens CXLIII, quæ ad annum 607. pertinet, ex libro XXXVIII. ducta eſt. Itaque pro eo, quod in Vrſini codice Λόγος ΛΓ (id eſt *liber XXXIII*) vel ſcriptum erat vel ſcriptum putavit Vrſinus; ſuſpicari utique par eſt, ſic vel ſcriptum fuiſſe vel ſcribi debuiſſe Λϛ, id eſt *liber XXXVI.* Interdum enim iſtæ figuræ Γ & ϛ ita ſimiles ſunt, ut, utram ſcribere voluerit librarius, vix

vix discernas. Multo vero longius a vero Bavaricus noster codex recedit, qui ante hanc eamdem eclogam inter lineas rubro colore Λόγος λά. scriptum habet, id est *Liber XXXI.* Casaubonus ante hanc eclogam nihil notavit, sed in fine hæc adjecit verba, Ἐκ τοῦ ΛΓ. λόγου, *Ex Historia XXXIII.* nescimus, unum ne Vrsini codicem secutus, an Andreæ Schotti quoque librum præeuntem habens. Vers. 1.

Ibid. πῶς ἀπαντῆσαι δεῖ πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἀπόκρισιν. Sic editum in contextu Vrsini & seqq. In Notis vero verba ista ita repetuntur, ut loco verborum δεῖ πρὸς asteriscus ponatur, monetque VRSINVS: „Videtur deesse verbum δεῖ, & adverbium πρὸς, vel tale aliquid, post verbum ἀπαντῆσαι; itaque locum stellula notavimus." — Vrsini conjecturam in contextum recepit typographus. Eadem verba desunt Bavarico codici. — „Poterat quoque legi, (inquit REISKIVS) ἀπαντήσαιεν τῇ ἀποκρίσει. sed acquiesco in vulgata." — Nos vero Reiskianam prætulerimus emendationem: certe πῶς ἀπαντήσαιεν magis placet, quam ἀπαντῆσαι δεῖ.

Ibid. τῶν Ἰτυκαίων &c. — „Livius in epitoma lib. XLIX. *Vticenses legati Romam venerunt, se suaque omnia dedentes. Ea legatio, velut maximum belli omen, grata patribus, acerba Carthaginiensibus fuit.*" VRSINVS. Conf. Appian. Punic. c. 75.

Ibid. τοῖς Ῥωμαίοις τὴν ἑαυτῶν προδιδόντων πόλιν. — „Forte παραδιδόντων. Nam παραδιδόναι honestum est, προδιδόναι infame." REISKIVS. — At factum Vticensium, urbem suam Romanis tradentium, revera erat proditio, respectu Carthaginiensium. Præterea vero & aliàs verbum προδιδόναι absque ulla infamiæ nota usurpatur; veluti XXXII. 13, 5.

Vers. 3. καταπολεμηθέντας. Vera videtur scriptura Bav. καταπολεμηθέντες in nominativo casu, quem & aliàs sæpe cum infinitivo constructum vidimus. Vide Adnot. ad V. 100, 10. & loca ibi citata. Vers. 3.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *οὐδὲ παράδοξον.* — „*ὡς δὲ παράδοξον* erat in exemplari, ſed male.“ VRSINVS. — Pariter Bav.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *πράττειν τὸ δοκοῦν συμφέρειν τῇ πατρίδι.* — „In exemplari deerat verbum *συμφέρειν*, quod ad ſenſum neceſſario requiritur.“ VRSINVS. — Appianus Pun. c. 76. *πρέσβεις οὖν ἑτέρους ἐς Ῥώμην ἔπεμπον αὐτοκράτορας, ὅπῃ δύναιντο, τὰ παρόντα διαθέσθαι.*

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *Ἦσαν δ' οἱ πρεσβεύοντες, Γίσκων, Στρυτάνος ἐπικαλούμενος* &c. — „Vereor, ne legatorum nomina [non] ſatis emendata ſint.“ VRSINVS. — Appianus nomina non edidit; niſi quod in eorum numero videtur ponere illum, quem *Hannonem* vel *Bannonem* dicit c. 82 extr. cognomine *Gillam* vel *Tigillam:* qui fortaſſe idem eſt quem Γιλλίαν vel Γιλίμαν nominant libri noſtri Polybiani. Συρτάνος quid ſit neſcimus. An *ὁ στρουθὸς ἐπικαλ.*? Apud Appian. c. 68. alia occaſione Hannibal aliquis moratur, *ὁ ψὰρ ἐπικαλούμενος. Ibid.* Μάγων. conf. c. 3, 1.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Ἦιον δέ. Sic correxit Caſaub. Ἦιον τὲ Vrſinus cum msstis. *Ibid. τοὺς στρατηγούς. Conſules*, Manium Manilium & L. Marcium Cenſorinum, ut ſupra diximus.

Cap. II. ## CAPVT II.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *ἤρηται μὲν ἡμῖν καὶ πρότερον.* Vide XX. 9, 10 ſqq.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *διδόντες αὐτούς.* Sic ſua auctoritate Erneſtus edidit. Poterat *αὑτούς* teneri, quod habent ſuperiores editiones cum msstis.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Poſt verba *ὡς ἐν κακῶν αἱρέσει comma* pone, ut iſta verba in parentheſi poſita intelligantur. conf. c. 1, 6.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *ποῖά ποτε.* Vrſinus, in Notis, *πότερα* legendum cenſuerat: in contextu vero *ποῖα* editum eſt. *ὁποῖα ἄν ποτε*, aut *τίνα ἄν ποτε* maluerat Reiſkius. Nos quidem, quid huc faciat particula *ἄν*, non ſatis perſpicimus.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *τοῖς πολίταις.* — „Debetur hoc Vrſino, cujus in codice fuit *τοῖς πολεμισταῖς.* [ſic & in Bav.] Videtur in

in hac corrupta lectione latere aut τοῖς πολιτευομένοις, aut τῆς ἀποκρίσεως. Interea, donec meliora & certiora proferantur, in vulgata acquiescamus." REISKIVS. — πολεμιστᾶις in contextu tenuerat Vrsinus, adjecto asteriſco: in margine autem πολίταις adscripserat, quod in contextum recepit Casaubonus. *Ibid.* Ad vulgatam scripturam, περὶ δὲ πόλεων, monuit REISKIVS: „περὶ δὲ τῶν πόλεων scribendum, & sic mox iterum. [cap. 3, 3.] Nisi (inquit) malumus cum Diodoro Siculo Tom. II. p. 627. ubi totum hunc locum expressit, πόλεως legere & de *Carthagine* accipere." — Haud incommoda utique per se videri debuit librorum nostrorum scriptura, πόλεων, intelligentes *urbes ditioni Carthaginiensium adhuc subjectas.* Sed haud dubie Diodorus in suo codice Polybiano, cujus apud nos potior auctoritas, quam nostrorum, esse debet, πόλεως in singulari numero scriptum invenerat. Etenim cum manifeste ille in omni horum temporum historia Polybium presso pede secutus sit, sic diserte in Eclog. Legat. XXVII. (eodem loco, quem Reiskius citavit) scribit: Ἡ δὲ σύγκλητος, δεξαμένη τὴν παράδοσιν τῆς χώρας, ἔδωκεν ἀπόκρισιν· ἐπεὶ καλῶς βουλεύονται Καρχηδόνιοι, δίδωσιν αὐτοῖς ἡ σύγκλητος νόμους, χώραν, ἱερὰ, τάφους, ἐλευθερίαν, ὕπαρξιν, οὐδαμοῦ προστιθεῖσα πόλιν τὴν Καρχηδόνα &c. Dissimulari vero non debet, ipsius verbis disertam mentionem apud Appianum fieri, senatus responsum his verbis referentem, Punic. c. 76. ἐὰν τοῖς ὑπάτοις - - τοὺς ἐνδοξοτάτους σΦῶν παῖδας ἐς ὁμηρείαν παράσχωσι, καὶ τἄλλα κατακούσωσιν αὐτῶν, ἔξειν Καρχηδόνα ἐλευθέραν τε καὶ αὐτόνομον, καὶ γῆν ὅσην ἔχουσιν ἐν Λιβύῃ. Lectioni vero, quam Diodorus secutus est, verisimilitudo inde accedit, quod paulo post consules ex auctoritate Patrum Pœnos in alium locum, decem millia passuum, non minus, a mari remotum, urbem sedesque suas transferre. Vers. 8.

Cap. III.

CAPVT III.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Μάγωνα τὸν Βρέττιον. Neſcimus an idem hic ſit, qui eſt cap. 1, 8. memoratus. Βρέττιον, id eſt *Bruttium*, ſcribendum eſſe pro vulgato Βρέτιον, REISKIVS monuit: „quia (inquit) legatus Hannibalis in Bruttia fuit.“ — A *Bruttiis* cognomen habuiſſe hunc Magonem adſenſi ſumus viro docto: ſed legatum eumdem fuiſſe Hannibalis, perſuadere nobis non potuimus. Vide Adnot. ad IX. 25, 1. ad quem locum provocavit Reiſkius. Ἀμάγωνα, pro Μάγωνα h. l. habet Bav. putamus & cod. Vrſini, nam corruptum fuiſſe hunc locum ait editor in Notis.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Δύο γὰρ correxit Caſaub. Διὸ γὰρ Vrſin. cum msstis. *Ibid.* παρεῖθαι eidem Caſaubono debetur. παρῆθαι Vrſin.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. μὰ Δία νῦν διαπορεῖν. Ex Vrſini hoc eſt emendatione, qui locum hunc corruptum ait fuiſſe in exemplari, nec tamen, quid ibi fuerit, depromſit. μὰ δίαν αὖ διαπορῆσαι Bav. *Ibid.* περὶ πόλεως. Vide ad cap. 2, 8.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἐπιδεκτέον. — „Ita emendavimus pro ἐπιλεκτέον, ut eſt in libro manuſcripto.“ VRSINVS. — Eadem menda eſt in Bav. ἀποδεκτέον, *acceptandum*, malle ſe ait Reiſkius. Nobis in Vrſini emendatione nil deſiderari viſum erat.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τῶν γυναικῶν ἐκκαιουσῶν τὴν τοιαύτην διάθεσιν. Non ſatis integra emendataque iſta verba videntur: nec enim facit ſatis, quod Erneſtus in Lexic. Polyb. dictionem illam ἐκκαίειν τὴν διάθεσιν interpretatur *augere miſeriam, miſerabiliorem facere.* Si genuina eſt oratio, erit ἐκκαίειν *excitare*, τὴν διάθεσιν vero intelligere debebimus τὴν οἰμωγὴν καὶ τὰ δάκρυα. Mulierum iſtarum deſperationem graphice depinxit Appianus Pun. c. 77,

Verſ. 9. *Verſ.* 9. εἰς τὸ τῆς ἑκκαιδεκήρους νεώριον. Ad vulgatam lectionem ἑκκαιδεκήτου monuit VRSINVS: „Opinor legendum eſſe εἰς τὸ ἑκκαιδέκατον νεώριον. Cum enim plura eſſent Romæ navalia, ut ex Livio & aliis colligitur, veriſimile eſt, numeris ea diſtincta fuiſſe, & unum, *primum*

mum navale, alterum, *ſecundum*, & deinceps, ex inciſis notis, ſignificari ſolita eſſe." — At, quid intererat lectorum Polybii, ſcire, primo ne, an in ſexto decimo navali concluſi fuerint iſti obſides, niſi id navale alio quodam nomine notabile fuit? Dubitationis ſignificandæ cauſſa, aſteriſco vocabulum iſtud notavit Caſaubonus; & in latina verſione, *in unum e navalibus*, ſcripſit. Emendationem, quam adoptavimus, præivit Gronovius, in ora ſui codicis notans ἑκκαιδεκήρους. Intelligitur ſcilicet illa *navis ſedecim remorum verſibus agitata*, quæ, cum regum Macedoniæ fuiſſet, victo Perſeo Romam erat deducta; de qua vide Polyb. XVIII. 27, 6. & Liv. XLV. 35. & loca ibi ab interpretibus citata. Verſ. 9.

CAPVT IV. Cap. IV.

Verſ. 2. προσπεπτωκότων. Pro verbo hoc Polybiano, προσαγγελθέντων ſubſtituit Suidas in Ὀρθῆς, ubi hunc locum repetiit. Verſ. 2.

Verſ. 3. πευσομένους. Perperam πανσομένους Bav. Verſ. 3.

Verſ. 5. Ὁ δὲ πρεσβύτερος τῶν ὑπάτων. Is *Manius Manilius* erat, teſte Diodoro, loco ſupra laudato, Eclog. de Legat. XXVII. Appianus paulo poſt, cum ad Vticam legati Pœnorum ad conſules eſſent miſſi, Cenſorinum verba facientem inducens, hanc cauſſam, cur is legatis reſponderit, adjicit, (Punic. c. 80 extr.) *quod eſſet ſuo collega facundior;* quo ipſo ſignificatur, ceteroquin alterius Conſulis Manilii, ut ætate majoris, partes fuiſſe verba facere. Verſ. 5.

Verſ. 6. ἐκεῖνοι δὲ λαβόντες ἀποπλεύσωσιν. — „Ita videtur legendum, cum in exemplari μὴ ἀπλεύσωσιν corrupte ſcriptum ſit." VRSINVS. — Bavaricus μὴ ἀπολεύσωσιν habet. Ad rem pertinet, quod Appianus loc. cit. in hanc ſententiam ſcribit: *Ad hæc legati reſponderunt: Velle quidem ſe & in hoc parere; ſed neſcire, quomodo contra Aſdrubalem, damnatum capitis, qui jam, collectis virorum viginti millibus, prope Carthaginem caſtra poſuiſſet, defendere urbem poſſent.* Verſ. 6.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Δῆλον ἐγένετο &c. Probabilis nobis viſa eſt Küſteri conjectura, ad Polybium auctorem referentis hoc fragmentum. Poterit autem vocabulum βάσταγμα vel de *opibus* intelligi, quas cognatæ ſignificationis voce βάρος ſæpe deſignat Polybius, vel recta de *onere* rerum ex urbe advectarum, & de *plauſtorum jumentorumque multitudine*, quibus opus fuerat ad eas res devehendas: de quibus Appianus ibid. ſic ſcribit: *quæ quum adferrentur, magnificum & mirum erat ſpectaculum tot plauſtorum, quibus ipſi hoſtes res ſuas advehebant.*

Ibid. καταπέλτας β. id eſt διοχιλίας, *bis mille.* Sic corrigere perſpecte Küſterus juſſit, pro καταπέλτας δύο, quod vulgo apud Suidam editur. Conf. Appian. ibid.

Cap. V. CAPVT V.

Verſ. 1 ſq. *Verſ.* 1 *ſq.* Agitur de Pœnis, anxie exſpectantibus reditum legatorum ad tradenda Romanis arma Vticam miſſorum; qui, cum redirent, triſti vultu & obſtinato ſilentio ſatis ſignificabant, novum ſe idque duriſſimum mandatum adferre, nempe illud de urbe in alium locum tranſferenda. Qua de re conſulendus omnino Appianus Punic. c. 92 ſq.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. οὐκέτι συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν ἀλογίαν. Defecta utique videri debet oratio, niſi ἀλογία h. l. idem ſit ac ἀφωνία, *ſilentium*, *tacitus ſtupor*, quemadmodum ἀλόγως apud Sophoclem in Oedip. Colon. verſ. 131. idem fere ac ἀφώνως ſonat. De re confer Appian. ibid.

Cap. VI. CAPVT VI.

Verſ. 1 ſq. *Verſ.* 1 *ſq.* Τὰς προφυλακὰς βλέπων ὁ Φαμέας &c. — Caſaubonus, hoc fragmentum, cum Vrſino, in Polybianis referens, titulum ei inſcripſit: *Phameas, ſive Phaneas, dux contra Scipionem.* Inde porro REISKIVS: „Fragmentum, inquit, de *Phœnea* (ſic enim legendum) pertinet ad bellum Aetolicum cum L. & P. Scipionibus geſtum, pergentibus in Aſiam ad bellum Antiochicum. vid. Liv. XXXVII initio. *Phœneas* ille erat celeber Aetolorum dux.“ — At non de Aetolo Phœnea, ſed de *Himil-*

milcone, cognomento *Phamea* vel *Phamæa*, *equitum præfecto Carthaginiensium*, hic agi, multum incommodare solito Romanorum stationes, unum vero Scipionem adgredi numquam ausо, perspicue intelligitur ex Appiani Punic. c. 97 & 100. Vers. 1 sq.

Vers. 2. Καί ποτε συνεγγίσας &c. Nescimus an hoc pertineat ad id quod loc. cit. cap. 107. narrat Appianus, de Phamææ cum Scipione colloquio. Vers. 2.

Vers. 3. Αἱ δὲ σημεῖαι τῶν Ῥωμαίων &c. Fragmento huic Casaubonus titulum fecit hujusmodi: *Consilium Scipionis: cavendi, quam nocendi hosti, potior cura esse debet.* Rem, qua de hoc loco egerat Polybius, narrat Appianus Pun. c. 103 sq. Vers. 3.

Vers. 5. Nil utique mirum, si res a Scipione suo gestas, quarum majori parti ipse etiam interfuit, præ ceteris rebus *diligenter & enucleate* (id est enim, μετὰ διαστολῆς) exposuit. Fortasse vero verba hæc scripserat Polybius, ubi dictum illud Scipionis retulit, cujus ex Polybio Appianus meminit Punic. c. 132. Vide Reliq. libri XXXIX. c. 3, 5 sq. Vers. 5.

Vers. 6. Ἐν γὰρ τῇ Ῥώμῃ Μάρκον Πόρκιον &c. Diserte ex Polybio hæc citavit Suidas. Eadem Plutarchus habet in Apophthegm. p. 200. & Livius in Epit. lib. XLIX. *Virtutem Scipionis*, inquit, *& Cato, vir promtioris ad vituperandum linguæ, in senatu sic prosecutus est, ut diceret, reliquos, qui in Africa militarent, umbras militare, Scipionem vigere.* *Ibid.* Οἷος πέπνυται &c. Homer. Odyss. Κ'. 495. In verbis πάλιν ἄλλον πρὸς ἐκεῖνον, quæ apud Suidam vulgo inseruntur, latet fortasse hæc sententia, Catonem ista poëtæ verba *ad illum* (sc. Scipionem) *retulisse;* ut duæ voces πάλιν ἄλλον ex aliquo participio nescimus cujus verbi corruptæ sint. Suidas in Κάτων, nescimus ex quo auctore eamdem rem ita refert: Λέγεται, Κάτωνα τὸν πρεσβύτερον, ἑρομένου τινος, ἣν ἔχει γνώμην περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πραγμάτων καὶ περὶ τοῦ Σκιπίωνος, εἰπεῖν· Οἷος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι. Vers. 6.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

L. XXXVII.

LIBRI XXXVII.

RELIQVIAS.

Cap. I.

CAPVT I.

Μουσεῖον, τόπος περὶ τὸν Ὄλυμπον τὸν ἐν Μακεδονίᾳ. Πολύβιος τριακοστῇ ἑβδόμῃ. Liber XXXVI. complectebatur res A. V. 605 geſtas, & liber XXXVIII. pertinet ad A. V. 607, ut docuimus ad init. lib. XXXVI. Reſtat igitur, ut intelligamus, libro XXXVII. perſecutum eſſe Polybium res A. V. 606 geſtas. Eo anno cum aliæ res geſtæ ſunt, tum *bellum Macedonicum III. contra Andriſcum Pſeudophilippum*, cujus mentio fit in epitome libri quinquageſimi Livii, his verbis: *Thaſſalia, quum & illam invadere armis atque occupare Pſeudophilippus vellet, per legatos Romanorum auxiliis Achæorum defenſa eſt.* In illius igitur belli hiſtoria mentionem fecit Polybius, *Muſei, loci ad Olympum qui in Macedonia eſt.* Cujus *Muſei* nulla quidem apud alium auctorem, præter Stephanum Byzantinum, diſerta mentio ſupereſt: attamen ex eis, quæ Pauſanias prodidit lib. IX. c. 30. p. 769. collatis cum Strab. lib. IX. p. 410. intelligitur, fuiſſe haud longe ab Olympo, qua is in Macedoniam ſe demittit, Orphei monumentum, Muſarum amici, aliaque loca Muſis ſacrata, ejuſdem nominis cum illis, quæ in Helicone, Bœotiæ monte, celebrata erant.

CAPVT

CAPVT II.

Cap. II. Verſ. 1.

Verſ. 1. Προυσίας ὁ βασιλεὺς &c. — „Fragmentum hoc pertinet ad narrationem *de morte Pruſiæ*. Confer Diodor. Sic. T. II. p. 523." REISKIVS. — Adde eumdem Diodor. T. II. p. 591. in Eclogis de Virt. & Vitiis. De eodem Pruſia in epitome Livii lib. L. poſt ea verba, quæ modo ad cap. præcedens citavimus, hæc leguntur: *Pruſias, rex Bithyniæ, omnium humillimorum vitiorum, a Nicomede filio, adjuvante Attalo rege Pergami, occiſus eſt.* Copioſe eam rem perſecutus eſt Appianus in Mithridat. c. 4 - 7. De eodem Pruſia eſt HENRICI VALESII ad hunc locum prolixa Adnotatio, quam pro noſtro inſtituto huc tranſſcribere non gravabimur: „Hic eſt *Pruſias*, inquit, cognomento Κυνηγὸς, qui devicto Perſeo, cujus ſororem in matrimonio habebat, Romam venit, ac ſe libertum populi Romani profeſſus eſt, [Polyb. XXX. 16.] tandemque a Nicomede filio interfectus eſt. Fuit autem, ut opinor, Pruſiæ filius, Zielæ nepos. Neque enim aſſentior Carolo Sigonio viro doctiſſimo, qui in lib. I. de antiquo Iure Provinc. cap. 13. eum cum altero confundit Pruſia, Zielæ filio, qui Phrygia cedere Attalicis regibus juſſus eſt a Romanis, ut tradit Livius & Strabo lib. XII. Sed hunc ab illo diſtingui debere, his argumentis vincam. Etenim noſter hic Pruſias Κυνηγὸς cognominatus eſt, teſte Appiano in Mithridatico; [cap. 2.] at alter ille dictus eſt Χωλὸς, ut tradit Memnon lib. XV. Et hic quidem deceſſiſſe dicitur ex vulnere, quod in obſidione Heracleæ acceperat, teſte ibidem Memnone. Noſter, ut dixi, a Nicomede filio eſt occiſus, ut eſt apud Diodorum, Iuſtinum, Appianum & Zonaram. Et Pruſias quidem ὁ Χωλὸς fortiſſimus vir fuit ac bellicoſiſſimus, ut teſtatur Memnon, & Polybius in fine libri V. [c. 111.] Noſter vero Κυνηγὸς effeminatus & imbellis proditur ac regio nomine indignus a Polybio in Leg. 97. [XXX. 16.] & Livio. [XLV. 44.] Priori Philippus Perſei pater, filiam copulavit, teſte Polybio lib. XV. [c. 22, 1. coll. cum cap. 23, 10. & XVII. 4, 7.]

Poſte-

Vers. 1. Posteriori postulanti Persis sororem dedit, ut præter Appianum in Mithridat. refert Livius lib. XLII. [Appian. Mithrid. c. 2. Liv. XLII. 12. Dubitationem tamen nonnullam injicere id ipsum potest, quod adeo & pater Prusias, & filius, uterque filiam ejusdem Philippi in matrimonio habuisse perhibeatur. Quæ res & nobis fraudi fuit, ut in Adnotatione ad XV. 22, 1. priorem Prusiam, de quo ibi agitur, cum filio, de quo agitur apud Livium & Appianum locis modo citatis, confunderemus. Videndum vero, an XV. 22, 1. κηδεστὴς intelligendus fortasse sit *affinis*, id est *fororis maritus*, ut Prusias pater matrimonio junctus fuerit cum Philippi sorore.] Postremo, prior ille Prusias ante Olymp. CXL. regnare cœpit, ut intelligitur ex Polybii libro IV. [c. 47 seqq. Et jam multo quidem ante Olymp. CXL. id est ante annum ab V. C. 534. regnare cœpisse illum Prusiam intelligitur ex Polyb. IV. 49, 1.] Posterior vero L. Marcio & Manilio Coss. est occisus, ut ponit etiam Sigonius in Fastis ex Livii epitome, id est anno 3. Olymp. CLVII. [Rectius ex ejusdem Livii præscripto ad insequentis anni consules, qui est annus ab V. C. 606, cædem Prusiæ retulit Freinshem. in Supplem. Livii lib. LI. cap. 3 sqq.] Quod si hic annus idemque est ac prior, sequitur ut plus quam 60 annos regnaverit. Regno autem tam diuturno quomodo convenire possunt ea, quæ de Prusia hic Polybius dicit, *tantopere alienatos ab eo atque infensos fuisse subditos?* Ceterum illud etiam obiter moneo, male apud Strabonem loc. cit. [lib. XII. p. 563.] legi Προυσίᾳ τῷ Ζήλᾳ. Scribendum enim est Ζιήλᾳ, ex Arriano in Bithynicis apud Eustathium in lib. III. Iliad. & Tzetzem Chil. III. hist. 115. & ex Stephano in Ζῖλα & Προῦσα, ac Suida. Hic Zielas a Gallis in convivio interfectus est, quos ad convivium invitarat, cum iis insidiaretur, ut scribit Phylarchus apud Athenæum lib. II. [p. 58.] ubi male Ζηλᾶ scribitur. Ex quibus emendandus est prologus libri XXVII Trogi Pompeji, in quo sic habetur: *utque Galli Pergamo victi ab Atoloziæ Lambitunum occiderint*

derint. Lego: *victi ab Attalo Zielam Bithynum occiderint.* In fragmentis Memnonis semper Ζηΐλας exaratur." — Vaillantius in Achæmenidarum Imperio Tom.[2] II. p. 321. ex Memnone probabile fecit, Prusiam patrem obiisse filioque Prusiæ τῷ Κυνηγῷ reliquisse regnum circa annum ab V. C. 564, quo anno Antiochus Magnus a Romanis est devictus. Vers. 1.

Ibid. καίπερ ἐκ συλλογισμοῦ οὐ βελτίων ὑπάρχων. Adjiciendam *particulam negantem* adnotaverat Salmasius ad oram sui exempli Excerptorum Valesianorum; quam Salmasii conjecturam, cum aliis nonnullis ad eadem Excerpta ab eodem viro adnotatis, communicavit nobiscum Ruhnkenius vir clarissimus. Intelligimus vero, satis futurum fuisse, si in scholio eam conjecturam adnotassemus; ac veremur, ne præpropere in contextum receperimus. Suidas, qui totam hanc Eclogam in Lexicon suum (vocab. Προυσίας) transtulit, nihil hic discedit a codicis Peiresciani lectione.

Ibid. ἥμισυς ἀνὴρ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν. Valesius: *corporis specie dimidiato homini similis.* Suidas: Ἥμισυς interpretatur ὁ βραχύς, eumdem Polybii locum respiciens.

Vers. 2. πρὸς τὰς κακοπαθείας ἀλλότριος. Suidas in Προυσίας nil mutat; sed in vocab. Ἀλλοπρόσαλλος (quod exponit per εὐμετάβλητος. id est, *mutabilis, inconstans,* & ὁ ποτὲ μὲν ἑτέρῳ, ποτὲ δὲ ἄλλῳ προσκείμενος, *qui nunc hujus, nunc alterius partibus se adjungit.*) verba ista Polybiana sic citavit, πρὸς τὰς κακοπαθείας ἀλλοπρόσαλλος. Mendose quidem utique; sed ita, ut suspicari quis possit, intercidisse nonnulla verba, & ab ἀλλότριος, quod recte cum πρὸς τὰς κακοπαθείας construitur, oculis aberrasse librarium ad ἀλλοπρόσαλλος, cujus vocabuli vis & notio pariter in Prusiæ ingenium atque mores optime convenire videtur. Vers. 2.

Vers.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Σαρδαναπάλου cum Suida ſcripſimus. Vulgo Σαρδαναπάλλου erat editum. *Verſ.* 7. Τοιγαροῦν. Emendationem iſtam præivit Reiſkius. *Ibid.* ἀμετάκλητον ὁρμὴν &c. Rurſus citavit iſta verba Suidas in Ἀμετάκλητος.

Cap. III. ## CAPVT III.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Μασανάσσης &c. — „Ad locum de *Maſaniſſa* vide Diodorum Sic. ibid. [T. II. p. 523. Eclog. 3. ex lib. XXXII.] & Plutarchi Opuſc. p. 1417. qui locum hunc integriorem profert.“ REISKIVS. — Eſt *Maſiniſſæ encomium*, occaſione obitus hujus regis a Polybio, pro more celebratum. conf. verſ. 9. Plutarchi locus exſtat in libello, An Seni ſit gerenda Reſpublica, p. 791 ſq. ed. Wechelii, ubi etiam diſerte Polybium citat auctorem. Quod vero integriorem proferri a Plutarcho hunc Polybii locum Reiſkius ait, eatenus verum eſt, quod verba nonnulla Plutarchus habet, quæ prætermiſſa ſunt a compilatore eclogarum de Virtutibus & Vitiis: ceterum breviſſimus apud eumdem Plutarchum locus eſt, ſed librariorum culpa defectus, & ſubito abruptus. Exhibuimus eum hoc ipſo cap. verſ. 11. De argumento vero hujus eclogæ Polybianæ inprimis conſulendus Appianus in Punic. c. 105 ſq. Adde epitomen Livii lib. L.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἐγίγνετο δέ. ἐγένετο δὲ Suidas, apud quem exſtat tota hæc ecloga in Μασανάσσης. Particulam δὲ, quam agnoſcunt veteres Suidæ editiones cum codice Peireſciano, perperam apud Suidam omiſit Küſterus. *Ibid.* ὅτε μὲν στῆναι δέοι. In vulgatum ὅτε μεταστῆναι cum cod. Peireſc. conſentit Suidas. Reiſkius corrigendum cenſuit ὅτε μὴ μεταστῆναι; & particula δὲ poſt κωθεζόμενος, quam & Suidas ignorat, haud incommode abeſſe poſſe putavit.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Στέμβανον. — „*Methymnatum* appellat Valerius Maximus VIII. 13. ubi locum hunc pæne verbotenus vertit.“ REISKIVS. — *Ibid.* υἱοὺς πέτταρας. — „Tres tantum Maſiniſſæ filios in hiſtoriis patri ſuperſtites repe-

reperio, Micipſam, Guluſſam, Maſtanabalem: ſic enim apud Saluſtium in Iugurthino habent mssti codices, non Manaſtabalem; & Appianus in Libyco [Pun. c. 106 & 111.] Μαναστάβαν eum appellat: Zonaras Μαναστάμαν; ita enim edidit Wolfius, mendoſe, ut opinor, ob affinitatem inter μ & υ, quomodo in msstis codicibus τὸ βῆτα ſcribi ſolet. Invenio & Maſgabam & Miſagenem, Maſiniſſæ filios, apud Livium: ſed ii aut nothi fuere, aut certe ante patrem mortui. Mirum tamen, in Eclogis libri XXXII Diodori, παῖδες δέκα poni Maſiniſſæ ſuperſtites, in Eutropio quadraginta quatuor." VALESIVS. Verſ. 5.

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXXVIII.

Lib. XXXVIII.

RELIQVIAS.

CAPVT I.

Cap. I.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Παραγενομένων ἐπ Πελοπονν. &c. — „Hoc Fragmentum *ex Libro Polybii XXXVIII.* deſcriptum eſt, ut ad oram libri manuſcripti notatum animadvertimus.“ VRSINVS. — Confer quæ notavimus ad initium Libri XXXV. & ad XXXVI. 1, 1. *Ibid.* τῶν περὶ τὸν Αὐρήλιον πρεσβευτῶν. — „Eſt idem *Aurelius Oreſtes*, qui p. 1300. [XXXI. 12, 9.] una cum Cn. Octavio in Syriam miſſus eſſe dicitur. vid. Pauſan. [lib. VII. c. 14.] p. 556.“ REISKIVS.

Ibid. διασαφούντων τὰ συμβεβηκότα περὶ αὐτούς. — „Livius in epitoma libri LI. ita de hac re: *Belli Achaici ſemina reſeruntur hæc, quod legati populi Romani ab Achaicis pulſati ſunt.*“ VRSINVS. — Quod *pulſatos eſſe legatos* ſcribitur apud Livium, id eo pertinet quod mox Polybius ait, λεγόντων μετ' αὐξήσεως, *verbis rem auxiſſe legatos.* Non enim ipſi violati fuerant ab Achæis, ſed Lacedæmonii, qui in eorum diverſorium confugerant, ut docet Pauſanias loco modo citato; quo loco levem errorem, qui vulgo ibi orationem turbat, facile ſic corriget diligens lector: τοὺς δὲ αὐτῶν (ſcil. Λακεδαιμονίων) καὶ καταφυγεῖν ἐνθα Ὀρέστης ᾤκει φθάνοντας, ὅμως καὶ ἐντεῦθεν ἐβιάζοντο ἕλκειν.

Verſ.

Verſ. 2. ἐπὶ τῷ παραδειγματίζειν αὐτούς. — „τῷ eſt in texto editionis Plantinianæ. τὸ in Notis Vrſini. Poteſt utrumque defendi; ſed hoc malim.“ REISKIVS. — Si ἐπὶ τὸ prætuleris, quod & nobis ſatis placet, fuerit *comma delendum poſt* Ἀχαιῶν, ut cohæreant verba ὁρμητικότων ἐπὶ τὸ παραδειγματίζειν. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἡ σύγκλητος ἠγανάκτησεν. Tacite hoc correxit Caſaubonus. ἠγανάκτησαν Vrſin. in plurali numero, qui, quamquam quoad ſenſum referri ad nomen collectivum ἡ σύγκλητος poterat, tamen in tam arcta vicinia vix ferri potuiſſe videtur. Sed paulo poſt, nonnullis interjectis verbis, haud male apud eumdem Vrſinum πρεσβευτὰς κατεστήσαντο ſcribitur, quod teneri debuiſſe arbitramur, licet ἠγανάκτησεν in ſing. præceſſerit. Caſaubonus utrobique ſingularem numerum requiri putavit. Verſ. 3.

Ibid. τοῦ περὶ τὸν Ἰούλιον. — „Significatur *Sex. Iulius Cæſar*, qui cum eodem L. Aurelio Oreſte A. V. 596. [597] conſul fuit.“ REISKIVS. —

Verſ. 4. διεμπεσόντας. Cur in διεκπεσόντας mutatum hoc voluerit Reiſkius, nullam ſatis gravem cauſſam nos quidem perſpicimus. *Verſ.* 5. ἀπερεισαμένους correxit Vrſinus, cum mendoſe ἀπειρασαμένους daret mſtus liber. *Verſ.* 6. οὐ διασπᾶσαι βουλομένη. — „οὐ particula deeſt in exemplari, quæ tamen neceſſaria videtur.“ VRSINVS. — Invitis nobis διασπάσαι irrepſit, pro διασπᾶσαι. — *Verſ.* 7. καθ' ὑπόκρισιν τοὺς Ῥωμαίους. — „Videtur deeſſe τοῦτο ποιεῖν, vel tale aliquid.“ VRSINVS. — „ταῦτα ποιῆσαι, vel ſimile quid videtur deeſſe.“ REISKIVS. — „Forte ταῦθ' ὑποκρίναι τοὺς Ῥωμαίους, ſine defectu.“ GRONOVIVS. *Verſ.* 8. ἀνασοβῆσαι μὲν ἔκριναν correxit Caſaubonus. Corrupte ἀνασοβήσαντες ἔκριναν ex codice ſuo ediderat VRSINVS, interſerto aſteriſco, & adjecta adnotatione hujuſmodi: „Hic quoque videtur deeſſe verbum κατεπλήττειν, vel aliquid tale, quod ſenſum expleat.“ Verſ. 4 ſqq.

CAPVT II.

Cap. II. Verſ. 1. *Verſ.* 1. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σέξτον &c. Vide cap. præced. verſ. 3. Satis arcte hæc cum præcedentibus cohærere facile intelligitur. Sed compilator eclogarum ab iſtis verbis novam veluti Eclogam incipiens, uſitatam ſuam particulam Ὅτι præpoſuit. Quare duarum ſequentium vocum ordinem invertere coactus, ſic ſcripſit: Ὅτι δὲ οἱ περὶ τὸν Σέξτον. Nos, deleta, pro more noſtro, illa particula, nihil ad Polybium pertinente, naturalem verborum ſeriem, Οἱ δὲ περὶ τὸν, reſtituimus. *Ibid.* Θεαρίδαν. Sic rurſus infra verſ. 11. Conf. XXXII. 17, 1. Apud Pauſaniam vero p. 556. vulgo Θερίδαν edunt hujus hominis nomen. Monuit ad initium hujus capitis VRSINVS: „Totus hic locus, *de Achaici belli feminibus*, ex Polybio, ut opinor, a Pauſania ſumtus, peti poteſt ex libro rerum Achaicarum.“ — Totam rem a prima origine expoſuit prædictus ſcriptor lib. VII. c. 12 ſeqq.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. παραστησόμενοι καὶ διδάξοντες τὴν σύγκλητον ὑπὲρ τῶν εἰς τοὺς περὶ τὸν Αὐρ. γενομ. ἀσελγημάτων. — „Corrupte ἀλγημάτων in exemplari ſcriptum erat. ἀσελγήματα enim, hoc eſt, *piacula* commiſſa ab Achaicis ſunt, cum populi Romani legatos pulſarunt.“ VRSINVS. — Verbum παραστησόμενοι, ſi bene habet, & integra ſi eſt oratio, eamdem fere vim habere videtur ac διδάξοντες. Sicut παριστάναι τινὶ γνώμην aut παράληψιν, eſt *adferre alicui ſententiam* vel *notionem*, *adducere aliquem in alicujus rei notitiam*; & παρίσταταί μοι, ſcil. ἡ γνώμη, *hæc mihi ſtat opinio*, *ita ſentio:* (vide V. 65, 9. & Adnot. ad V. 9, 6.) ſic παρίσταθαί τινα (ſcil. πρὸς τὴν ἀληθῆ γνώμην vel διάληψιν) uſurpari potuit pro *in veram ſententiam adducere*, *edocere aliquem*, aut *in noſtram ſententiam perducere*, intelligendo πρὸς τὴν ἡμετέραν γνώμην.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. καὶ σχεδὸν οὐδὲ προσδεομένων δικαιολογίας. προσδεομένων ſua auctoritate Caſaubonus edidit. προσδεόμενον habet Vrſinus; unde malimus, καὶ τὸ περὶ τοὺς πρεσβευτὰς ἔγκλημα παρακεμπόντων, ὡς σχεδὸν (vel ὡς καὶ σχεδὸν)

σχεδὸν) οὐδὲ προσδεόμενον δικαιολογίας, ut προσδεόμενον referatur ad ἔγκλημα, & hæc ſit ſententia: *& crimen objectum de violatis legatis ſilentio prætereuntes, tamquam fere non indigens excuſatione.* Quæ ratio magis etiam convenire videtur cum vi & uſu verbi προσδεῖσθαι. Verſ. 5.

Verſ. 8. Οἱ δὲ περὶ τὸν Δίαιον καὶ Κριτόλαον. — „Ita legendum, cum ex Pauſania [loc. cit. p. 556 extr.] tum ex Livio, cujus verba ſunt hæc in epitoma libri LII. *Dux eorum Critolaus ſibi mortem conſcivit; in cujus locum Diæus, Achaici motus primus auctor, ab Achæis dux creatus*, &c. Oroſius lib. V. cap. 3. Polybii locum deſignat, cum inquit: *Valerius Antias in Achaia pugnatum, & viginti millia Achæorum cum duce ſuo Diæo, cecidiſſe confirmat. Polybius Achivus, quamvis tunc in Africa cum Scipione fuerit, tamen quia* &c.“ VRSINVS. — Nec Livii, nec Oroſii verba, ab Vrſino citata, in hoc tempus & ad hunc locum pertinent; niſi quatenus valebant ad corrigenda duorum virorum nomina, quæ in Vrſini codice corrupta fuiſſe videntur. Oroſii verba ſuo loco protulimus, in Spicilegio Reliquiarum ex Polybii libro XL. Tom. V. hujus edit. p. 50. Ad præſcripta verba, Οἱ δὲ περὶ τὸν Δίαιον, REISKII adnotatio hæc eſt: „Aut deeſt aliquid, aut expungendum eſt δὲ, & ſic diſtinguendum, διεφθαρμένου, οἱ περὶ τὸν Δίαιον.“ — Nempe, ut οἱ περὶ τὸν Δίαιον καὶ Κριτόλαον &c. ſint illud ipſum πλῆθος, quod paulo ante dixit. Quod ſi ita ſtatueris, poſſis οἱ δὴ περὶ τὸν Δίαιον &c. ſuſpicari. At non eſt veriſimile, *plebis* vel *multitudinis* nomine deſignare Polybium voluiſſe *Diæum* & *Critolaum*, qui ducebant quidem ſuis artibus multitudinem, ſed ipſi erant prætorii viri & principes per id tempus Achæorum. Quod ſi in fine verſus legeris καὶ λοιμῶν αὖτιοι τῷ ἔθνει, reſpondebit deinde nominativis illis, Οἱ δὲ περὶ τὸν Δίαιον καὶ Κριτόλαον, verbum ἐδέχοντο *verſ.* 9. & ſatis commode cohærebit oratio; licet ne ſic quidem difficultas omnis levata ſit. Lacunæ ſignum poſt λοιμῶν αὖτιοι inſeruit Caſaubonus. Ac ſane, niſi emendationem Verſ. 8.

Verſ. 8. iſtam noſtram probaveris, hiulca atque pendens manebit oratio, cui vel ſuſtentandæ vel explendæ non ſatis fuerit, ſi pro λοιμῶν εἵτιοι cum eodem Reiſkio legendum ſuſpicemur καὶ λοιμοὶ, καὶ πάντων τῶν κακῶν εἵτιοι, quamquam ceteroquin per ſe non diſplicet hæc conjectura.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. καθάπερ ἐν παροιμίᾳ ἐστίν. VRSINVS in Notis, poſtquam verba iſta ex msto codice ſic citavit, καθάπερ ἐν παροιμίᾳ ἔφη, — „Locus, inquit, ut videtur, mendoſus, poteſt corrigi, ſi ita legatur, καθάπερ ἡ παροιμία ἔφη." — Eaque conjectura & in Vrſini contextum recepta eſt, & a poſterioribus editoribus ſervata. Sed eamdem improbans REISKIVS quærit: „Cur ἔφη, & non potius φησὶ? Videtur (inquit) ita legendum eſſe, καθάπερ ἐν παροιμίᾳ ἐφυμνοῦμεν, τὰ διδόμενα &c." — Nobis ſimpliciori ratione res confici poſſe viſa eſt, ſcribendo καθάπερ ἐν παροιμίᾳ ἐστί. Eodem prorſus modo latine dicere conſuevimus, *ut eſt in proverbio.*

Ibid. οὐ μόνον τὰ διδόμενα τῇ δεξιᾷ παρὰ Ῥωμαίων ἐδέχοντο τῇ λαιᾷ χειρί. In Vrſini codice τῇ δὲ μιᾷ χειρὶ erat; quod & ille in contextu ſic edidit, ſed ad oram, pro μιᾷ, λαιᾷ adſcripſit, & in Notis ſic utique corrigendum monuit; paulo vero ante, pro μόνον, ad marginem μέντοι poſuit; denique verbum ἐδέχοντο ad præcedentia verba retulit, οὐ - - τῇ δεξιᾷ παρὰ Ῥωμαίων ἐδέχοντο, & interpoſito commate a ſequentibus ſeparavit. In totum autem locum ſic commentatus eſt idem VRSINVS: „Proverbium extat apud Ciceronem in Epiſt. 5. lib. VI. & in Epiſt. 17. lib. XV. ad Atticum, ſed mutilum & mancum. Omnino apud Polybium adverbium μόνον expungendum ſuſpicor, & pro eo μὲν, facili lapſu in μένον a librario mutatum, reponendum; quod ſequenti adverbio δὲ reſpondeat; ut proverbii ſententia ſit: *dextra manu ſolere accipi, quæ dentur ſine fuco & fallaciis; læva, quæ contra.* Achæos igitur, quibus perſuaſum eſſet, Romanos non vere & ex animo, ſed metu Carthaginienſis belli, quod imminebat, & Hiſpanienſis, quod nondum confectum erat, ſimulate ſecum

secum agere, accepisse quæ dabantur, non dextra, ut dicitur, manu, sed sinistra; in quo falsam eos de Romanis opinionem habuisse queritur Polybius, cum inquit *καθόλου δὲ συλλήβδην* &c." — CASAVBONVS, *λαιᾷ* in contextum recipiens, *οὐ μόνον* tenuit, ad quod refertur deinde *καθόλου δὲ*, sed particulam *δὲ* ante *λαιᾷ* delevit; insigni cum veri specie, immo certa ratione, ut nobis videtur, integritati suæ restituens locum. Quo fit, ut proverbium tale sit, *τὰ διδόμενα τῇ δεξιᾷ παρά τινος, τῇ λαιᾷ χειρὶ δέχεσθαι, quæ ab aliquo dantur dextra manu, sinistra accipere;* id est, *quæ ingenuo animo & bona fide offeruntur danturque, ea non eodem animo accipere*, sed *suspecta habere*, ac nonnisi *cunctanter & nulla cum gratia accipere.* Sic *τῇ λαιᾷ δέχεσθαι* poterit vel ita dictum videri, ut latine dicimus *in sinistram partem accipere;* vel ita, ut, quemadmodum, qui eximia cum lætitia atque gratia accipit oblatum, *ambabus manibus* illud *accipere* dicitur, sic, qui libenter & cum gratia accipit, *dextra manu accipere;* qui vero suspectum habet oblatum, adeoque cunctanter, invitus, & nulla cum gratia id accipit, is *læva manu accipere* dicatur. Ceterum, idem proverbium in animo habuisse Ciceronem eis in locis, quæ sunt ab Vrsino citata, ubi nonnisi hæc verba leguntur, *τὰ μὲν διδόμενα*; id quidem, in brevitate illa & obscuritate styli, quo de industria ibi usus Tullius est, veremur ne non certo confirmari possit. De græca vero apud Polybium scriptura possit etiamnum dubitatio cuipiam oboriri, satisne caussæ Casaubonus habuerit, quod Vrsini conjecturam *λαιᾷ*, pro *μιᾷ*, recta in contextum adoptavit; quandoquidem *τῇ μιᾷ* idem valeat ac *τῇ ἑτέρᾳ*, adeoque, quoniam opponitur *τῇ δεξιᾷ*, nil differat a *τῇ λαιᾷ*. At, qui consideraverit, quam facile vocem ΛΑΙΑι cum ΜΙΑι commutare potuerit librarius, is lubens in recepta emendatione, quæ & reliqua commoditate commendatur, adquiescet. Verf. 9.

Vers. 9. *Ibid.* παρέπαιον perspecte correxit Casaubonus. παραπαῖον Vrsinus, cum in contextu, tum in notis; corrupte haud dubie.

Vers. 11. *Vers.* 11. ἵνα γένηταί τις. — „Ante ἵνα deesse videtur ἐπιμελήσεσθαι, aut προνοηθήσεσθαι, aut simile quid." REISKIVS. — *Ibid.* — „περὶ videtur delendum, & post πολέμου nil deesse." IDEM.

Vers. 13. *Vers.* 13. διὰ ἀπειρίαν. Oportebat, opinamur, διὰ τὴν ἀπειρίαν.

Cap. III. CAPVT III.

Vers. 2. *Vers.* 2. πρὸς τοὺς Ἀχαιούς. — „In exemplari erat Καρχηδονίους, pro τοὺς Ἀχαιοὺς, corrupte prorsus. Quis enim hic Carthaginiensibus est locus?" VRSINVS. *Ibid.* καὶ τὴν κατὰ τὸν πόλεμον ἐποχήν. — „Post κατὰ τὸν πόλεμον excidit vocab. ἐποχὴν ex omnibus editionibus, e Notis Fulvii Vrsini restituendum." REISKIVS. — Scilicet verba ista in Notis sic citans Vrsinus, ut nos edidimus, καὶ τὴν κατὰ τὸν πόλεμον ἐποχὴν, de vocabulo ἐποχὴν nihil prorsus monuit, sed „Copula καὶ, ait, deerat in exemplari post vocem δικαιοδοσίαν." Ex quo adparet, particulam καὶ ex editoris emendatione in contextu esse adjectam, vocem ἐποχὴν vero typographi errore omissam. Quem errorem mireris non observatum a Casaubono, cujus versio latina hujus loci sic habet: *ut pactum aliquod cum Achæis inirent super satisfactione, tum pro ceteris injuriis, tum pro iis quas bello acceperant.* Oportuerat sic saltem in græco καὶ τῶν κατὰ τὸν πολ. pro καὶ τήν. De re, quæ hic agitur, conferre Vrsinus jussit Pausaniæ verba, (loc. cit. p. 556 sq.) quæ sic habent: καὶ (ἔτυχον γὰρ τότε ἤδη οἱ παρὰ Ῥωμαίων ἥκοντες τὰ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀχαιῶν δικάσαι) ἀφίκετο μὲν ἐν Τεγέᾳ τῇ Ἀρκάδων τοῖς ἀνδράσιν ἐς λόγους ὁ Κριτόλαος &c. Vbi bene Vrsinus ἔτυχον γὰρ τότε legit, pro ἔτυχον γάρ ποτε, quod Kuhnii quidem habet editio. *Ibid.* ἐπισκεψομένους correxit Casaub. ἐπισκεψαμένους Vrsinus.

Vers.

Verſ. 3. ἔπριναν, πλείστους μὲν ἄλλους. ἔπριναν τοὺς μὲν ἄλλους corrigere juſſit Reiſkius. Potueras & πλείστους μὲν τοὺς ἄλλους ſuſpicari. De re ſic Pauſanias, citante Vrſino: ἰδίᾳ δὲ τοῖς συνέδροις ἐπέστελλεν ἐς τὰς πόλεις ἀπολείπεσθαι σφᾶς τοῦ συλλόγου &c. Verſ. 3.

Verſ. 5. ἐπανοίσειν δὲ τοῖς Ἀχαιοῖς εἰς τὴν ἐξῆς, ἔφη, σύνοδον, ἥτις ἔμελλε γενέσθαι μετὰ μῆνας ἕξ. — „Ita hunc locum emendavimus ex Pauſania, cum in exemplari corrupte prorſus ſcriptum eſſet, ἐφ' ᾗ σύνοδον αὐτῇ γενέσθαι &c. Pauſaniæ verba ſunt hæc: ὃς ἄλλην ἐκέλευεν ἀναμένειν αὐτοὺς Ἀχαιῶν σύνοδον, ἐς μῆνα ἐσομένην ἕκτον· αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἰδίᾳ διαλέξασθαι σφίσιν ἄνευ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔφασκε. Καὶ οἱ μὲν ἐπεὶ ἀπατώμενοι συνῆκαν, ἀπηλλάσσοντο ἐς Ῥώμην, Κριτόλαος δὲ &c.“ VRSINVS. Verſ. 5.

Verſ. 7. καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῇ Τεγέᾳ. — „Aut verba καὶ πρὸς delenda ſunt, aut legendum πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους παρὰ τῶν ἐν τῇ Τεγέᾳ, ſcilicet παραγενομένων παρὰ τῶν Ἀχαιῶν καὶ Ῥωμαίων.“ REISKIVS. — At, licet ceteri Achæorum legati abfuiſſent, quos exſpectaverant legati Romani, tamen conſentaneum eſt, alios ex Achæis, præter Critolaum, colloquio illi interfuiſſe. Verſ. 7.

Verſ. 10. τοὺς ἀπαγομένους εἰς φυλακὴν πρὸς τὰ χρέα. Vide Adnot. ad V. 27, 4. *Ibid.* καὶ τοὺς ἐράνους ἐπιμόνους ποιεῖν. Conjunctionem καὶ, quam ignorat Vrſinus, ſua auctoritate Caſaubonus adjecit. Poterat pariter τοὺς δ' ἐράνους, vel τούς τε ἐράνους ſcribere. Poterat etiam prorſus omittere copulam, quandoquidem haud raro aſyndeto utitur Polybius. Græca verba his latinis expreſſit doctus interpres, *debitorum ſolutione dilata;* quam & nos verſionem tenuimus, cum certior ratio non eſſet in promtu. Eodem modo Erneſtus in Lexic. Polyb. ἐράνους ἐπιμόνους ποιεῖν interpretatus eſt *debitorum ſolutionem differre*, ſcil. *neceſſitatem ſolvendi.* De uſu vocabuli ἔρανος conferenda inprimis loca e Demoſthene a Reiſkio noſtro in Indice græcitatis Demoſthenicæ congeſta. Eſt ſcilicet ἔρανος *pecunia abſque fœnore mutuo data pauperibus & ob-* Verſ. 10.

æratis e fisco ex collationibus ditiorum congesto. Quare ἐπιμόνους ποιεῖν τοὺς ἐράνους est *prorogare usum gratuitum illius pecuniæ, & repetitionem ejus differre.*

Vers. 11. *Vers.* 11. παρ' αὐτά. — Ad vulgatam scripturam παρ' αὐτοῦ sic monuerat REISKIVS: „Imo vero παρ' αὐτά, vel παραυτὰ uno vocabulo, *confestim.*"

Cap. IV. CAPVT IV.

Vers. 1. *Vers.* 1. Ὁ δὲ Κόϊντος ὁ Καικίλιος ἐν τῇ Μακεδονίᾳ τάδε πυνθανόμενος, καὶ τὴν ἐν Πελοποννήσῳ &c. — „Ita legendum; & videndus Livius in epitoma lib. LII." VRSINVS. — Nil huc facit epitoma Livii lib. LII. nisi quod *Cæcilii Metelli* nomen ibi occurrit, quod corrupte videtur scriptum fuisse in Vrsini codice. Cæcilius Metellus per id tempus bellum in Macedonia victo Andrisco composuit, de quo Livius lib. L. egit. Vox τάδε, in contextu Vrsini, errore typographi, ut videtur, prætermissa, ex Notis Vrsini in contextum recepta a Casaubono est.

Ibid. καὶ τὸν νεώτερον * * . — „καὶ τὸν νεώτερον Σκιπίωνα Ἀφρικανόν. Ita emendavimus ex corruptis verbis ἀλίωνα μεῖνον, quæ sunt in exemplari; in quo ταραχὰς, pro πρεσβευτὰς, scriptum erat paulo supra." VRSINVS. — „Dubito de *Scipione Africano.* Nomen hoc non fuit in codice Vrsini, cujus ea conjectura est. In msto fuit αλιωνα μαινον. Quidquid in illa lectione latet, Scipio Africanus tum in Græcia non erat, sed in Celtiberis." REISKIVS. — Non quidem in Celtiberis, ut Reiskius ait, at sane non in Græcia, sed vel in Africa tunc versabatur Scipio, bello Punico intentus, vel Romæ, ubi, ædilitatem petens, Consul est a populo creatus, & ad conficiendum bellum Punicum missus. Vide XXXVII. 3. XXXIX. 2 sq. & Appianum in Punicis. Quare utique alienum prorsus videri debet illud Vrsini inventum, precario prorsus sumtum, & mirum quantum a codicis scriptura discedens, de *Scipione Africano*, Metelli legato, Macedoniæ proprætoris: quamquam & Casaubonus cum in græcis, tum in latina

tina verſione, Vrſinum eſt ſecutus; & doctus editor Hiſtoriæ Vniverſalis ex Anglico ſermone in Germanicum converſæ, Sigiſm. Iacob. Baumgarten Tom. V. Adnotat. 104. ſpeciem aliquam veri, ſed admodum illam debilem, & temporum rationi repugnantem, conciliare eidem conjecturæ ſtuduit. (Conſer Valeſii Adnot. ad Polyb. XL. 10, 2. & Teſtimonia Veterum de Vita Polybii, a nobis collecta, Tom. V. hujus edit. pag. 11. num. VI. 3. & p. 12. num. VII. 2.) Iam Freinſhemii ratio, qui in Livii Supplementis lib. LI. cap. 60 & 65. (conf. Polyb. hoc libro cap. 5, 9.) pro *Scipione Africano*, Vrſini auctoritate invecto, *Aelium Lamiam juniorem* nominat; aliquantulo quidem propius abit illa a veſtigiis manuſcripti codicis; ſed ceteroquin nihil habet, quo commendetur. Neque enim uſquam alibi in horum temporum hiſtoria *Aelii* alicujus *Lamiæ*, nedum duorum mentio occurrit, quorum alter *major*, *minor* alter fuiſſet appellatus; & omnino docuit Pighius in Annalib. Roman. T. III. p. 104. ante annum fere ab V. C. 535. *Lamiarum* cognomen atque familiam in *Aelia* gente nuſquam memorari. Quare quidnam ſani lateat ſub illo monſtro, ex inſcitia & ſocordia librariorum prognato, adhuc diſceptandum viris doctis relinquitur. Nobis quidem, ſtudioſe omnia diſpicientibus, nihil non modo certum, ſed ne probabile quidem occurrit: ac veremur, ne deſperandum ſit de medicina fœdo ulceri invenienda, niſi ex meliore codice, ſi quis alicubi ad hunc diem ſupereſt, lux aliqua adfulſerit. Verſ. 1.

Verſ. 2. λόγους παραπλησίους τοῖς τῶν περὶ τὸν Σέξτον. Verſ. 2.
Sic in contextu Vrſini eſt editum, idque tenuere poſteriores editores. In Notis vero locum iſtum ita citat VRSINVS, quaſi editum eſſet τοῖς παρὰ τοῦ Σέξτου, monetque: „Ita legendum; vel, ſi τὸν Σέξτον retineamus, quod eſt in exemplari, τοῖς τῶν περὶ τὸν Σέξτον legendum erit.“ — Si τῶν, ut videtur, non fuit in exemplari; poſſis, omiſſo illo articulo ſic legere, παραπλησίως τοῖς περὶ τὸν Σέξτον; quæ nobis veriſſima lectio videtur. Terminationes

Verſ. 2. nes ως & ους ſæpe a librariis, ſæpe etiam ab editoribus, ad ſcripturæ compendia non ſatis advertentibus animum, inter ſe commutatas vidimus. Accedit, quod ipſe Vrſinus h. l. ſibi non conſtat in ejuſdem vocis terminatione: in contextu παραπλησίους ſcripſit, in Notis παραπλησίοις.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐργαστηριακῶν. Poteſt quidem haud illegitime formatum videri vocabulum ἐργαστηριακὸς ab ὁ ἐργαστὴρ, *operarius*, vel τὸ ἐργαστήριον, *officina*. Sed inuſitatum ceteroquin eſt. ἐργαστικοὺς dicit Noſter X. 16, 1. *Ibid.* καὶ πᾶσαι μὲν ἐκόρυζον αἱ πόλεις. — „ἐκορύζων. a verbo κορυζᾶν, quod eſt, *temere, ſine cauſa, ruſticorum more, ſtolide ſuperbire, ferocire, inſoleſcere*. Deinde malim πᾶσαι μὲν οὖν aut καὶ πᾶσαι μὲν ἐκορύζων.“ REISKIVS. — Commodius fortaſſe fuerit πᾶσαι μὲν γάρ. Scriptura vero ἐκόρυζον ne præciſe damnetur, vetat (quemadmodum ad Luciani Dialogos Select. p. 27 ſq. monuit Hemſterhuſius) illud Heſychii Κορύζει· μωραίνει. & Κορύζων· μεμωραμμένος. cum quo conſentit Suidæ vetus editio Mediolanenſis, quæ ſic habet: Κόρυζα· καὶ κορύζων, μεμωραμένος ἢ μυξάζων. καὶ κορυζῶντα. Pro quibus in Küſteri quidem editione nihil aliud legitur, niſi Κόρυζα· καὶ κωρυζῶν, μεμωραμμένος, ἢ μυξάζων. De notione verbo iſti ſubjecta copioſe diſſeruit Hemſterhuſ. l. c.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ὑποθέσεως ἐπειλημμένος. Poſterius verbum correxit Erneſtus, monitus a Reiſkio, cum mendoſe ἐπιλημμένος ante eſſet editum. ὑπόθεσιν Caſaubonus *occaſionem* eſt interpretatus; non male: commode vero REISKIVS adnotavit: „ὑπόθεσις eſt *argumentum fabulæ* agendæ ab hiſtrionibus: recte ergo de *theatro* ſubjicit.“

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Φάσκων, βούλεσθαι μὲν Ῥωμαίους φίλους ὑπάρχειν, δεσπότας δ' οὐκ ἂν εὐδοκῆσαι κτησάμενος. Tenuimus id quod inde ab Vrſino editum invenimus. Eſt autem ad illa verba, hæc VRSINI adnotatio: „In exemplari erat Ῥωμαίων. Omnino aliquid mendi hæret huic loco; &, pro κτησάμενος, κτησαμένους fortaſſe legendum.“ — Perſpecte vero REISKIVS: „Ῥωμαίους, ait, eſt

eſt ab Vrſino, cujus in codice fuit Ῥωμαίων, recte. Lege ergo *βούλεσθαι μὲν Ῥωμαίων φίλος ὑπάρχειν.* Ita legendum eſſe, *φίλος*, non *φίλους*, patet ex inſequente *ητησάμενος.*" — Vellemus viro docto obtemperaſſemus: *velle ſe*, ait Critolaus, *amicus Romanorum, dominos nolle habere.* Verſ. 8.

Verſ. 9. Καθόλου δὲ παρῄνει. — „καθόλου δ' ἐπαρῴνει λέγων." REISKIVS. — Specioſa utique, & tam docta, quam ſagax emendatio. Nam & nimis debile h. l. verbum *παρῄνει* videri debet, & per ſe ſolum in iſta connexione vix ſtare poteſt. Percommoda vero *ἐπαρῴνει* de iſto homine dixerit Polybius, id eſt, *bacchatus eſt;* veluti *temulentus, proterva, injurioſa, contumelioſa verba jactavit.* Cum aliis ſcriptoribus, tum Demoſtheni & Plutarcho frequentatum iſta notione verbum. Recte vero *ἐπαρῴνει* attica forma, cum duplici augmento, Reiſkius ſcripſit; non *παρῴνει*, quemadmodum in ſcholio noſtro ſub contextu expreſſum eſt. Quodſi *παρῄνει* ſcripſit Polybius, non dubitamus verba nonnulla hic intercidiſſe. Verſ. 9.

Ibid. ἐὰν δ' ἀνδρόγυνοι. Particulam adverſativam ſua auctoritate adjecit Caſaubonus, cum abeſſet ab Vrſini editione, ac fortaſſe non magnopere deſideraretur.

Verſ. 10. πολλὰ δή τινα πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἐμπορεύων καὶ μεθοδευόμενος. — „Forte *ἐμπειρεύων*, ſimili traducto a medicis, quorum alii erant empirici, alii methodici. Sententia hæc eſt: prolatis argumentis diverſi generis, quorum alia ex uſu vitæ (*τῇ ἐμπειρίᾳ*) petita, alia ex arte topica vel logica, ſubtiliter excogitata, *ἐκ τῆς μεθόδου* vel *τέχνης*, ſcil. *ῥητορικῆς*, quæ inprimis ſic nude ſolebat *τέχνη* appellari." REISKIVS. — At hæc quidem interpretatio nimis frigida: ut taceamus, nuſquam in græco ſermone verbum *ἐμπειρεύειν* inveniri. Neque vero omnino cauſſa ſubeſt ſatis idonea, cur vulgata ſcriptura ſolicitetur. Licet enim ipſum etiam verbum *ἐμπορεύειν* activa iſta forma vix uſquam alibi occurrat; nihil tamen impedit, quo minus credamus, dictionem hanc *πολλά* Verſ. 10.

τινα

Verſ. 10. τινα ἐμπορεύειν uſurpaſſe Polybium tali quadam notione, *multa proprii lucri cauſſa jactare*, ut interpretatus eſt Caſaubonus, vel *multa fraudulenter dicere ad conſequendum propoſitum*, ut Erneſtus: nempe ut *mercatores* ſolent, qui, merces ſuas venum exponentes, multis & fraudulentis verbis eas commendant, aut qui, e peregrinationibus domum redeuntes, multa vana gloriantur, multaque mendacia effutiunt. Quam in ſententiam in paſſiva ſive media forma accipitur idem verbum in II. Epiſt. Petri Apoſtoli, cap. 2, 3. πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται, *fictitiis verbis vos decipient.* Eodem pertinent ἐμπορικὰ διηγήματα apud Polybium noſtrum IV. 39, 11.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τῶν πολιτευμάτων. πολιτευομένων ſi ſervatum cupis, intelliges eos *qui rebuſpublicis præſunt.* Sed magis placet πολιτευμάτων, cum quo & convenit ἐνία, quod erat in codice.

Cap. V. ## CAPVT V.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. περισπασάμενος τοὺς στρατιώτας. — „περισπασάμενος bene habet: *cum juſſiſſet milites*, quorum manu ſeptus erat, *a ſe diſcedere*, ut, quicunque vellet, ad ſe libere accedere poſſet: aut, *cum ſubito, violenter, diſjeciſſet, diſtraxiſſet globum militum*, qui prætorem verba facientem honoris & præſidii ergo circumſtabant, & ex eo repente velut furioſus prorupiſſet, exſiliiſſet. Caſaubonus ita vertit, ac ſi περιστησάμενος legiſſet, cui non aſſentior.“ REISKIVS. — Nempe Caſaub. interpretatus erat, *manu militari ſuccinctus*, cui adſenſus eſt Erneſtus in Lexic. Polyb. & in eamdem ſententiam Freinſhem. in Supplem. Livii lib. LI. c. 64. *armatis advocatis.* Sed *avocare, abſtrahere, nudare*, non *advocare, adſciſcere*, ſignificat verbum περισπᾶν: itaque περισπᾶσθαι eſt *a ſe avocare, a ſe abſtrahere, ſeſe nudare.* Quare Reiſkii interpretationem illam probavimus, quam priori loco poſuit, quam & res ipſa requirere videbatur. Poſterior Reiſkii ratio non

non convenit, quoniam prætor eo tempore ipse erat Critolaus, ut docet Pausanias p. 536 sq. Conf. ad vers. 7.

Vers. 3. συνεργοῦντας τοῖς ἐχθροῖς. — „Ita videtur legendum ex emendatione ad oram exemplaris notata, cum in contextu τοῖς αὐτοῖς scriptum sit." VRSINVS. — Ad quæ REISKIVS, non satis quidem adcurate: „τοῖς ἐχθροῖς, inquit, est ab Vrsino, cujus in codice fuit τοῖς αὐτοῖς, quod rectum est, si articulus omittitur." Vers. 3.

Vers. 4. Αἰγιέα correxit Vrsinus, cum Αἰγέα esset in exemplari. *Ibid.* τὸν Τριτταιέα Στρατήγιον. Et hæc scriptura Vrsino debetur, cujus codex habebat τὸν τριτᾶιον στρατήγιον, ad quæ verba monuit VRSINVS: „Opinor legendum τὸν Τριταιέα Στρατήγιον. Τριτᾶια enim πόλις Ἀχαΐας Stephano, a qua ὁ πολίτης Τριταιεύς." — Sæpius illud gentile cum apud Polybium, tum apud alios scriptores occurrit, ubi recte per simplex τ in medio scribitur, quemadmodum in Notis h. l. etiam scripsit Vrsinus: eademque ratione in contextu correctum velimus, Τριταιέα. Pariter tamen XXVIII. 6, 2. Τριτταιεὺς duplici ττ, sed nonnisi ex uno Vrsini codice, (si modo in codice ita fuit) editum est. Quem vero Στρατήγιον hic nominavit Vrsini codex, idem utique videtur esse, qui aliâs cum in eisdem his Eclogis de Legationibus, tum in illis de Virtutibus & Vitiis Στράτιος nominatur, Tritæensis, unus ex principibus Achæorum Romam evocatis, cum quibus ad extremum senex in patriam est reversus. vide XXVIII. 6, 2 & 6. XXXII. 7, 14. XL. 4, 4. Vers. 4.

Ibid. τοῖς περὶ τὸν Γναῖον. — „*Cnæus* ille est Papirius, de quo p. 1356 & 1359." REISKIVS. — Vide cap. 4, 1. & c. 5, 9.

Vers. 6. ἀνηγγελκέναι δὲ ὁρκιζόμενος μηδέν. Casaubonus: *sed renunciasse quicquam jurejurando negante.* Quæ si esset sententia, debebat (ut recte Reiskius monuit) Polybius Vers. 6.

Verſ. 6. lybius dicere, ἀνηγγελκέναι δ' ὀμνύντος vel ὀμνύοντος μὴ ὀέν. Quod vero ſuſpectum idcirco verbum ὁρκιζόμενος habuerit idem Reiſkius, nulla idonea cauſſa fuit. Plana & commoda eſt ſententia: *dicente Stratio, ſe, juratus cum eſſet, nihil Romanis renunciaſſe.*

Verſ. 7. *Verſ.* 7. προσεμέτρησεν correxit Caſaub. προσεμέτρισεν Vrſin. mendoſe. *Ibid.* ὥστε κυρίους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, οὓς ἂν ἐπὶ στρατηρίᾳ αἱρήσωνται. — „Forte ὥστε πάντων κυρίους εἶναι τοὺς ἀνθρ. οὓς ἂν ἐπὶ στρατηγίᾳ αἱρήσ. *omnium rerum arbitros & dominos in hoc bello fore, quicunque ejus eſſent imperatores deligendi:* aut, *imperatores hujus belli futuros, quicunque illi deligerentur, habituros ſummam rerum omnium poteſtatem, neque neceſſe ipſis fore, ut ulla de re ad ſenatum & populum Achaicum referrent.*“ REISKIVS. — Nobis ſatis eſſe viſum erat, ſi ad κυρίους intelligeremus, ex præcedentibus, verba τοῦ πολέμου, *dominos belli futuros*, id eſt, *ſupremam poteſtatem belli pro ſuo arbitrio adminiſtrandi habituros.* Illam vero ejuſdem viri emendationem, ἐπὶ στρατηγίᾳ, pro ἐπὶ στρατοπεδείᾳ, tam neceſſariam, quam perſpicacem, judicavimus; ſed nimirum ea ſententia, quam in verſione expreſſimus, quæ & planiſſima & unice vera nobis viſa eſt, ut quæ ſola convenit cum eo quod ſequitur, δι' ἃ τρόπον τινα &c. Scilicet: *decretum confici curavit, ut belli ejus ſupremam & abſolutam poteſtatem haberent ii viri, quoſcunque ad præturam elegiſſent. Quare* (quoniam nunc ipſe Critolaus prætor erat, ut monitum eſt ad verſ. 1.) *per id decretum monarchicam aliquam poteſtatem* (in reliquum ſuæ præturæ tempus) *nactus eſt.* Caſaubonus, quum intelligeret, in vulgata ſcriptura οὓς ἂν ἐπὶ στρατοπεδείᾳ αἱρήσονται non ineſſe eam ſententiam, quam in verſione expreſſit, aſteriſcum ante verba οὓς ἂν poſuit. Gronovius in ora ſui exempli, pro οὓς ἂν, forte ὧν ἂν legendum adnotavit. Sed, ne id quidem ſatis eſſe, facile adparet. Cæterum ipſa Caſauboni ſententia, ſi quid videmus, a

mente

mente Polybii, quæ ex reliqua orationis connexione ſatis intelligitur, prorſus aliena eſt.

Verſ. 8. πραγματοποπεῖν. — „Ita legendum, cum in exemplari corruptum ſit hoc verbum.“ VRSINVS. Verſ. 8.

Verſ. 9. ὁ δ' Αὖλος εἰς Ναύπακτον. Caſaubonus, Vrſini lectionem, ὁ δ' ἄλλος, expreſſit: *alius Naupactum abiit.* Perſpecte vero REISKIVS: „Immo vero Αὖλος, inquit. Quis enim dicit ὁ δὲ ἄλλος? Dici ſolet ἄλλος δὲ ſine ὁ. Et quam hoc infinitum, ὁ ἄλλος? Significatur *Aulus Gabinius.* vid. p. 1356.“ — Nempe cap. 4, 1. Mendum ineſſe vulgatæ ſcripturæ jam olim intelligens Freinſhemius in Supplem. Liv. LI. 65. Αἴλιον legendum cenſuit, eumdem *Aelium Lamiam* dicens, quem ſupra cap. 4, 1. nominatum a Polybio ſtatuerat. Verſ. 9.

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

L. XXXIX.

LIBRI XXXIX.

RELIQVIAS.

Confer Adnotata ad initium Libri XXXV.

Cap. I.

CAPVT I.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἀσδρούβας ὁ στρατηγὸς Καρχηδονίων. De hoc homine conſulendus omnino Appianus in Punicis, eis locis quæ ſunt a nobis in Indice rerum apud Appianum occurrentium indicata, ad vocem Aſdrubal Boëtharchus. *Deſcriptionem* hanc *ingenii morumque Aſdrubalis* ſubjeciſſe Polybius videtur narrationi fœdi finis, quem fecit ſuæ jactantiæ ac feritatis vaniſſimus idemque nequiſſimus homo; quæ res tangitur in brevi illo fragmento, quod infra poſuimus, cap. 3, 1. & uberius exponitur ab Appiano Punicorum cap. 130 ſeq. Partem hujus eclogæ habet Suidas in Ἀσδρούβας, a verſ. 1-5. tum cap. 2, 7 & 10.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Γολοσσῆ. *Guluſſæ*, Maſiniſſæ filio, qui cum auxiliis aderat Romanis. vide Appian. c. 106 ſq. & 111. *Ibid.* πορφυρίδα θαλαττίαν. Valeſius, *chlamydem ex purpura Tyria:* ad quæ verba SALMASIVS in ora ſui libri notavit: „*non eſt purpura Tyria, ſed marina.*“ Contra REISKIVS θαλαττίαν, *cæruleam, violaceam*, interpretatur, qualis eſt color undarum maris e longinquo ſpectati.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἀφελῶς ἔχων Νομαδικῷ τινι τρόπῳ. Valeſius: *ut erat ſimplici ingenio, more gentis Numidarum;* veremur, ne non ſatis adcurate. Reſcribe, *ſimplici cultu, Numidarum*

midarum more. Non enim de ingenio nunc agitur, ſed de exteriore cultu habituque. Haſdrubal purpurea chlamyde indutus, & lorica reliquiſque armis tectus progreſſus eſt: Guluſſa, ſimplici cultu, & vel ſine armis vel leviſſime armatus. Verſ. 4.

Ibid. ἤρετο ex Suida recepimus. Minus recte vulgo εἴρετο.

Verſ. 5. οὐκ ἂν ἄρ', ἔφησεν ὁ Γολοσσῆς, ἔδωκας σαυτὸν εἰς τὴν πόλιν, μηδεμίαν ἔχων ἀνάγκην. — „Haſdrubal enim prius militaribus copiis extra urbem profectus fuerat, cum alter Haſdrubal, Guluſſæ conſobrinus, [immo, Guluſſæ ex ſorore, Maſiniſſæ ex filia nepos, Appian. Punic. c. 93 & 111.] urbanis copiis præeſſet. Poſtea prior Haſdrubal cum in prælio adverſus Manilium ſuperior fuiſſet, victoria elatus, etiam urbanum exercitum ſibi adjungere conatus eſt. Itaque urbem ingreſſus, alterum Hannibalem calumniari cœpit, quo abdicato ipſe univerſis copiis ſolus præfuit. Eſt autem hujus loci ſenſus ambiguus. Dubium eſt enim, an id velit dicere Guluſſa, *ſi Romanos metuiſſes*, an illud potius, *niſi Romanos metuiſſes.*" VALESIVS. — In verſione idem Valeſius ſic poſuit: *ſi ita eſſet, inquit Guluſſa, numquam te in urbem incluſiſſes, nulla præſertim neceſſitate impulſus.* — REISKIVS: „Videtur hæc, ait, ſententia eſſe: *ſi tu vere, quod ais, timeres Romanos, nunquam te urbe concluſiſſes, quam certo noſti ab iis brevi poſt capiendam.*" — Nobis vero græca iterum relegentibus, hæc videtur haud dubia ſententia: Aſdrubal cum, *Romanos ſe metuere*, dixiſſet; reſpondit Guluſſa: *ſane non in urbem te conjeciſſes, niſi neceſſitas te eo compuliſſet.* Id eſt: hoc quidem recte ais, & id tibi facile credo, rectèque etiam facis, quod Romanos metuis: ſane, ſi illi tibi non metuendi eſſent, ſi tu neceſſitate non fuiſſes coactus, non relictis caſtris, quæ extra urbem erant, in urbem te conjeciſſes, & muris te incluſiſſes. At nimirum nunc quidem in hoc congreſſu non eſt, cur Romanos timeas, & idcirco armatus & foſſa valloque Verſ. 5.

munitus mecum colloqui velis, cum ego solus & nudus prodeam, neque Romanis militibus sim cinctus.

Vers. 6. *Vers.* 6. πᾶν ἀναδέχεσθαι, διότι ποιήσομεν τὸ προσταττόμενον. *omnia recipere*, id est, quæcunque proponatur conditio, spondere ac polliceri pro nobis, *imperata nos facturos*. De phrasi πᾶν ἀναδέχεσθαι diximus ad XIII. 5, 3. sed veremur, ne hoc loco non satis integra vel emendata sit oratio.

Ibid. μόνον ἀπόσχεσθε. Sic esse in codice monuit Valesius in ora. Hinc REISKIVS: „Nil erat causæ, ait, cur ἀπόσχεσθε mutaretur. Alloquitur Asdrubal Gulussam, &, *Vos*, ait, *Numidæ atque Romani, qui estis amici & socii, & causam communem contra nos geritis, abstinete vos ab hac misera urbe.*"

Vers. 8. *Vers.* 8. σχεδὸν ἅπαξ &c. Per se quidem minime displicet ἅπαξ, sed ad τὰς ἐλπίδας utique vox ἁπάσας requiri videtur.

Vers. 9. *Vers.* 9. Μαυρουσίους. — „Valesius in erratorum indice annotavit, in codice suo Μαύρους legi, pro Μαυρουσίους, quod itaque ei debetur." REISKIVS. — Quod Strabo observavit lib. XVII. p. 825. quos *Mauros* Romani & indigenæ vocant, eos *Maurusios* fuisse a Græcis adpellatos, eum morem constanter aliàs Polybius tenuit; quare & nunc tenuisse probabile est, quum præsertim facile Μαυρουσίους vel compilator eclogarum, vel librarius aliquis, neglecta terminatione, quæ superne adscripta erat, in Μαύρους mutare potuerit, quod nomen illi fuit familiarius. Ceterum quod de *Mauris* & de *copis Pœnorum, quæ in castris erant*, hoc loco Polybius ait, pertinet haud dubie ad id, quod Appianus cap. 126. ait, *ineunte hyeme Scipionem statuisse, Carthaginiensium copias & auxilia, quæ foris habebant, primum tollere, a quibus commeatus in urbem submittebatur;* quo loco deinde ingentem istarum copiarum cladem exponit. Ibi licet *Maurorum* non diserta fiat mentio, facile credi potest, fuisse illos in auxiliis Pœnorum.

Ibid.

Ibid. καὶ τὰ περὶ τῶν ὑπαίθρων δυνάμεων. Aut imperite adjecta fuisse verba ὅτι σώζονται, aut intercidisse nonnihil in eam sententiam, quam in scholio significavimus, cum ex tota orationis connexione adparet, tum ex Appiani loco modo citato. Valesius nonnisi priora verba οὐ γὰρ τὰ περὶ τοὺς Μαυρ. ἠμηκόει tamquam in parenthesi posita intellexit, & verba ὅτι σώζονται ad præcedens ἔφη retulit, ut sic procedat oratio: καὶ γὰρ ἔφη - - καλὰς ἐλπίδας ἔχειν, καὶ τὰ περὶ - - ὅτι σώζονται, &c. Ex quo eadem fere sententia, quam nos expressimus, enascitur: *Hasdrubal falli eum* (hæc Valesii est hujus loci versio) *respondit: nam & foris sociorum auxiliis plurimum se confidere, (quippe nondum audierat ea, quæ in Mauritania evenerant) & copias suas, quæ regioni præsiderent, adhuc salvas esse: neque porro se ipsos de rebus suis desperare.* Atque hæc unica ratio est, qua defendi utcumque servarique illa verba ὅτι σώζονται possint. Cui rationi illud quidem non repugnat, quod ab oratione infinita, καλὰς ἐλπίδας ἔχειν, in eadem sermonis consecutione transit ad finitam, καὶ ὅτι σώζονται; neque enim infrequens, apud Polybium præsertim, istud genus transitionis ab una constructionis forma ad aliam: sed parum convenire videtur, quod continuo rursus ad infinitivum recurrit, καὶ οὐκ ἀπελπίζειν. Vtcumque tamen id sit, si quis tenendam fuisse editori eam rationem contendat, nec temere abjicienda duo verba, quæ codex habet, non pertinacius nos quidem repugnabimus: dicemusque, ne a nobis quidem prorsus deleta esse illa verba, sed ad oram infra contextum adnotata. In contextum si quis restituta cupiat, facile patiamur, sed ita, quemadmodum Valesius & Gronovius fecerunt, ut uno tenore currant verba καὶ τὰ περὶ τῶν ὑπαίθρων δυνάμεων ὅτι σώζονται, non quemadmodum Ernestus, qui, comma interserens post δυνάμεων, prorsus turbavit connexionem orationis, & sententiam plane contrariam effecit, quasi hoc dixisset Polybius, *& de copiis castrensibus nondum audiverat Asdrubal, salvas eas esse.* Vers. 9.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. οὐ γὰρ περιόψεσθαι σφᾶς προφανῶς παρασπονδουμένους. Scilicet, quod, datis obſidibus, non ſolum arma omnia Romanis tradere, verum etiam urbem ſuam & lares atque penates in alium locum juſſi ſunt tranſferre.

Cap. II. CAPVT II.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τοιαύτην καὶ τηλικαύτην ἀσέβειαν &c. — „Significat trucidatos in mœnibus Carthaginis & oculis Romanorum captivos Romanos. vide Appian. p. 72." REISKIVS. — Appian. Pun. c. 118.

Ibid. τὰς ἐλπίδας ἔχεις. — „ἔχειν poteſt ſervari. Infinitivus adhiberi ſolet in interrogationibus cum admiratione indignabunda; & ſubauditur ἄξιον ἦν, vel ἐρχῆν, vel ſimile quid; ut ad Theophraſti Charact. exemplis teſtatum feci, ad illud εἶτα ἀκολουθεῖν τῷ ἀργύριον οὐκ ἔχοντι. Sed probo tamen h. l. Valeſii correctionem." REISKIVS.

Ibid. τοὺς θείους. Videri fortaſſe potiore jure poterat, τοὺς τῶν θεῶν ſcriptum reliquiſſe Polybium; a quibus verbis in ſequentia aberravit librarius.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. διότι δεῖ συντέλειαν ἐπιτίθεσθαι. — „Forte, διότι συμφέρει τέλος ἐπιτιθέναι, *ejus intereſſe, quamprimum bello finem imponere.*" REISKIVS. — Vocabulum συντέλεια pro τέλος uſurpare amat Polybius. συντελεῖ Valeſius interpretatus erat, *utile eſſe ejus rationibus:* quam interpretationem etiamſi uſus comprobaret, vel ſic tamen defecta foret oratio, niſi vocem τέλος adjiceres.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τῶν οἰκετῶν ἐξ ἀνάγκης. — „Legendum puto ἐξ, abſque ἀνάγκης, idque in verſione latina ſum ſecutus." VALESIVS. — At, quoniam οἰκέται, quemadmodum cum Ariſtophanis Scholiaſta Suidas obſervavit, vocantur οὐ μόνον οἱ θεράποντες, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν, non ſolum *famuli*, ſed etiam omnes *domeſtici*, percommode οἰκέτας ἐξ ἀνάγκης *ſervos* dixerit Polybius. De differentia, quæ ſit lib. XL. 2, 5. inter τοὺς παρατρόφους & τοὺς ἄλλους οἰκέτας hoc quidem loco cogitari non debet.

Verſ.

Verſ. 6. ὥστε καὶ τοὺς ἐν ταῖς τραγῳδίαις τυράννους πολύ τι ὀφείλειν. — „Sententia eſt: *ut ab ejus affectatione majeſtatis multum abeſſent illi tragici reges, quamvis faſtuoſiſſime & vultuoſiſſime incederent.* Integre ſic eſſet dictum: ὥστε τοὺς ἐν ταῖς τραγῳδίαις τυράννους πολύ τι προσοφείλειν ἐπιδιδόναι πρὸς τὸ ὁμοίως αὐτῷ σεμνῶς καὶ σιβαρῶς προϊέναι." REISKIVS. Verſ. 6.

Verſ. 7. τότε δὲ καὶ ποιλίαν εἰλήφει. — „In cod. msto erat καὶ λείαν, id eſt, καὶ λίαν, (nam librarii λείαν & λίαν promiſcue habent) quæ eſt vera lectio. Subauditur τὴν σάρκα, *tum etiam carnem vehementer auxerat in molem ingentem.* ἀναλαμβάνειν vel ſic nude ita uſurpatur, & de rebus omnibus quæ *accumulantur* & *coacervantur* & *exſtruuntur magnam in molem:* ſed & hic poteſt τὴν σάρκα latere in proxima ſuperiori σάρκινος." REISKIVS. — Non λείαν, ut ait Reiſkius, ſed hoc ipſum λίαν habuit codex Peireſc. teſte Valeſio in ora ſuæ editionis: quum vero ποιλίαν offerrent Suidæ codices, rectiſſime haud dubie fecit Valeſius, quod horum auctoritatem eſt ſecutus. καὶ ποιλίαν, adjecta conjunctione, legendum monuit Toupius, locum hunc citans in Notis ad Longin. de Sublim. ſect. 43. ubi σιτευτοὺς βοῦς (quæ dictio mox ſequitur) docet idem eſſe ac πιαινομένους. *Ibid.* τῷ χρώματι παρὰ φύσιν ἐπικεκαυμένος ἦν. — „*colore præter naturam* (ſeu *ſolitum*) *ardente, florido, rubicundo.*" REISKIVS. Verſ. 7.

Verſ. 10. ὅτε μὲν εἰς τὰς ἀποφάσεις αὐτοῦ τις βλέψειε. ὅταν requirebat conjunctivum modum; ὅτε potentialem vel optativum, quem vocant grammatici, amat; & mox in ὅτε δὲ cum Suidæ codicibus conſentiebat Peireſcianus. Deinde αὐτοῦ τι mendoſe quidem habet Suidas Küſteri; ſed recte αὐτοῦ τις editio Mediolanenſis cum codice Peireſc. Verſ. 10.

Verſ. 13. καὶ ἐν δυστυχηκυίᾳ πατρίδι. — „Aut loco καὶ legendum eſt ἐν, aut καὶ οὐ. *Tenuit auctoritatem in patria calamitoſa, quam tyrannus vix teneat in civitate proſperis rebus utente.*" REISKIVS. — In voce δυστυχηκυίᾳ deſideratur argumentum, & δεδυστυχηκυίᾳ videtur Verſ. 13.

legendum: certe, licet etiam careant interdum augmento verba compoſita, a verbo δυστυχέω prolatum in lexicis aoriſtum ἐδυστύχησε videmus, & præteritum δεδυστυχηκώς.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι τότε - - ὑπαρξάντων. Cum ὑπάρξαντας vulgo legeretur, malle ſe ὑπαρξάντων ait Reiſkius. Nos, neceſſariam iſtam emendationem ducentes, in contextum recipere non dubitavimus.

Verſ. 15. *Verſ.* 15. τὸν ὑπὲρ ἐκείνων ποιησώμεθα λόγον. ὑπὲρ revocavimus ex manuſcripto, cum in marginem eſſet relegatum a Valeſio, qui περὶ ſua auctoritate in contextu poſuit. Quod in edit. Gronov. & Erneſt. refertur, in codice Peireſciano ſcriptum fuiſſe ὑπὲρ ἐκποιώμεθα, ex perperam accepta nota marginali Valeſii ortum eſt: nihil aliud dicere voluerat Valeſius, niſi in msto fuiſſe ὑπὲρ ἐκείνων ποιώμεθα, & compendioſe ἐκ. ſcripſerat, pro ἐκείνων.

Cap. III. CAPVT III.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Vide Appiani Punic. c. 31. *Ibid.* συνέπεσε. Sic editiones omnes Suidæ, cum ſub voc. Σεμνὸς, tum ſub voc. Συνέπεσε, ubi diſerte ait: συνέπεσε τῷ στρατηγῷ πρὸς τὰ γόνατα, ἀντὶ τοῦ προσέπεσε. Sua ex conjectura προσέπεσε edidit Valeſius in Polybii Fragmentis.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Φιλανθρωπηθείς. Polybianum verbum eſt Φιλανθρωπεῖν τινα, *humaniter, benigne excipere aliquem*, I. 81, 8. & alibi.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τάδε μὲν Πολύβιος αὐτὸς ἀκούσας συγγράφει. Confer XXXVI. 6, 5.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XL. Lib. XL.

RELIQVIAS.

CAPVT I. Cap. I.

Verſ. 1. Πυθέας. — „Hic *Pytheas* Bœotarches Thebis fuit, altera poſt Critolaum fax Achaici belli, teſte Pauſania in Achaicis, [lib. VII. c. 14. p. 557.] ubi bellum Achaicum elegantiſſime & graviſſime refert Hujus etiam meminit Polybius infra. [cap. 3, 10.] Occiſus eſt a Q. Cæcilio Metello, ut refert Pauſanias.“ [ibid. c. 15. p. 560.] VALESIVS. Verſ. 1.

Ibid. δοκῶν ἑαυτῷ παρακεχωρῆθαι τὴν πρώτην ἡλικίαν. — „Aut ἑαυτοῦ aut ἑκάστῳ, quod malim.“ REISKIVS. — Recte, ſi quid videmus. Certe, Valeſii interpretatio, *primam illam ætatem ſibi condonatam eſſe exiſtimabat*, nec per ſe ſatis apta eſt connexioni orationis, nec in græci ſermonis uſu habet præſidium. Hoc dixit haud dubie Polybius, *famam de illo homine obtinuiſſe, cuivis proſtituiſſe olim eum ſuam juventutem.* Sed in hanc ſententiam videtur παρακεχωρηκέναι ſcribendum fuiſſe.

Verſ. 2. διὰ Εὐμένους καὶ Φιλεταίρου σωματοποιησάμενος τὰς προειρημένας αἰτίας. Valeſius: *quæ vitia Eumenis & Philetæri favore & gratia aluit.* Sed αἰτίαι non tam ſunt *vitia*, quam *culpæ* vel *inculpationes.* Quare σωματοποιησάμενος τὰς αἰτίας ſignificare utcumque poſſet *confirmavit* vel *auxit culpam;* ſed ſic non adparet, quænam ſit h. l. vis verborum διὰ Εὐμένους καὶ Φιλεταίρου. Erneſtus Verſ. 2.

Verſ. 2. in Lexico Polyb. σωματοποιεῖσθαι τὰς αἰτίας interpretatus eſt *alere & augere cauſſas:* quod quid hoc loco valeat, non videmus. Veremur ne nec emendata ſatis, nec integra ſint verba: ſuſpicamurque, ſic ſcripſiſſe Polybium, σεσωματοποιημένος vel σωματοποιηθεὶς διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, *per Eumenem & Philetærum opibus & auctoritate auctus propter prædictas cauſſas.*

Cap. II.

CAPVT II.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Τοῦ Κριτολάου - - μετηλλαχότος. Vide Pauſaniam loc. cit. cap. 15. ubi docet, poſt pugnam prope Thermopylas, qua victi cæſique a Metello ſunt Achæi, duce Critolao, nuſquam amplius comparuiſſe Critolaum, & de morte ejus incertam fuiſſe famam, variamque opinionem. Veneno ſibi mortem conſciviſſe Livius tradidit lib. LII. Quod vero Oroſius IV. 3. (cujus verba retulimus in Spicileg. Reliquiar. ex Polybii libro XL. Tom. V. p. 50.) ſcribit, *adſeruiſſe Polybium, in Achaia pugnatum eſſe Critolao duce;* id quale ſit, non ſatis liquet. Certe, de clade ad Thermopylas Critolao duce accepta, Livius cum Pauſania conſentit. Contra, quod ex Polybio Oroſius refert, id confirmare Florus videtur, II. 16. his verbis: *Critolai manum Metellus (conſul) per patentes Elidis campos toto cecidit Alpheo:* quod tamen eo magis mirum atque etiam incredibile videri debet, quoniam in Peloponneſum deſcendere Romanus exercitus non potuerat, niſi capta Corintho; captam autem Corinthum demum a Mummio Conſule eſſe, poſtquam imperio deceſſit Metellus, conſentiunt omnes. Quare, quod Elidis campos & Alpheum fluvium huc traxit Florus, id quidem prorſus alienum eſt: Oroſius vero *Achaiam* generaliori ſignificatu pro univerſa *Hellade* vel *Græcia* accepiſſe videtur, ex uſu qui apud Romanos poſt confectum Macedonicum bellum Achaicumque obtinuit. Ceterum extremum tempus præturæ Critolai, (quod tempus complevit Diæus, Critolao ſuffectus,) incidit in initium anni conſularis Romani 608.

Cn.

Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Coſſ. qui conſules pro more, inde ab A. V. 601. recepto, (vide Interpretes Livii ad Epit. libri XLVII.) Kalendis Ianuariis magiſtratum inierunt. De ſucceſſione prætorum Achæorum his poſtremis temporibus, vide quæ mox notabimus ad cap. 4, 1. Verſ. 1.

Ibid. ἕως ἂν ἡ καθήκουσα σύνοδος. Neceſſario adjiciendus viſus eſt articulus ἡ, qui aberat vulgo. Vide IV. 14, 1. & cap. 26, 7. Legitimum tempus comitiorum eligendo prætori Achæorum erat poſt æquinoctium vernum. Conf. ad c. 4, 1.

Verſ. 3. ἐπέμψας εἰς τὰ Μέγαρα. — „Diæus præſidium militum Megara miſit, qui urbem cuſtodirent, & Metellum cum legionibus, ſi ulterius progredi vellet, arcerent, ut ait Pauſanias.“ VALESIVS. Verſ. 3.

Ibid. τῶν οἰκογενῶν καὶ παρατρόφων. — „Παρατρόφους *alumnos* verti. Sunt enim παράτροφοι, οἱ παρὰ τοῖς τῶν εὐπόρων υἱοῖς τρεφόμενοι. Tales erant apud Spartanos ii, qui *Mothaces* dicebantur, ſeu *Mothones*, quos παρατρεφομένους τοῖς ἐλευθέροις exponit Harpocration & Heſychius; Phylarchus lib. XXV. hiſt. apud Athenæum συντρόφους, quod idem eſt. Gloſſæ veteres: *Alumnus*, οἰκοτραφὴς, τρόφιμος, τρεπτός. Item σύντροφος, *collactaneus*.“ VALESIVS. — „παράτροφοι ſunt *ſervi*, emti quidem illi, neque domi nati, ſed admodum pueri emti, & *domi una cum filiis familias educati atque adulti.*“ REISKIVS.

Verſ. 9. προσκατεκλαίοντο πάντες. — „προκατέκλαιον, *prius deplorabant* quam perierant; *ante fata eos lugebant.*“ REISKIVS. — Nobis percommode teneri poſſe vulgata viſa eſt, hac ſententia, *omnes inter ſe collacrimabantur.* Verſ. 9.

Verſ. 10. τὴν δὲ τῶν οἰκετῶν ἀνάστασιν καὶ τὸν ἐπισυρμόν. — „Si ἀνάστασιν bene habet, ἐπισυρμὸν debet ita accipi, ut Valeſius accepit, ſcil. de *abductione.* Sed videtur ἐπισυρμὸς, hic loci dici *ſupinatas*, *neglectus præceptorum herilium*, *ſocordia in obeundis muniis domeſticis*, *pertinax detrectatio parendi*, quæ magna ſolet eſſe in turbis Verſ. 10.

Verſ. 10. bis reipublicæ. Quæ ſignificatio ſi obtinet, legendum eſt *ἀνάτασιν*, *ferociam*, *minacitatem*, *audaciam heris obloquendi & minitandi.*" REISKIVS. — At *ἀνάτασις* ſæpius quidem apud Polybium pro *comminatione* vel *minis accipitur*, certo quodam & deſinito loco ac tempore prolatis, ut IV. 4, 7. XXX. 4, 2. ſed pro *minacitate* nuſquam quod ſciamus. Nec ſatis idonea adeſt cauſſa, cur vulgatam damnemus. Poteſt autem duplici ratione vocab. *ἀνάστασις* intelligi. Nobis viſum erat, *ἀνάστασιν* idem eſſe ac *στάσιν* & *ἐπανάστασιν*, *motum*, *turbas*, *ſeditionem*, *inſurrectionem*. In aliam partem interpretatus Toupius eſt in Epiſt. Crit. p. 17. *promotionem*, vel *exaltationem* intelligens, ſcilicet ipſam *manumiſſionem ſervorum*, & receptionem vel elevationem in numerum militum reipublicæ adeoque in civium numerum. *ἐπισυρμὸν* idem Toupius ibidem, ſicut Reiſkius, de *ſocordia in domeſticis muniis* accepit: de quo vocab. diximus ad IV. 49, 1. Valeſius in latina verſione utrumque vocabulum, *τὴν ἀνάστασιν καὶ τὸν ἐπισυρμὸν*, uno verbo *abductionem* interpretatus erat.

Cap. III. CAPVT III.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *προσδοκῶντες τὸν ἀπὸ τοῦ στόλου κίνδυνον.* — „Interpretatio hujus loci habetur p. 1481, 25. [c. 5, 10.] Significatur enim claſſis Romana, cujus adventus ex Africa a Græcis Peloponneſi formidabatur." REISKIVS. —

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *Πατρεῖς δὲ καὶ τὸ μετὰ τούτων συντελικὸν - - ἐπταίπει κατὰ τὴν Φωκίδα.* Achæos Bœotioſque primo apud Thermopylas, iterum in Phoceis devictos a Metello Oroſius ſcribit loc. cit. Illos vero Achæos, qui in Phocide internecione deleti a Metello ſunt, ſelectos mille Arcades fuiſſe Pauſanias ſcribit, Patrenſium nullam faciens mentionem. conf. Polyb. XL. 6, 11. *Ibid. καὶ ἦν τὸ συμβεῖνον πολλῷ τῶν κατὰ Πελοπόννησον ἐλεεινότερον.* Neſcimus an abundet articulus *τῶν* & deleri debeat, ut ſententia ſit: *quamvis luctuoſa fuerit clades, quam in Phocide paſſi*

passi sunt Patrenses & qui eis erant contributi, multo tamen miserabiliora fuerunt ea quæ in Peloponneso acciderunt.

Vers. 7. ἀρχομένης Φαρμακείας. Non satis integra h. l. videtur esse oratio; quamquam nil mutat Suidas in Φαρμακείας & in Περιπέτεια, ubi eumdem locum protulit. *Ibid.* Pro τῆς Ἑλλάδος apud Suidam, in Περιπέτεια, τοῦ ἀνθρώπου legitur perperam. Vers. 7.

Vers. 8. ὑπὸ πραγμάτων. Immo ὑπὲρ πραγμάτων, *de republica dissentientes.* Sic cap. 4, 8. ὑπὲρ τῶν πραγμάτων παθεῖν τι, *pro republica aliquid pati.* Vers. 8.

CAPVT IV. Cap. IV.

Vers. 1. Cum Ecloga hæc vulgo, pro more, ab his verbis inciperetur, Ὅτι τοῦ Διαίου, Salmasius ad oram sui exempli editionis Valesianæ adnotavit, Ὅτι ἄρτι τοῦ Διαίου, nescimus qua conjectura ductus, vel quodnam indicium secutus. Vers. 1.

Ibid. Τοῦ Διαίου - - καθεσταμένου στρατηγοῦ διὰ τῶν πολλῶν. *Diæus* prius suffectus ex lege fuerat (cap. 2, 1.) mortuo Critolao; nunc legitimo comitiorum tempore (nempe τῇ καθηκούσῃ συνόδῳ, vide ibid. cap. 2, 1.) *a populo* (ὑπὸ τῶν πολλῶν) *denuo prætor est creatus*, vere anni 608. Nam circa Pleiadum ortum, id est primo vere, legitimum fuisse tempus docet Polyb. IV. 37, 2. & V. 1, 1. si modo ibi particula τότε ita accipienda est, ut *jam tum*, (Arati ætate) istud obtinuerit institutum, cum olim alio tempore comitia prætoria egissent Achæi; non, ut hoc dixerit Polybius, Arati quidem ætate id obtinuisse, posterioribus vero temporibus esse mutatum. Ceterum juvabit hoc loco notasse *seriem atque consecutionem prætorum Achæorum*, qualem his posterioribus temporibus fuisse reperimus. Scilicet *Menalcidas*, Spartanus, prætor fuit Achæorum A. V. 604. teste Pausania p. 551 sq. Huic successit *Diæus* A. V. 605. Pausan. 552 sq. Diæum excepit *Damocritus*, eodem anno, ut diserte Pausanias p. 554. docet, quo Metellus in Macedoniam prætor est missus,

id

Verſ. 1. id eſt A. V. 606. Conf. Liv. Epit. libri L. Damocrito, in ipſa prætura proditionis damnato, ſucceſſit rurſus *Diæus*, teſte Pauſan. p. 555. quod factum intelligi debet ex eadem lege, quam Polyb. XL. 2, 1. commemoravit. Electus deinde in inſequentem annum 607 *Critolaus*, Pauſan. p. 556. cui in magiſtratu mortuo rurſus ſuffectus eſt *Diæus*. Polyb. XL. 2, 1 ſq. Denique vernis comitiis A. V. 608. denuo a populo prætor creatus eſt idem *Diæus*, cujus ſub prætura Corinthus eſt exciſa, & everſum Achaicum fœdus.

Ibid. οἱ περὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν. *Andronidas*, Callicratis ſocius, Achæus, jam olim cum Romanis ſenſerat, & proditor Achæorum habebatur. Miſſus autem hic nunc ad Metellum fuerat, ad deprecandam iram. conf. c. 5, 2.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. παρέβαλε τοὺς ἀνθρώπους. Citat hæc Suidas in Παρέβαλε, ubi perperam ἀναδεχθῆναι legitur, pro ἀναχθῆναι.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Στράτιος. Conf. ad XXXVIII. 5, 4. Vulgo Στράττιος duplici ττ h. l. erat ſcriptum hoc nomen: delevimus alterum τ cum ex aliorum locorum præſcripto, tum ex derivationis ratione.

Verſ. 5 ſq. *Verſ.* 5 *ſq.* τοῖς μὲν ὑπὸ Φίλωνος. Non ſatis adparet, ubinam ſit particula adverſativa, quæ iſti particulæ μὲν reſpondeat. Deinde *verſ.* 6. dubitare poſſis, utrum illud σφέτερον συμφέρον, *privatum commodum Philonis*, an *Diæi*, ſit intelligendum. REISKII ad hunc verſum ſunt breves adnotatiunculæ hæ: „Poteſt διὰ ferri, ſed malim plane abeſſe.“ — Tum ſimpliciter, nulla adjecta obſervatione, τιθεμένους legendum pro τιθεμένων, & ante πρὸς τοῦτον adjiciendam copulam καί. Denique: „εἰ, ait, ſatis bene poteſt locum tueri, *quamquam;* tametſi Valeſii ἤ, *quapropter*, etiam non eſt inconveniens.“

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Δίαιος καὶ Δαμόκριτος, ἄρτι τῆς καθόδου τετευχότες. *Diæus & Damocritus, nuper ab exſilio revocati.* Quonam ab exſilio? An Romano? At in numero eorum, qui Romam evocati erant, hos nuſquam memoratos meminimus.

mus. Præterea non *nuper* demum, ſed quinto abhinc anno, domum remiſſi ex Italia erant Achaici exſules. vide XXXV. 6. Nec vero facile intelligitur, quo pacto omnino *nuper*, atque etiam *nuperrime* (id enim valet vox ἄρτι) *ab exſilio revocatus* dici *Diæus* potuerit, qui tribus proximis annis continuis prætor fuerat Achæorum, ut modo oſtendimus ad verſ. 1. Sed *Damocritus*, haud multo ante in ipſa prætura proditionis damnatus, Peloponneſo profugerat, ut docet Pauſan. p. 555. *Ex illo* igitur *exſilio nuperrime revocatum Damocritum* ait Polybius; quare corrigendum τετευχωὼς, pro τετευχότες. Verſ. 9.

Ibid. Ἀλκαμένης. Is copiis illis præerat, quæ ad tenenda Megara oppidum a Diæo erant miſſæ. c. 2, 2. Pauſan. p. 559.

CAPVT V. Cap. V.

Verſ. 2. Λάγιον. Suſpicati eramus Στράτιον, ex cap. 3, 4. coll. cum 3, 2. Certe nuſquam aliàs *Lagium* commemoratum meminimus. Sed mox rurſus Λάγιον nominatum videmus verſ. 4. Quare nil temere novandum. *Ibid.* ὑποστρατηγόν. Corrige ὑποστράτηγον, retracto accentu. *Ibid.* ἐπενέγκαντες correximus, moniti etiam a Reiſkio. Mendoſe vulgo ἐπηνέγκαντες. Verſ. 2.

Verſ. 4. ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Σωσικράτη παρανομίας. — „διὰ τὴν delendum. Fuit in aliis libris διὰ τὴν εἰς τὸν Σ. παρανομίαν, in aliis ὑπὲρ τῆς - - παρανομίας. Hinc conflata illa vulgata. Si quis ſervare διὰ velit, ſuaſerimus δι' αὐτοῦ legi: *plebe per ſemet, ſponte ſua deveniente ad cogitationem.*" REISKIVS. Verſ. 4.

Verſ. 5. ἐπὶ τοῦ σκάμματος ὤν. Valeſius: *in ipſo ſtadio poſitus.* Rectius fortaſſe fuerit, *ad ipſum ſulcum ſtans*, id eſt, *in limine certaminis, quo de vita erat pugnandum.* Eſt certe aliud ἐπὶ τοῦ σκάμματος, aliud ἐντὸς τοῦ σκάμματος. Eſt autem σκάμμα *ſulcus*, vel *foſſa, circa illud ſpatium ducta, intra quod pugnant athletæ.* Vide auctores laudatos ad Heſychium in Σκάμματα, quod exponitur Verſ. 5.

ἀγῶνες,

ἀγῶνες, στάδια. Adde Guil. Budæum & Henr. Steph. hac voce.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ὅτι διαπέμπεται πρὸς Μεναλκίδαν. Valeſius, ex codice Peireſciano πρὸς μὲν Χαλκίδα edens, notaverat in margine, fortaſſe πρὸς τὴν Χαλκίδα eſſe legendum, idque in verſ. latina eſt interpretatus, *quod Chalcidem clam nuntios mitteret.* Perſpecte vero REISKIVS: „Forte πρὸς Μεναλκίδαν. Et videtur ille *Menalcidas* ſignificari, qui p. 1285. [XXX. 11.] commemoratur, ut amicus Romanorum, & homo Spartanus. Vtrumque autem id criminoſum erat penes Achæos tum temporis.“ — De illo homine, qui etiam prætor ante aliquot annos fuerat Achæorum, plura vide apud Pauſan. VII. 11-13. p. 551 ſeqq. nec dubitabis de veritate emendationis a nobis adoptatæ. Conf. Adnot. noſtram ad cap. 4, 1. Eo minus vero huc conveniebat vulgata ſcriptura Χαλκίδα, quia *Chalcis* eo bello non cum Romanis, ſed cum Achæis fecit, ut intelligitur ex c. 11, 5. coll. Liv. epit. lib. LII.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. διότι δοκεῖ μοι. Teneri utique nullo pacto potuit vulgatum διὸ, decurtatum per librarii errorem ex διότι, qua particula nihil apud Polybium frequentius, pro ſimplici ὅτι poſita.

Ibid. ἀντερεῖσαι. — „ἀντερίσαι bona eſt lectio & immerito damnata: *contendiſſe, certaſſe, pugnaſſe.*“ REISKIVS. — Quamquam ferri utcumque, ſi opus foret, ἀντερίσαι poſſet, ſolicitatam tamen nolimus commodiſſimam Valeſii emendationem, quæ nobis quidem certiſſima viſa eſt. ἀντερεῖσαι, *contra niti, obniti, contra moliri.* Similiter alia compoſita verbi ἐρείδειν paſſim a librariis corrupta vidimus. V. 84, 2. & Fragm. grammat. num. LXXXIV. Tom. V. p. 92.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τὸ ταχέως σφῆλαι &c. Huc pertinet, quod III. 5, 6. dixit, ἅμα τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος ἔσχε τὸ κοινὸν ἀτύχημα πάσης τῆς Ἑλλάδος. Confer notanda ad cap. 10, 3. — „καὶ ante ῥαδίως addidit Valeſius de ſuo. Præſtabat

meo

meo judicio, ῥᾳδίως ἡττῆσαι plane deleri, ut ſcholion verbi σφῆλαι." REISKIVS.

Verſ. 12. Εἰ μὴ ταχέως ἀπωλόμεθα, οὐκ ἂν ἐσώθημεν. Verſ. 12. — „Hujus dicti auctor fuit Themiſtocles; vide Plutarchum in ejus vita. Zonaras quoque teſtis eſt, Græcos poſt excidium Corinthi, cum in majori felicitate quam antea eſſent, id dicere ſolitos, ὅτι εἰ μὴ ἧττον ἐαλώκεισαν, οὐκ ἂν ἐσώσαντο." VALESIVS. — Themiſtoclis dictum habes apud Plutarch. p. 126. edit. Wechel. ἀπολώμεθα ἄν, εἰ μὴ ἀπωλόμεθα. *Perieramus, ni periiſſemus.* Polybii verba repetiit Suidas in Εἰ μή, ubi, quid ſibi velint verba in fine adſuta οἱ πρημνιζόμενοι, non magis mihi, quam doctiſſimo Küſtero, liquet.

CAPVT VI. Cap. VI.

Verſ. 1. Αὖλος Ποστούμιος. Vulgo Ποστόμιος & apud Verſ. 1. Polybium h. l. edebatur, & apud Suidam in Αὖλος Ποστ. ubi totum fere hoc caput inſertum legitur. Non præciſe quidem damnatam velimus iſtam ſcripturam, ſed tenendam eam duximus, quæ alibi & in ejuſdem viri nomine, XXXIII. 1, 5. & c. 11, 4. & XXXV. 3, 7. & in aliorum ejuſdem familiæ, II. 11, 1. &c. conſentientibus msstis edita erat. — „De hoc *Aulo Poſtumio* extat Ciceronis judicium in libro, qui Lucullus inſcribitur: [Acad. Quæſt. IV. 45.] *Legi apud Clitomachum, cum Carneades & Stoicus Diogenes ad ſenatum in Capitolio ſtarent, A. Albinum, qui tum P. Scipione & M. Marcello Coſſ. prætor eſſet, eum, qui cum avo tuo, Luculle, conſul fuit, ſane doctum hominem, ut indicat ipſius hiſtoria ſcripta græce, jocantem dixiſſe Carneadi* &c. Ejuſdem meminit in lib. de claris Oratoribus, [Brut. c. 21.] & Plutarchus in M. Catone, [p. 343.] ac Gellius lib. XI." [c. 8.] VALESIVS. — Adde Macrob. in Procem. Saturnal.

Verſ. 4. ἐὰν, Ῥωμαῖος ὢν, μὴ δύνηται &c. Sic vulgo Verſ. 4. editum, perperam. Particula ἐὰν ſubjunctivum poſtulabat δύνηται, ſicut mox verſ. 5. Sed alia ratione hic ſuc-

currit Suidas, ἐπὶ Ῥωμαῖος ὢν ſcribens, quod Polybio reſtitui debuerat, & reſtitutum velimus.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἀπηντηκέναι δοκεῖ. Verte, *reſpondiſſe fertur;* non, *videtur.* Conf. Adnot. ad IX. 25, 1. Verba Catonis latino ſermone exhibet Cornelius Nepos apud Aulum Gellium l. c.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἐθελοντὴν ἀπογράψαθαι. — „ἀπογράφεσθαι eſt *edere & profiteri* atque *deferre nomen ſuum inter conſortes alicujus ſtudii, quorum nomina indice quodam conſignantur;* ut e. c. qui ultro ſe offerunt ad contribuendum neceſſitatibus reip. aut ad contendendum de palma alicujus certaminis. Hic loci eſt, *ultro ſeſe ingerere contentioni laudis e conſcribenda græco ſermone hiſtoria rerum geſtarum.*“ REISKIVS. — Conf. verſ. 8.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. καὶ παραπλήσιον, ὡς ἄν εἴ τις. Sic edidit Valeſius, ut eſt apud Suidam in Αὖλος Ποστόμιος. Quod ſi vero ἄχρηστον accipi poteſt pro *vanum, leve, ineptum;* (quemadmodum apud Heſychium in Ἀχρήϊες pro ſynonymis ponuntur μάταιος, ἐλαφρὸς, ἄχρηστος) utique verba iſta, quæ Peireſcianus codex hic habuit, παραπλήσιον ὡς ἄχρηστον, per imperitiam librarii ex his corrupta videri debebunt παραπλησίως ἄχρηστον, id eſt, *perinde vanum, leve, futile, ineptum.* Literas ως, quæ ſuper terminatione ον in παραπλήσιον ſuperſcriptæ erant, & veram indicabant ſcripturam, pro particula ὡς acceperat librarius. *Ibid.* παραυτοῖτο in contextum recepimus, quod Valeſius ex Suida in Αὖλος & in Παραυτοῖτο ad oram notaverat. Perperam vulgo παραυτῆτο ex cod. Peireſc. *Ibid.* μήτε τὸν πόνον. τοὺς πόνους Suidas, & caret μήτε.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἵνα μὴ κατετόλμων τοῦ καλῶς ἔχοντος. — „Aut πλέον τοῦ καλῶς ἔχοντος legendum, *ne plus auderent quam par eſſet,* aut τοῦ μὴ καλῶς ἔχοντος, *ne aggrederentur aliquid indecorum.*“ REISKIVS. — Immo vero, optime habet vulgata. κατατολμᾶν τοῦ καλῶς ἔχοντος idem valet

valet ac τολμᾷν κατὰ τοῦ καλῶς ἔχοντος vel παρὰ τὸ καλῶς ἔχον, id est, *temere audere*, ut interpretatus est Ernestus in Lexic. Polyb. Vers. 9.

CAPVT VII. Cap. VII.

Vers. 2. Φησὶ γὰρ ἰδεῖν παρὼν &c. *Ait enim, se præsentem vidisse* &c. Vide Valesii Adnotationem ad cap. 10, 2. Adde Testimonia Veterum de Vita Polybii, a nobis collecta Tom. V. hujus edit. p. 12. num. VII. 2. Vers. 2.

CAPVT VIII. Cap. VIII.

Vers. 4. Ἐπεβάλετο (γὰρ ὁ Πολύβιος) διδάσκειν &c. Vulgo ex codice Peiresc. omissis eis verbis, quæ uncis inclusa adjecimus, ita edebatur: Ἐπεβάλετο διδάσκειν διὰ πλειόνων &c. Et monuit præterea VALESIVS: „In msto exemplari hæc cum præcedentibus cohærebant; [nempe cum illis verbis μετεσχηκὼς αὐτὸς τῶν ἀγώνων, cap. 6, 12.] quæ nos merito distinximus. Pertinent enim ad ipsum Polybium, qui, cum post expugnationem & excidium Corinthi quidam ex Romanis Philopœmenem accusaviſſet coram Mummio ac decem legatis, quod semper adversatus esset causſæ populi Romani, contra Polybius pro Philopœmene peroravit, utque ejus memoria servaretur obtinuit, ut narrat Plutarchus in Philopœmene ad finem.“ — Nos, quoniam Plutarchi verba, ex Polybio haud dubie decerpta, proxime ante exhibuimus, cum illis nunc hanc Valesianam eclogam insertis verbis γὰρ ὁ Πολύβιος conjungi commodissime posse putavimus. Reiskius ante vulgatam scripturam ἐπεβάλετο διδάσκειν intercidisse per librarii culpam suspicatus erat verba Ὅτι Πολύβιος, a quibus hanc Eclogam fortasse inchoaverat compilator. Vers. 4.

Ibid. τοῖς ἐν ἀρχαῖς εἰρημένοις περὶ τἀνδρός. — „Locus, ad quem hic ablegat, est p. 1439.“ [nobis XXV. 9.] REISKIVS.

Vers. 5. In Scholio sub contextu corrige operarum errorem, & scribe *vulgato* εἰπὸς, loco *vulgo* εἰκὸς. Vers. 5.

Vers. 8. *Vers.* 8. Ad vulgatum μετασχόντα δὲ adnotavit idem REISKIVS: „Hæc non intelligo. Videtur sententia postulare αἴτιον ὄντα. Sunt etiam alia in hoc fragmento minus expedita." *Ibid.* Ad vulgatum τετραμμένῳ notaverat VALESIVS: „Legendum videtur τετραμήνῳ." — id est, *quarto mense ante.* Præstare nobis utique visa est Reiskii emendatio. Facillimus librarii lapsus, ex Γ in Τ aberrantis.

Vers. 10. *Vers.* 10. τὴν Ἀχαιοῦ. — „*Achæum* hic intelligo, principem atque auctorem generis Achæorum, qui fuit Xuthi filius, Hellenis nepos, de quo vide Pausaniam, ἐν περιηγήσει τῆς Ἑλλάδος." VALESIVS. — Pausanias initio libri VII.

Cap. IX. CAPVT IX.

Vers. 1. *Vers.* 1. τῶν δέκα. — „Sic Polybius & Dio ac Zonaras vocare solent *decem legatos*, qui, confecta a consule aut prætore provincia, mittebantur a senatu, ut consul prætorve ex eorum sententia provinciam ordinaret, legesque daret; quorum acta postea a senatu confirmabantur, ut docet Cicero Philippica XII. Qui autem fuerint decem legati tum a senatu missi ad res Græciæ componendas, ignotum est. Vnus quidem ex iis fuit L. Mummius, pater L. Mummii qui Corinthum ceperat, ut docet Zonaras ex Dione, πεμφθέντος δὲ οἱ πατρὸς καὶ τῶν ἄλλων ἐπὶ καταστάσει τῶν ἀλόντων. ubi notandum est, patrem in decem legatis fuisse. Neque enim solebant veteres Romani legare in decem, qui essent imperatorum necessarii, ut ait Cicero in Epist. 6. lib. XIII. ad Atticum his verbis, quæ, quoniam ad hunc locum maxime faciunt, apponere non parcam. *Mummium fuisse ad Corinthum pro certo habeo: sed non dubito quin fratri fuerit legatus, non in decem. Atque id etiam accepi, non solitos majores nostros legare in decem, qui essent Imperatorum necessarii; ut nos, ignari pulcherrimorum institutorum, aut negligentes potius, M. Lucullum & L. Murenam & ceteros conjunctissimos*

mos ad L. Lucullum miſimus. Idem in Epiſt. 30. *Sicunde potes, erues qui decem legati Mummio fuerunt; Polybius non nominat. Ego memini Albinum conſularem, & Sp. Mummium.*" VALESIVS. — Decem illos *legatos, quorum de ſententia* (ut Livius ait XLV. 17.) *imperatores componerent res*, percommode τοὺς συμβούλους vocare ſolet Appianus, de Rebus Hiſpan. c. 78 ſq. & Punic. cap. 32. ἡ βουλὴ συμβούλους ἔπεμψε τῷ Σκιπίωνι, μεθ' ὧν ἔμελλε κρινεῖν τε καὶ πράξειν ὅ τι δοκιμάσειε συνοίσειν. & de Rebus Macedon. Eclog. VII. c. 2. T. I. p. 514. noſtræ edit. συμβούλους δ' ἔπεμπον, καθάτερ εἰώθησαν ἐπὶ τοῖς λήγουσι πολέμοις, δέκα ἄνδρας, μεθ' ὧν αὐτὸν (τὸν Φλαμινῖνον) ἔδει τὰ εἰλημμένα καθίσταθαι. Apud Pauſaniam in ipſa rerum a Mummio geſtarum hiſtoria, VII. 16. p. 562. ἔμβουλοι vocantur iidem decem legati, niſi ibi συμβούλους pro vulgato ἐμβούλους legendum, quæ & Sylburgii fuerat conjectura. Verſ. 1.

Ibid. καὶ δόντα δωρεάν. Ad olim vulgatum δωρεᾷ perſpecte Reiſkius, cui obtemperavit Erneſtus, monuerat, aut δωρεὰν ſcribendum, aut ἐν δωρεᾷ.

CAPVT X. Cap. X.

Verſ. 2. Ἐνετείλαντο δὲ τῷ Πολυβίῳ. — „Polybium cum Scipione Africano ad Carthaginem fuiſſe conſtat, excidioque urbis interfuiſſe; ut teſtantur Appianus in Libyco, Ammianus Marcellinus lib. XXIV. & Oroſius lib. V. [Vide Reliquias lib. XXXIX. Polyb. c. 3, 6 ſq. & Spicileg. Reliquiar. ex lib. XXXIX. n. 1. Tom. V. p. 48 ſq. & Spicileg. Reliq. ex lib. XL. Tom. V. pag. 50.] Diruta eſt autem Carthago Cornelio Lentulo & L. Mummio Coſſ. eodemque anno Corinthus exciſa eſt, ut ſcribit Vellejus Paterculus lib. I. [c. 13.] Itaque non video, qui fieri poſſit, ut eodem anno ac tempore Polybius in Achaia & in Africa ſimul fuerit. Vnico Strabonis loco id confici Caſaubonus [in Synopſi chronologica Hiſtoriæ Polybianæ] exiſtimavit, qui ſic habet in lib. VIII. Πολύβιος δὲ τὰ συμβάντα &c. [vide Reliq. lib. XL. Verſ. 2.

Verſ. 2. Polyb. c. 7.] Sed ex his verbis nego id conſequi, Polybium expugnationi interfuiſſe, ſed tantum poſt expugnationem ſuperveniſſe. Neque enim credibile eſt, milites Romanos inter urbis captæ excidium alea luſiſſe, quo tempore militaris diſciplina arctius cuſtodiri debet. Deinde, quis credat, Polybium, ea ſapientia hominem, eaque in patriam caritate, ſpectatorem expugnationis eſſe voluiſſe? ſtabat enim a parte populi Romani. Verius eſt igitur quod dixi, Polybium ſcilicet poſt Corinthi excidium celeriter ex Africa advolaſſe, ut opem aliquam ruenti patriæ afferret. Audeo enim de Polybii auctoritate id affirmare, ſi ante expugnationem adfuiſſet, non in tantam calamitatem Corinthum venturam fuiſſe. Accedit & Oroſius lib. V. [c. 3.] qui diſerte ſcribit ex T. Livio, ut ſolet, Polybium tum ad Carthaginem fuiſſe, cum Diæus a Metello eſt devictus. Eſt & alius error in Chronologia Caſauboni, qui Corinthi excidium confert in conſulatum Q. Fabii & Hoſtilii Mancini: quæ ſententia licet Plinio auctore firmetur, magis tamen placet Velleji & Oroſii opinio, ob mirabilem concurſum excidii duarum maximarum urbium. Accedit quod & Plinius hanc noſtram ſententiam tuetur: [XXXIV. 2, 3.] nam Corinthum ait captam eſſe Vrbis anno 608. in quem annum ex ſupputatione Varronis, quam ſequitur ubique Plinius cadit conſulatus Lentuli & Mummii." VALESIVS. — A Mummio Conſule exciſam eſſe Corinthum, auctores conſentiunt omnes. At id non factum eſt ſub initium ejus anni, quo conſulatum Mummius geſſit, qui erat annus ab V. C. 608: nam ex quo cognoverat Metellus, Macedoniæ prætor, Mummio conſuli Achaicum bellum eſſe decretum, continuo ipſe initio ejus anni finem imponere bello properavit; moxque victo prope Thermopylas Critolao, & reliquis Achæorum copiis in Phocide cæſis, tum captis Thebis Megariſque, ad Iſthmum contendit. Vide Pauſan. VII. cap. 14 extr. & ſeq. Ibi tum demum Mummius Conſul ſupervenit; qui, ut quidem Pauſanias VII. 16. refert, (cum quo conſentit Liv. Epit.

Epit. lib. LII.) amandato in Macedoniam Metello, Diæum prætorem Achæorum ad Iſthmum prælio fudit, inde Corinthum captam diruit; ſed, ut Oroſius ex Polybio retulit, poſt victoriam demum de Diæo & Achæis ad Iſthmum ab eodem Metello reportatam in caſtra venit, moxque, dimiſſo Metello, Corinthum expugnavit. Eodem vero ipſo anno, quo conſul fuit Mummius, non inſequente demum anno captam eſſe Corinthum, non tam ex eo colligemus, quod tum non amplius Conſul, ſed Proconſul dicendus fuiſſet Mummius; (etenim in ea denominatione non nimis adcurati ſolent eſſe ſcriptores;) quam ex eo, quod celeriter atque raptim tunc omnia eſſe geſta ſatis ſignificat Polybius noſter XL. 5, 8 ſq. & III. 5, 6. & quod decem legati, quorum ex ſententia res Achaiæ Mummius ordinavit, qui mox poſt exciſam Corinthum in Græciam advenerunt, (Pauſan. p. 562.) exacto ſex menſium ſpatio, vere inſequentis anni, (ut docet Polyb. hoc cap. verſ. 1. coll. c. 9, 1.) Romam redierunt. Quibus ex rebus colligi poſſe videtur, poſt medium anni 608 captam eſſe dirutamque Corinthum. Iam Carthaginem quod adtinet, captam eam exciſamque eſſe vere ejuſdem anni 608, ex Appiani Punic. c. 127 ſeqq. diſcimus. Atque ita factum intelligi debebit, ut Polybius, quum ſtatim poſt captam Carthaginem in Græciam eſſet profectus, periclitanti patriæ ſuccurſurus, &, cum gratia apud Romanos, tum auctoritate apud populares, extremam ab his perniciem amoliri cupiens, ſero quidem & capta jam fortaſſe dirutaque Corintho advenerit, ſed ſatis adhuc in tempore, ut apud Mummium decemque legatos pro popularibus ſuis deprecari, & majorem ab eis calamitatem avertere poſſet. Verſ. 2.

Ibid. συνήθειαν ἔχωσι τῇ πολιτείᾳ καὶ τοῖς νόμοις. Cogitaveramus τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων. Quod ſi ſcripſiſſet συνήθεις ὦσι, aptus utique fuiſſet dativus caſus, veluti III. 54, 6. V. 64, 5.

Verſ. 4. τὰς μεγίστας τιμὰς ἐτίμησαν αὐτόν. Vide Teſtimonia Veterum de Vita Polybii Tom. V. hujus edit. Verſ. 4.

Verſ. 4. p. 13 ſeq. *Ibid.* καὶ ζῶντα καὶ μεταλλάξοντα, — „Ex his verbis dubium oriri poteſt, an hæc a Polybio ſcripta ſint, an vero ab aliquo fortaſſe, qui opus annalium Polybii continuavit. Nam & ipſe Polybius in principio libri III. [c. 5.] orat, ut, ſi quid forte humanitus ſibi acciderit, adeo ut ſuſceptum opus detexere non potuerit, ſint qui illud ad exitum perducere ſtudeant.“ VALESIVS. — Pariter REISKIVS jam ad initium hujus verſus notavit: „Totus hic locus Polybii non eſt, ſed aut excerptoris, aut alicujus amici, vel lectoris, Polybiani nominis ſtudioſi; ut videatur ex iis, quæ Polybius de ſe modeſte ſcripſerat, adumbratus & in majus auctus.“ — Nobis ſatis viſum erat, ſi pauca illa verba ab aliena manu eſſe ſtatueremus, quæ uncis a nobis incluſa ſunt.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. γράψαντος τοὺς περὶ τῆς κοινῆς διαιοδοσίας νόμους. Conf. ad XXIV. 1, 2. — „Idem de Polybio teſtatur Pauſanias in Arcadicis: [VIII. 30.] Ἑλλήνων δὲ ὁπόσαι πόλεις εἰς τὸ Ἀχαϊκὸν συνετέλουν, παρὰ Ῥωμαίων εὗραντο αὗται Πολύβιον σφίσι πολιτείας τε καταστήσασθαι καὶ νόμους θεῖναι. quæ non poſtrema Polybii laus eſt.“ VALESIVS. — Pauſaniæ verba exhibuimus in Teſtim. Vet. de Vita Polyb. p. 13.

Cap. XI. CAPVT XI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τὸν ἐν Ἰσθμῷ τόπον. — „Templum Neptuni hic intelligi exiſtimavi cum luco & ſtadio, in quo Iſthmia olim Corinthii celebrabant, teſte Strabone; [lib. VIII. p. 380.] quæ omnia ab exercitu Romano vaſtata fuiſſe credibile eſt poſt victoriam de Achæis ad Iſthmon partam.“ VALESIVS. — *Ibid.* ἐπεπορεύετο correximus. Mendoſe vulgo ἐπεπόρευτο.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. καὶ γὰρ ἐγκρατῶς &c. — „Idem ſcribitur in Epitome libri LII. Titi Livii: *Ipſe L. Mummius ſe abſtinentiſſimum virum egit; nec quidquam ex iis opibus ornamen-*

mentisque, quæ prædives Corinthus habuit, in domum ejus pervenit. Adde Aurelium Victorem in libro de Viris illustribus, & Frontinum [IV. 3, 15.]" VALESIVS.

Vers. 5. ἐν τοῖς κατὰ τῶν Χαλκιδέων ἱππεῦσιν. Scabra omnino oratio: *in eis quæ fecit in equitibus contra Chalcidenses.* Melius utique conveniret ἐν τοῖς τῶν Χαλκιδέων ἱππεῦσιν, deleta præpos. κατὰ, ut Reiskius voluit; vel ἐν τοῖς κατὰ τῶν Χαλκιδέων ἱππέων scil. πεπραγμένοις. Certo vero statui nil potest, quoniam de re ipsa nihil amplius compertum habemus, quam id quod ad hunc locum VALESIVS adnotavit: „*Thebæ & Chalcis, quia auxilio Achæis fuerat, dirutæ sunt ex consilio decem legatorum,* ut ait Livius lib. LII." Vers. 5.

CAPVT XII. Cap. XII.

Vers. 1. Πτολεμαῖος, ὁ τῆς Συρίας [καὶ Αἰγύπτου] βασιλεύς. — „*Ptolemæus* Philometor, *Aegypti rex*, in prælio adversus Alexandrum Balam [*in caput graviter*] *vulneratus*, [*inter curationem*] *dum ossa medici terebrare contendunt, expiravit*, ut ait Livius lib. LII. *Syriæ rex* hic dicitur, quia ab Antiochenis rex Syriæ erat salutatus, coactusque geminum diadema accipere, ut narrat Iosephus lib. XIII. cap. 8. [Adde 1 Maccab. 11, 13.] Decessit Olymp. CLVIII. anno 3. [vel anno 2, juxta Simsonum in Chronic. Vniv.] quo anno Polybius historiam suam terminaverat." VALESIVS. — Hoc fortasse loco scripserat Polybius ea, quæ ex hoc scriptore Strabo refert lib. XVII. p. 797 sq. quæ nos in Reliquiis libri XXXIV. cap. 14. posuimus, ubi vide notata. Vers. 1.

Vers. 5. δόξας ἐκπεσεῖν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὑπὸ τἀδελφοῦ &c. Conf. XXXI. 18. & ibi notata. Adde XXXIII. 5. Vers. 5.

Vers. 6. ἐπιβουλεύσαντος τῇ Κύπρῳ. — „Vide græca excerpta ex Chronico Georgii Syncelli, quæ pro Eusebianis Vers. 6.

Vers. 6. bianis edidit Scaliger p. 54." VALESIVS. — *Ibid.* ἐν Λαπήθῳ. — „De amne Cypri *Lapitha* est locus Agathangeli Callistratidæ apud Allatium de Georgiis, in vita Georgii Lapithæ, T. X. Biblioth. Græcæ Fabric. p. 667, 6." REISKIVS. — At oppidum hoc loco, non fluvium, dici, satis adparet; de quo oppido consuli potest Cellarius in Geogr. Antiq. lib. III. c. 7. p. 268. &, quem ille laudat, Stephanus Byz. in Λάπηθος, ejusque Interpretes.

FINIS ADNOTATIONVM IN RELIQVIAS HISTORIARVM POLYBII.

SOLI DEO GLORIA!

INDEX

INDEX HISTORICVS

ET GEOGRAPHICVS

RERVM PERSONARVM LOCORVMQVE

QVAE IN RELIQVIIS

HISTORIARVM POLYBII

COMMEMORANTVR.

INDEX HISTORICVS ET GEOGRAPHICVS.

(Primus numerus, Romano more scriptus, Librum indicat; alter caput; tertius versum. Adjecta passim litera n. *vel literæ* Not. *aut* Adn. *significant, sive in brevibus scholiis sub contextu, sive potissimum in uberioribus Adnotationibus Tom. V. seqq. de ea re, de qua agitur, amplius nonnihil disputari.)*

A

Abba, ἡ Ἄββα, urbs Africæ, haud procul Carthagine; in quam se recepit Syphax castris amissis. XIV. 6, 12. 7, 5.

Abia, ἡ Ἄβια, *rectius* Ἀβία, urbs Messeniae; a Messeniis avulsa, separatim in fœdus Achaicum recipitur. XXV. 1, 2. *n.*

Abila, τὰ Ἄβιλα, urbs Galaaditidis, capta ab Antiocho Magno. V. 71, 2. *n.* victo Scopa; recepta ab eodem. XVI. 39, 3.

Abilyx, Ἀβίλυξ, (*Livio* Abelux *vel* Abelox) nobilis Hispanus, obsides Hispanorum Sagunti custoditos, decepto Bostare, Scipionibus fratribus tradit. III. 98 *sq.*

Abstinentiæ exempla apud Romanos frequentia, rariora apud Græcos. XVIII. 17 *extr. et seq.* XXXII. 8.

Abydus, ἡ Ἄβυδος, ἡ τῶν Ἀβυδηνῶν πόλις, ad fauces Propontidis. IV. 44, 6. situs ejus, et portus. XVI. 29. Arisben, oppidum agri Abydeni, infestant Galli Ægosagos, mox deleti a Prusia. V. 111, 5.

Abydum a terra et mari oppugnat Philippus. XVI. 30. desperatissima consilia capiunt Abydeni, & fortissime pugnant; sed quum propellere hostem non possent, perire omnes maluerunt, quam ei se tradere. 31-35.

Abydum M. Aemilius, legatus Romanorum, venit ad Philippum, & cum eo expostulat frustra. XVI. 34. Abydo excedere jubetur Philippus. XVII. 2, 4. XVIII. 27, 4.

Academia. Atticam, usque ad Academiam, populatur Nicander, dux Philippi. XVI. 27, 1.

ex Academia Philosophus Carneades, Romam legatus. *Spicil. ex libr.* XXXIII. *T. V. p.* 45.

Acarnanes, οἱ Ἀκαρνᾶνες *et* Ἀκαρνάνες. *vide Not. ad* IV. 5, 10. *item* Ἀκαρνανεῖς. IV. 30, 2. *n.* Acarnania, ἡ Ἀκαρνανία. Acarnaniam ab Epiro separat sinus Ambracicus. IV. 63, 6.

Acar-

Acarnanes & Epirotæ fœdus faciunt cum Illyriis, & ab illo tempore adverſantur Ætolis et Achæis. II. 6, 9 *ſq.* Illyriis ſeptem naves auxilio mittunt adv. Ætolos & Achæos, Corcyræis opem ferentes. II. 10.

de dividendis Acarnanum oppidis ſocietatem cum Alexandro, Epiri rege, fecerunt Ætoli. II. 45, 1. IX. 34, 7, 38, 9.

Acarnanes fœdere Antigoni cum Achæis comprehenſi. IV. 9, 4. *n.* 15, 1 *ſq.* 25, 3. invitati ad bellum Sociale adv. Ætolos, generoſe bellum ſuſcipiunt; candidus inprimis & ingenuus honeſtiſſimusque, ſi quis alius, populus Græciæ. IV. 30, 1 *ſqq.*

Acarnanes claſſem jungere cum Philippo jubentur ad Cephalleniam. V. 3, 3. prætor eorum Ariſtomachus copias ſuas jungit Philippo, Ætoliam invadenti. V. 6, 1 *ſq.*

Acarnaniam incurſat & populatur Agetas, prætor Ætolorum. V. 96, 1. Acarnanes, in Strati agrum incurſionem facientes, panico territi, re infecta redeunt. V. 96, 3.

Acarnanis Lyſiſci oratio ad Lacedæmonios, pro Macedonibus adv. Ætolos et Romanos. IX. 32 *ſqq.*

Acarnanum deſperata conjuratio. IX. 40, 4 *ſqq.* XVI. 32, 1 *et* 3.

adverſus Ætolos, Romanos & Illyrios, opem Philippi implorant Acarnanes. X. 41, 3.

Oeniadæ urbs, Acarnanibus ademta ab Ætolis, (IX. 39, 2.) eisdem reſtituitur ex pacis lege Ætolorum cum Romanis. XXII. 15, 14.

ad Acarnanes legatus mittitur, belli Perſici cauſa, C. Popillius. XXVIII. 5. concilium gentis Thurii actum. *ibid. vſ.* 1.

Acatides, ſtadiodromus, frater Pytheæ. XL. 1, 1.

Acatium, genus navigii minoris. I. 73, 2.

Accuſationi fides non prius habenda quam omnia diligenter inquiſieris. IV. 85, 4 *ſqq.*

Acerræ, *αἱ Ἀχέρραι*, oppidum Inſubrium, obſeſſum & captum a Romanis. II. 34.

Aceſimbrotus, Rhodiorum navarchus & legatus ad colloquium inter T. Flaminin. & Philippum. XVII. 1, 4. 2, 3 *ſqq.*

Acetabulum: in ſola Sicilia, velut in acetabulo, gloriam quæſivit Timoleon. XII. 23, 7.

Acetum ex loti baccis. XII. 2, 8.

Achæi, *οἱ Ἀχαιοί*. Achaia, *ἡ Ἀχαΐα*.

Achæi ſuccurrunt Epirotis adv. Illyrios. II. 6. contra eosdem Achæos, Epirotæ & Acarnanes fœdus faciunt cum Illyriis. II. 6, 9 *ſq.* Achæi cum Ætolis decem navibus auxilio veniunt Corcyræis adv. Illyrios, ſed ab his navali pugna ad Paxos vincuntur. II. 9 *ſeq.* Achæis & Ætolis Romani res a ſe adv. Illyrios geſtas per legatos renunciant. II. 12, 4.

Achæi, ſociali fœdere junc-

ti,

cti, eisdem legibus, ponderibus &c. eodemque magistratu utuntur. II. 37, 9 *sqq.* ACHÆORVM nomen cunctis Peloponnesiis commune factum, cum Achæi per se non fuissent maximus Peloponnesi populus. II. 38. Nusquam obtinuit status magis popularis, major juris æquabilitas & libertas, quam apud Achæos. II. 38, 6. Achæorum instituta & leges adscisunt civitates Magnæ Græciæ. II. 39.

Achæorum primus rex Tisamenus, postremus Ogygus. II. 41, 4 *sq.* IV. 1, 5.

Primum Fœdus Achaicum, democratia XII urbibus constans; II. 41, 5 *sqq.* oppidatim dirimitur a regibus Macedoniæ; II. 40, 5. 41, 9 *sq.* IV. 1, 5. instauratur; II. 41, 1 & 11 *sq.* ad totam paullatim Peloponnesum extenditur, auctoribus praesertim Arato, Philopœmene & Lycorta. II. 40, 1 *sq.* *Confer* Aratus, Philopœmen, Lycortas.

Achæi, instaurato fœdere, scribam communem habuerunt, & duos Prætores; dein nonnisi unum Prætorem, quorum primus Marcus Cerynensis. II. 43. paulo post, Aratus. *ibid.*

a Romanis, pro præstita eis opera, nihil umquam aliud, nisi libertatem civitatum Peloponnesi, petierunt. II. 43. 5 *sqq.*

cum Ætolis fœdus jungunt, eisque in bello adversus Demetrium strenuam operam navant. II. 44, 1. 46, 1.

Achæorum fœderi accedunt Megalopolitani, Argivi, Hermionenses, Phliasii. II. 44, 5 *sqq.*

Achæi Cleomenem & Lacedæmonios hostes declarant; hinc Bellum Cleomenicum. II. 46 *extr.* & *sqq.* Eorum amicus Ptolemæus *Euergetes;* II. 47, 2. sed is dein, spretis Achæis, Cleomenem juvat. II. 51, 2. Achæi vincuntur a Cleomene ad Lycæum montem, ad Ladocea, & ad Hecatombæum. II. 51, 3. 55, 2.

Achæorum *σύνοδος vel ἐκκλησία*, conventus s. concilium, Ægii agitur. II. 54, 3 & 13. IV. 7, 1. 26, 7 *sq.* 82, 7. XVI. 27, 4. XXVIII. 3, 7 & 10. ex lege, Ægii agi debuit; V. 1, 6 *sq.* *sed & sæpe* aliis in locis *est actum; velut* Clitore, XXIII. 5, 1. Corinthi, XXIX. 8, 8. XXXIII. 15, 2. XXXVIII. 4, 2. Megalopoli, XXIII. 7, 2. XXIV. 12, 12. Sicyone, V. 1, 9. XXV. 1, 5. XXVIII. 11, 9. XXIX. 9. 6. *Semel* concilium *vel* conventum Achæorum *non σύνοδον aut ἐκκλησίαν vocat Polybius, sed σύγκλητον,* XXIX. 9, 6. in quam non modo *τὴν βουλὴν* (*id est* magistratus) *ait* solere convenire, sed & omnes cives, annis triginta majores. *Videri quidem potest* IV. 26, 7 *sq.* & XXVIII. 3, 10. *coll. vs.* 7. *idem esse βουλὴ, atque σύνοδος vel ἐκκλησία; sed poterit ibi βουλὴ intelligi* consessus magistratuum *separatim habitus per*

per eosdem dies, quibus simul totius gentis conventus agebatur. Conventus Prætori creando, *s.* comitia prætoria, τὰς ἀρχαιρεσίας, agebant Achæi circa Pleiadum ortum, *id est* æstatis initio. IV. 37, 2 *sq.* V. 1, 1. 30, 7. *adde* IV. 82, 7. *coll. vs.* 1. *Eodem pertinere videtur* ἡ καθήκασα σύνοδος IV. 7, 1 *sq. coll. vs.* 6 *&* 10. *Quo tempore acta fuerit* ἡ καθήκουσα σύνοδος *de qua* IV. 26, 7. *agitur, non peræque liquet. Illos* conventus, *qui* II. 54, 3. *& ibid. vs.* 13. *commemorantur, intelligitur actos esse* sub hiemis initium.

Achæi Mantinenses, qui ab ipsis defecerant, vi recipiunt & perhumaniter tractant. II. 57.

Prætor Achæorum Timoxenus. IV. 6 *sq. conf.* Timoxenus. Achæi post Cleomenicum bellum exercitia militaria neglexerunt. IV. 7, 6 *sq.* Messeniis auxilium decernunt adv. Ætolos. IV. 7. infeliciter cum his pugnant ad Caphyam. IV. 12.

decreta Achæorum de Bello Sociali adv. Ætolos. IV. 15. *&* 25. avita amicitiæ jura renovant Achæi cum Philippo. IV. 26, 7 *sq.*

Achæi & Philippus societatem ineunt cum Polyrrheniis Cretensibus; auxilio his mittuntur 200 milites Achæi. IV. 55, 2.

in commune Achæorum nihil amplius contribuere decreverunt Dymæi, Pharæenses & Tritæenses, cum auxilium a prætore Achæorum adv. Ætolos nullum acciperent. IV. 66, 4 *sqq.*

Achæos in servitutem redigere conatur Apelles. IV. 76. 82, 2 *sqq.*

Prætor Achæorum Eperatus. IV. 82, 8. V. 1.

decretum de stipendio solvendo militibus Philippi. V. 1, 11 *sq.*

Prætor Achæorum Aratus. V. 30, 7. 91 *seqq.*

Pacem cum Ætolis faciunt Achæi & Philippus, & Bello Sociali finem imponunt. V. 105.

Prætor rursus creatur Timoxenus. V. 106, 1.

Prætor Euryleo; præfectus equitum Philopœmen. X. 24, 1. 25, 6.

Achæi adv. Ætolos (*qui cum Romanis & Attalo societatem contraxerant,*) & adversus Lacedæmonios opem implorant Philippi. X. 41, 2.

equites Achæorum exercet Philopœmen, præfectus equitum, prætore Euryleonte. X. 24 *seq. & cap.* 21 *seq. conf. Adn.* imperitiam ducum castigat, & disciplinam omnem militarem apud Achæos restituit idem Philopœmen, prætor. XI. 8-10. eodem duce, Achæi Machanidam & Lacedæmonios acie vincunt, Tegeam capiunt, & Laconicam impune deprædantur. XI. 11-18.

Achæorum omnis juventus in unum diem Tegam a Philopœmene convocata, incursionem

nem facit in Laconicam. XVI. 36 *seq.*

Achæis edicunt legati Romanorum, populum Rom. bellum indixisse Philippo, ni ab injuria in Graecos abstineret. XVI. 27, 4.

Achæos Philippus concitat ad bellum cum Romanis; XVI. 38. sed illi, decreto facto, a Macedonum partibus ad Romanos transeunt. XVII. 6, 7.

Achæi, in colloquio Philippi cum T. Quintio, Corinthum et Argos a Philippo repetunt. XVII. 2, 5. 6, 8. post bellum Philippicum, Romæ per legatos societatem petunt Romanorum; sed litem eis movent Eleorum, Messeniorum & Ætolorum legati. XVIII. 25, 6.

adversus Achæos & Romanos Antiochum advocant Inati Ætoli. III. 3, 3.

Eumeni auxilia mittunt Achæi adv. Antiochum. XXI. 7, 1 *sq.*

M. Æmilius Lepidus consul, literis ad commune Achæorum scriptis, increpat eos ob res Lacedæmone prave administratas. XXIII. 1, 1 *sq. conf. cap.* 7, 5 *sq.*

Romam legatos mittunt Achæi, prætore Philopœmene. XXIII. 1, 4. 7, 1. & ad Ptolemæum Epiphanem. XXIII. 1, 6. 7, 1. Achæis Philopœmen prætor facultatem dat, res a Bœotis per vim repetendi; unde belli initium. XXIII. 2, 10 *sqq.* Achæorum prætor Aristænus; & concilium gentis Megalopoli actum, quo conveniunt legati Roma & Alexandria redeuntes, tum legati regum Eumenis & Seleuci, dona pollicentes, & Cæcilius legatus Romanor. XXIII. 7-10. *conf. cap.* 4, 5 *sq.* Achæorum magistratus, Argis congregati, Q. Cæcilio negant conventum gentis, eo quod scriptum Senatus mandatum non haberet. XXIII. 10, 10 *sqq.* 12, 5 *sqq.* *Sic* Tito Quintio. XXIV. 5, 16 *sq.*

Achæos Romæ in senatu accusat Q. Marcius; legatis eorum, auxilia adv. Messenios petentium, responsum dari curat, e quo patebat, non impedituros Romanos, si qui populi a societate Achaeorum vellent discedere; legati ipsi Romæ retinentur. XXIV. 10, 1 & 8 *sqq. conf.* XXV. 1, 3.

Achæis Ptolemæus Epiphanes decem naves dono offert, ad quas accipiendas nominantur legati, Lycortas, Polybius, Aratus junior; sed morte regis praepeditur legatio. XXV. 7.

Prætor Achæorum Hyperbatus. XXVI. 1, 1.

exsulum Lacedæmoniorum causa legati Achæorum Romam mittuntur; in his Callicrates, adulator Romanorum, proditor suæ gentis & auctor malorum. XXVI. 1-3.

Prætor Achæorum Callicrates: XXVI. 3, 14. Archo: XXVII. 2, 11. rursus Archo: XXVIII. 6, 9. 7, 6.

Achæi, prætore Archone, per Polybium consuli Romano

auxilia offerunt adv. Perſeum, quæ ille non accipit. XXVIII. 10 *ſeq.*

auxilia ab Achæis petunt Ptolemæi fratres, & duces Lycortam & Polybium; ſed illi legatos mittunt ad pacem inter Ptolemæos & Antiochum Epiphanem conciliandam. XXIX. 8-10.

Achæi, absque ſuo incommodo, 30 aut 40 millia militum armare poſſunt. XXIX. 9, 8.

Achæi per legatos Romæ pro exſulibus ſuis (qui ob belli Perſici culpam Romam erant evocati, & per Italiæ municipia diſtributi; XXX. 10, 6 *ſqq. & ibi Adnot.* XXXII. 9, 5.) fruſtra deprecantur. XXXI. 8. rurſus, præcipue pro Polybio & Stratio; XXXII. 7, 14 *ſqq.* rurſus; XXXIII. 1, 3 *ſqq. & cap.* 2. rurſus; XXXIII. 13. ad extremum liberantur Exſules Achæorum, intercedente Catone. XXXV. 6.

Delios, qui imperium Athenienſium fugientes in Achaiam commigraverant, civitate donant Achæi. XXXII. 17.

ab Achæis & Rhodii & Cretenſes auxilia petunt ad bellum quod inter ſe geſſerunt: auctore Callicrate, neutri populo auxilia mittuntur. XXXIII. 15. Concilium Achæorum Corinthi habitum. *ibid. vs.* 3.

Belli Romanorum Achaici ſemina. XXXVIII. 1-5. Achæi controverſias et bellum habent cum Lacedæmoniis. *cap.* 2, 11. 3, 2 *ſqq.* XL. 2, 6. Fortuna, cum ſervatos Achæos vellet, fecit ut nullo negotio vincerentur, et celeriter ſubigerentur. XL. 5, 8 *ſqq. vincuntur* Achæi *a Mummio* pugna ad Iſthmum commiſſa. III. 32, 3. Ex mandato decem legatorum, Polybius res Achaiæ ordinat. XL. 10.

Achæorum *neſcio quis, ad prætoram (puto) nominatus,* deprecatur honorem. *Fragm. hiſtor.* 1.

Achæi Phthiotæ, *οἱ Ἀχαιοὶ, οἱ Φθιῶται,* liberi renunciantur ex SCto Romanorum. XVIII. 29, 5. & Theſſalis eos adtribuit T. Quintius cum decem legatis. 30, 7. *quibus ex locis intelligitur,* Phthiotas omnes *nomine* Achæorum *indigitari a Polybio.*

Gente Achæus *dicitur* Phaxidas V. 65, 3. *qui idem* Melitæenſis *perhibetur* V. 63, 11. *nempe ex Melitœa, Phthiotidis oppido. vide Adn. ad h. l.*

Achæus, *princeps & auctor gentis Achœorum.* Imaginem Achæi, e Peloponneſo in Acarnaniam a Romanis jam deportatam, a Mummio repetiit et obtinuit Polybius. XL. 8, 10. *n.*

Achæus, filius Andromachi, fratris Laodices, quæ uxor fuit Seleuci Callinici, patris Antiochi Magni. IV. 51, 4. VIII. 22, 11. ejus uxor Laodice, V. 74, 5. VIII. 21, 7. Mithridatis filia, regis Ponti, VIII. 22, 11. ſoror Laodices, uxoris Antiochi Magni. V. 43, 1 *ſqq.*

Achæus,

Achæus, Seleucum *Cerauum*, Callinici filium, trans Taurum comitatus, cædem Seleuci ulciſcitur; & ſub Antiocho, Seleuci ſucceſſore, Aſiæ cis Taurum præfectus, Attalo quas ille ſibi ſubjecerat Aſiæ regiones eripit: mox diadema & regium nomen ipſe ſibi adſciſcit. IV. 2, 6. IV. 48. V. 40, 7. 57, 5. expeditionem adv. Antiochum in Syriam molitur, ſed eam ob ſeditionem in exercitu ortam omittit, & Piſidiam populatus domum redit. V. 57. Sardibus in Lydia ſedes habet. V. 57, 4. *conf.* Sardes.

ab Achæo auxilia contra Rhodios petunt Byzantii. IV. 48, 1 *&* 13. pater Achæi, Andromachus, Alexandriæ captivus, precibus Rhodiorum condonatur. IV. 51.

fictam Achæi epiſtolam Hermæas Antiocho offert, qua ſignificatur Ptolemæum cum Achæo facere. V. 42, 7 *ſq.* nuncios ad Achæum mittit Antiochus, accuſans eum, & fidem ejus obteſtans. V. 57, 1 *ſq.* Haud dubie cum Ptolemæo *Philopatore* conſilia communicat Achæus, V. 66, 3. intercedentibus Nicomacho & Melancoma Rhodiis. VIII. 17, 9 *ſq.* Achæum fœdere cum Antiocho comprehenſum vult Ptolemæus. V. 68, 12.

Achæus Pedleniſſenſibus, Piſidiam incolentibus, Garſyeridem cum exercitu auxilio mittit adv. Selgenſes. V. 72 *ſq.* deinde ipſe Selgam venit, proditione Logbaſis capturus urbem, ſed ſpe fruſtratus pacem cum Selgenſibus facit. 74-76, interim Milyadem & majorem Pamphyliæ partem ſibi ſubjicit. 77, 1. dum ad Selgas hæret Achæus, Attalus ei Æolidem & Myſiam eripit. 77, 2 *ſqq.*

ab Achæo timet Antiochus poſt pugnam ad Raphiam. V. 87, 2. Sardibus eum obſidet Antiochus et urbem capit. VII. 15 *ſeqq.* arcem Achæus tenet. V. 17, 4. per Bolidem, a Soſibio ad ſe liberandum miſſum, proditur Antiocho; VI. 17 *ſqq.* & præter opinionem captus, *c.* 22. ſupplicio ab eo adficitur. *c.* 23.

Achaia, occupatur a Tiſameno. II. 41, 4. Achaiæ civitates XII. primum fœderatæ. II. 41, 6. *Confer* Achæi.

Ἀχαΐας *quod* IV. 77, 8. *erat in edd. & msstis, in* Ἀρκαδίας *mutavi cum Palmerio.*

Achelous amnis, ὁ Ἀχελῷος, *Acarnaniam ab Ætolia disterminat. Adnot. ad* IV. 63, 7. Stratum urbem praeterfluit. IV. 63, 11. *coll.* 64, 1. V. 13, 10. *De eodem vide* V. 6, 6. V. 7, 3 *&* 6.

Achradinam, τὴν Ἀχραδινήν, partem urbis Syracuſarum, claſſe oppugnat Marcellus. VIII. 6, 1.

Achriana, Ἀχριάνη, Hyrcaniæ urbs. X. 31, 14.

Acies. acies navalis M. Atilii & L. Manlii, quatuor claſſibus con-

conſtans, triquetra, roſtri figura. I. 26. acies ad forcipis figuram, ἐν ἐπικαμπίῳ. I. 27, 4. *n.* V. 82, 9. XII. 21, 6. *n.* acies bifrons Gallorum ad Telamonem. II. 28 *ſeq.* acies Hannibalis et Romanorum ad Trebiam. III. 72. acies lunata, μηνοειδής. III. 113, 8. *Confer* Pugna.

equitum acies qua altitudine inſtruatur ad pugnam. XXII. 18, 3. quot equites in acie capiat ſtadium; XII. 19, 9. quot pedites. XII. 20 *ſeq.*

aciei inſtruendæ ratio uſitata apud Romanos, paululum immutata a Scipione in pugna cum Hannibale. XV. 9, 7 *ſqq.*

aciei Romanæ comparatio cum Phalange Macedonica. XVIII. 11 *ſeqq.*

Acilius. Manius *Acilius Glabrio* conſul, capta Heraclea, Ætolos in fidem recipit, non intelligentes quid hoc eſſet, fidei Romanor. ſe permittere. XX. 9 *ſeq.* vincit Antiochum ad Thermopylas. *Spicileg. Reliquiar. ex lib.* XX. Amphiſſum obſidet, ubi ſucceſſor ei venit L. Scipio. XXI. 2. provincia decedit. XXI. 3, 13.

Acræ, Ἄκραι, Ætoliæ oppidum. V. 13, 8.

Acriæ, Ἀκρίαι, oppidum Laconiae. V. 19, 8.

Acrocorinthus, ὁ Ἀκροκόρινθος, cum præſidio Antigoni Gonatæ teneretur, proditione capitur ab Arato. II. 43, 4. 45, 3. IV. 8, 4. Antigono *Doſoni* in pignus ſocietatis & amicitiæ offertur ab eodem Arato, & ab illo accipitur. II. 51, 6 *& cap.* 52. ſpatium inter Acrocorinthum & Oneos montes foſſa & vallo munit Cleomenes. II. 52, 5. Acrocorinthum & Ithomatham ſervare ſuadet Philippo Demetrius Pharius. VII. 11, 3. Acrocorinthum poſt bellum Philippicum præſidio tenent Romani. XVIII. 28, 12. *Confer* Corinthus.

Acte *vel* Acta, ἡ Ἀκτή, orientalis ora Peloponneſi. V. 91, 8. *n.*

Actium, fanum Acarnanum, *τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερὸν καλούμενον Ἄκτιον, id eſt ad verbum,* locus qui Templum Litorale Acarnanum vocatur; ibi anguſtiſſimus eſt ſinus Ambracicus. IV. 63, 4.

Acuſilochus, Aſiæ dynaſta, fœdere Eumenis cum Pharnace comprehenſus. XXVI. 6, 12.

Adæus, præfectus Bubaſti urbis. XV. 27, 6.

Adæus, Beroœnſis Macedo, Perſei legatus ad Genthium. XXVIII. 8.

Addua. *Vide* Adua.

Adherbal, Ἀταρβᾶς, dux Carthaginienſium, præfectus urbis Drepanorum. I. 46, 1. 49, 4. pugna navali ad Drepana vincit P. Claudium, & claſſem ejus disperdit. I. 49-52. Adherbalis trierarchus et præcipuus amicus Hannibal, Amilcaris filius. I. 44, 1. *n.* ejusdem Adherbalis collega Carthalo, qui tamen ſub ejus fuit imperio. I. 53, 1.

Adiganes, Ἀδιγάνες, (*temere vulgo* Diganes, Διγάνες,) magiſtratuum nomen apud Seleu-

leucienſes ad Tigrim. V. 54, 10. *n.*

Adimantus, ephorus Lacedæmon. Philippo favens adv. Ætolos, per ſeditionem occiditur. IV. 22. deinde falſo accuſatur apud Philippum ut auctor tumultus. 23, 5 *&* 8.

Adis *vel* Adin, Adys *vel* Adyn, urbs non pœnitenda Africæ, capta a Regulo. I. 30, 5. *εἰς πόλιν Ἀδῖν, alii codd.* Ἀδύν.

Admetus, a Philippo necatus. XXIV. 8, 9.

Adrene *vel* Adrane, Ἀδρήνη, oppidum Thraciæ. XIII. 10, 6.

Adrianus ager. *vide* Hadrianus.

Adriaticum mare, Adriaticus ſinus, Adrias, ὁ Ἀδρίας, I. 2, 4. II. 17, 5. III. 86, 8 *ſq.* 87, 1. 88, 1. ὁ Ἀδρίας κόλπος, II. 14, 11. ὁ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπος, II. 14, 4. οἱ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλποι, II. 16, 7. ἡ κατὰ τὸν Ἀδρίαν θάλαττα, II. 16, 4.

intimus Adriatici ſinus receſſus, ὁ τοῦ παντὸς Ἀδρίου (*vel* Ἀδρίᾳ) μυχός, II. 14, 6. III. 47, 4. ὁ Ἀδριατικὸς μυχός, II. 16, 7. XXXIV. 6, 10.

ad introitum ſinus Adriatici (*ſcil. e Ionio mari navigantibus*) ad dextram eſt Oricus, oppidum Epiri. VII. 19, 2.

Adrumetum, urbs Africae, (*metropolis Byzacenæ,*) ὁ Ἀδρύμης, τοῦ Ἀδρύμητος, τὸν Ἀδρύμητα. XV. 5, 3. Adrumeti caſtra habet Hannibal, ex Italia reverſus. *ibid.* eodem poſt pugnam ad Zamam fuga ſe recipit. XV. 15, 3.

Adua, (*vel* Addua,) ὁ Ἀδόας *vel* Ἀδούας, fluv. ſuperioris Italiæ, *s.* Galliae Cisalpinæ; exit e lacu Lario. XXXIV. 10, 21. (*Ibi* Ἀδούαν *ſcribe, pro* Ἄδουαν.) qua Adua in Padum influit, conſules intrarunt in Inſubrium fines. II. 32, 2.

Æacidæ bello gaudent veluti epulis, juxta Heſiodum. V. 2, 6.

Æcæ, Αἴκαι, oppidum Italiæ, *in* Apuliæ *& Samnii confinibus.* III. 88, 9. *n. Olim τὰς Αἴγας erat editum, minus recte; niſi* Γ *pro Romanorum* C *ſcripſit Polybius, quemadmodum uſus obtinuit in* Γάϊος, Γναῖος, *aliisque nonnullis.*

Ædilis, in Ædilium ærario Romæ ſervantur tabulæ æneæ fœderum, in Iovis Capitolini templo. III. 26, 1.

ædilis creatur Scipio Africanus major ſimul cum fratre. X. 4 *ſeq.* Ædilitas maximus honos qui juveni patricio Romæ confertur. X. 4, 1.

Ædui (Αἴδυες) *fortaſſe legendum pro* Ἄρδυες III. 47, 3.

Ægæ. Vide Æcæ.

Ægæ, oppidum Æolidis; cujus cives, Ægæenſes, *οἱ Αἰγαιεῖς,* cum prius Achæo ſe tradidiſſent, tradunt ſe Attalo. V. 77, 4. *n.* damna eis inlata ſarcire tenetur Pruſias. XXXIII. 11, 8. *Ibi in lat. verſ. pro* Ægienſium *rectius ſcribetur* Ægæenſium.

Ægæum mare, τὸ Αἰγαῖον. XVI. 34, 1.

Ægates; *vide* Ægueſa.

Ægeaten, Αἰγεάτην, *mendoſe (ut videtur) mssti vocant Teleclem,*

lectem, quod in Τεγεάτην *mutarunt editores.* XXXIII. 1, 3. *n.*

Ægeſta, ἡ Αἰγέστη, opp. Siciliæ; obſidione liberatur a C. Duilio. I. 24, 2. *Cives* Ægeſtaſtani, *oi* Αἰγεστεῖς. *ibid.*

Ægienſes; *vide* Ægium.

Æginetæ, Αἰγινῆται, a P. Sulpicio in ſervitutem redacti ſunt, & ab Ætolis Attalo venditi, pretio 30 talentorum. XXIII. 8, 9 *ſqq.* XI. 6, 8. Ægineta Caſander. XXIII. 8, 9.

Ægira, ἡ Αἴγειρα, ἡ τῶν Αἰγειρατῶν πόλις, urbs Achaiæ, ex XII. primis fœderatis. II. 41, 8. ſita ad ſinum Corinthiacum, inter Ægium & Sicyonem. IV. 57, 5 *ſq.* per proditionem capta ab Ætolis, ſervatur virtute civium, & plurima pars Ætolorum occiditur. IV. 57 *ſeq.*

Ægiticus ager. Sic mendoſe olim edebatur. II. 54, 3. *pro* Ægyticus. *Vide* Ægys.

Ægitna, ἡ Αἴγιτνα, oppidum ad mare in finibus Oxybiorum Ligurum, XXXIII. 7, 2. vi capitur a Romanis. 8, 2.

Ægium, τὸ Αἴγιον, urbs Achaiæ, ex XII primis olim fœderatis. II. 41, 8. Ægienſes, *oi* Αἰγιεῖς, mox eis civitatibus ſe adjunxerunt quæ fœdus inſtaurarunt, ejecto præſidio Macedonico. II. 42, 13 *ſq.*

Ægii conventum agunt Achæi appetente hieme, eodem venit Antigonus Doſon. II. 54, 3. & rurſus anno ſequenti. *ibid. vs.* 13. rurſus Ægii legitimo tempore agitur, conventus Achæorum. IV. 7, 1. 26, 7 *ſq.* 82, 7. *adde* XVI. 27, 4. & XXVIII. 3, 10. *conf.* Achæi. Ex lege ſemper Ægii agi conventus Achæorum debuit; ſed Aratorum cauſa Sicyonem transtulit eum Philippus. V. 1, 6 *ſqq.*

Ægium tridui itinere abeſt a Megalopoli. II. 55, 1. inter Ægium & Sicyonem eſt Ægira. IV. 57, 5. Naves ſuas Ægium mittit Philippus; V. 101, 4. & ipſe eo cum exercitu venit. 102, 5.

Ægones, Αἴγωνες. *Mendoſe ſic vulgo legebatur, pro* Λίγγωνες, *quod vide.*

Ægos flumen, Αἰγὸς ποταμοί; pugna navalis ibi facta. I. 6, 1. *n.*

Ægoſages *vel* Ægoſagæ, Αἰσογάγαι. *ſic vulgo legebatur* V. 77, 2. *&* 78, 6. *ubi* Αἰγοσάγας *ex Caſauboni conjectura in* Τεκτοσάγας *mutavi, vereor ne præpopere. vide Adnot. Fortaſſe etiam* V. 53, 3. *pro* Ῥιγόσαγες, *quod dabant libri,* Αἰγόσαγες *erat ſcribendum.*

in Aſiam invitati ab Attalo, cum eo Æolidem & Myſiam Achæo eripiunt; dein eis ſedes adſignantur ad Helleſpontum. V. 77 *ſeq.* effuſe depopulantur urbes ad Helleſpontum; hinc Troade ejecti ab Alexandrenſibus, Abydenorum fines infeſtantes, deleti ſunt a Pruſia. V. 111.

Ægoſthenenſe vinum dulce, τὸ Αἰγοσθένιον. VI. 2, 4. *n. Sed, Stephano Byzant. teſte, gentile*

tile Polybius ἡ Αἰγοσθενίτης usurpavit. vide Fragm. histor. 2.

Ægusa *vel* Ægussa insula, ante Lilybæum sita, una ex Ægatibus; *ἡ Αἴγουσα vel Αἴγουσσα.* I. 60, 4. *n.* ad eam pugna committitur navalis inter C. Lutatium & Hannonem, qua 50 naves Punicæ demersæ sunt, 70 captæ. I. 60 *seq.*

Ægusæ *vel* Ægussæ insulæ, inter Lilybæum & Africam sitæ, *αἱ καλούμεναι Αἴγουσαι vel Αἴγουσσαι, eædem quæ Ægates.* I. 44, 2. *n.*

Ægyptus; *&* Aegyptii. *Vide* Ptolemæi, Ægypti reges.

Ægyptiacas res ante Olymp. CXL. gestas multi scripsere; quare nil opus fuit ut altius eas repeteret Polybius. II. 37, 6. res Ægyptiacas plurium annorum simul uno libro XIV. complexus est Polybius. XIV. 12.

Ægypti turbæ sub finem regni Ptolemæi Philopatoris. III. 2, 8. *conf.* XIV. 12. optimates rebelles domiti sub Ptolemæo Epiph. XXIII. 16. Ægypto manus injicit Philippus. III. 2, 8. *si ibi vera vulgaris scriptura.*

Ægypti reges, præter Ægyptum, tenuerant Cœlesyriam & Cyprum, tum & opportunissima loca per omnem Asiæ oram a Pamphylia ad Hellespontum; item Lysimachiam, Ænum & Maroneam, aliasque Thraciæ urbes. V. 34, 7 *sq.* & Ptolemæus etiamnum Philopator multas Sami naves habuit, & magnum militum numerum aluit Ephesi. V. 35, 11.

Ægyptii, victoria ad Raphiam inflati, arma capiunt contra Ptolemæum Philopat. V. 107, 1 *sqq.* III. 2, 4. XIV. 12, 4. *n.*

ex Ægypto Romani frumentum petunt in annonæ inopia bello Hannibalico. IX. 44.

Ægypto, excepta Alexandria, potitur Antiochus Epiphanes. XXVIII. 16. 1. XXIX. 1, 1. Ægyptum Ptolemæis servant Romani, exire jusso per Popillium Antiocho Epiphane. XXIX. 11, 11.

Ægyptii, dum fervet ira, mirum in modum crudeles, XV. 33, 10.

Ægys, Αἴγυς, *oppidum Laconiae, in Arcadiae confinibus. Hinc* Ægyticus ager, *ἡ Αἰγῦτις χώρα*, II. 54, 3. *n.*

Æmilia, soror L. Æmilii, patris naturalis Scipionis minoris, uxor Africani majoris, avi adoptivi Scipionis minoris. XXXII. 12. ejus hæres Scipio minor pretiosum adparatum, quem moriens illa ei reliquerat, donat matri suæ, repudiatæ a L. Æmilio. *ibid.*

Æmilius, Αἰμίλιος. *Minus recte vulgo nonnumquam* Αἰμύλιος *vel* Αἰμύλιος *erat scriptum. vide* I. 36, 10. *n.* XVI. 34, 1.

L. Æmilius *Papus*, Cos. Ariminum mittitur ad prohibendos Gallos. II. 23, 5. Arimino in Etruriam properat ad succurrendum Romanis, qui a Gallis ibi premebantur. II. 26. duplici acie cædit Gallos, cum

collega e Sardinia redeunte. 27-31.

L. Æmilius *Paullus*, Cos. mittitur in Illyricum, adv. Demetrium Pharium rebellem. III. 16, 7. IV. 37, 4. bellum ibi fortiter gerit. III. 107, 8. Dimalum et Pharum urbes vi capit, &, victo fugatoque Demetrio, Illyricum omne, quod sub Demetrio fuerat, recipit. III. 18 *seq.* IV. 66, 8. ex Illyrico triumphat. III. 19, 12 *sq.* IV. 66, 8.

consul iterum cum C. Terentio, III. 106, 1. V. 108, 10. omnium animos & spem in se convertit. III. 107, 8. 108, 1. hortatur milites. 108 *seq.* pugnandi consilium non probat, nec tamen impedire potest. 110. alternis diebus cum C. Terentio imperium habet. 110, 4. pugnam oblatam ab Hannibale detrectat. 112. dextrum cornu tenet in Pugna Cannensi. 114, 6. fortissime pugnans cadit, optimus civis. 116,

L. Aemilius *Paullus, superioris filius*, Consul Perseum acie vincit. XXIX. 6. XVIII. 18, 4. stupet Macedonicam phalangem. XXIX. 6, 11 *sq.* hibernat in Macedonia XXIX. 8, 11. ad Cibyratas scribit de Polyarato Romam mittendo. XXX. 9. 18. civitates Græciæ obit. XXX. 15. *& Spicileg. Reliquiar. ex lib.* XXX. *T. V. p.* 44 *sq.* ludos celebrat in Macedonia XXXI. 3, 1. septuaginta oppida Epiri evertit. XXX. 15, 5 *sq.*

Charopem Epirotam Romæ domo sua prohibet. XXXII. 22, 5. vir abstinentissimus. XVIII. 18, 4 *sqq.* XXXII. 8. moritur. XXXII. 8, 1. 14, 1.

ejus duo filii naturales, Fabius & Scipio XVIII. 18, 6. XXXII. 14.

Lucius *Æmilius Regillus*, classis Romanæ præfectus bello Antiochico. XXI. 6, 1. *n.* 8, 3 *sqq.* pugna navali *ad Myonnesum* vincit Antiochum, 9, 13. 10, 1. *n.* XXII. 7, 16. triumphans Romam redit. XXII. 7, 17.

M. Æmilius *Paullus*, Cos. cum Ser. Fulvio, capit CIX naves Pœnorum, I. 36. classem Rom. infando naufragio amittit. 37.

M. *Æmilius* Lepidus. Eo consule, Romani agrum Picenum, Gallis Senonibus ademtum, dividunt colonis. II. 21, 7.

M. Æmilius Lepidus, minimus natu e legatis ad reges Antiochum & Ptolemæum missis, ad Abydum urbem expostulat cum Philippo, & ab eo ut juvenis ridetur. XVI. 34.

consul, deinde Pontifex Maximus, XXIII. 1, 2. idemque princeps senatus. XXXII. 22, 5.

ejus consilia sequitur legatus Ptolemæi. XXVIII. 1, 8. Charopem Epirotam Romae domo sua prohibet. XXXII. 22, 5.

Æmulatio imperita magnorum virorum. XI. 8, 4-7.

Æmus *sive* Hæmus, ὁ Αἷμος *sive* Αἷμος, (*vide Cellar.* II. 15. *p.* 1296.) mons Thraciæ; magnitu-

gnitudine et altitudine inferior Alpibus. XXXIV. 10, 15. ex eo utrumque mare, Adriaticum et Pontum Euxinum, conſpici poſſe, *ait Polybius, negat Strabo.* XXXIV. 12, 1 *ſq.*

Ænæ (*ſive* Anææ) fanum, τῆς Αἴνης (*s.* Ἀναίας) ναὸς, Ecbatanæ, auro & argento abundans. X. 27, 12 *ſq. n.*

Æneas *Tacticus*, ſcripſit Commentarios περὶ τῶν Στρατηγικῶν, *id eſt*, de Officio Imperatoris. X. 44, 1. *n.* ejus ratio ſigna dandi per Faces, emendata a Polybio. X. 44 *ſq.*

Æneis vaſis indagant Ambraciotæ cuniculos Romanorum. XXII. 11, 10 *ſqq.*

Ænian (*s.* Ænianum) ſinus, ὁ Αἰνιὰν *s.* Αἰνειὰν κόλπος, *aut* ὁ Αἰνιάνων *vel* Αἰνειάνων κόλπος, *idem qui* Maliacus, *inter Locros Epicnemidios et Theſſaliam.* X. 42, 5. *n.*

Ænus, Αἶνος, urbs maritima Thraciae. *conf.* Maronea. Ora Thraciæ, ubi ſunt Ænus & Maronea urbes, in regum Ægypti erat poteſtate. V. 34, 8. *conf.* Lyſimachia.

Ænii, *oi* Αἴνιοι, inter ſe diſſident, alii ad Eumenem, alii ad Macedonas inclinantes. *Fragm. hiſtor.* 4. & XXIII. 6, 7. *ubi jam inſertum eſt idem Fragmentum. Adde* XXIII. 13, 9. exſules Æni & Maroneæ apud ſenatum Rom. queruntur de Philippo. XXIII. 11, 2. Æno & Maronea præſidia deducere jubetur Philippus. XXIII. 11, 4. Ænum & Maroneam a ſenatu Rom. dono ſibi petit Attalus. XXX. 3, 3. promittit ſenatus; 3, 5. ſed mox revocato promiſſo liberas eas urbes declarat. 3, 7.

Æolia, Æolis, ἡ Αἰολίς. Æoliae urbes Achæo eripit Attalus. V. 77, 2. easdem dein occupavit Antiochus Magnus. XXI. 10, 4.

Æoliæ inſulæ; *vide* Liparææ. I. 25, 4. *n.*

Æolus, cur ventorum promus condus rexque ventorum fictus ſit ab Homero. XXXIV. 2, 4 *ſqq. & cap.* 11, 15-20.

Æpium *s.* Æpius, Αἴπιὸν *s.* Αἰπιὸς, oppidum Triphyliæ. IV. 77, 9. *n. vbi minus recte vulgo* Αἴπυόν. In deditionem accipitur a Philippo. IV. 80, 13. *n. ubi perperam vulgo* Ἐπειόν.

Æqualitas poſſeſſionum a Lycurgo inſtituta. VI. 48, 3 *ſqq.*

æquabilitatem juris oderunt tyranni. XXII. 5, 8. *Conf.* Libertas.

Æquator. de Habitatione ſub Æquatore libellum ſcripſit Polybius. *vide Tom. V. p.* 25 *ſqq.*

Aëris influxus in hominum naturam. IV. 21, 1 *ſq.*

Ærarium Rom. in poteſtate eſt Senatus. VI. 13, 1.

in ædilium ærario, in Iovis Capitolini templo, conſervantur æneæ tabulæ fœderum. III. 26, 1.

Ærenoſii, Αἰρηνόσιοι, populus Hiſpaniæ citerioris, ſubacti ab Hannibale. III. 35, 2.

Æſchrion, Αἰσχρίων, Acarnan, Romanis favens. XXVIII. 5, 1.

Æſculapii fanum, Ἀσκληπιεῖον,

prope Agrigentum. I. 18, 2. Ambraciæ. XXII. 10, 2. Carthagine Nova. X. 10, 8. Pergami. XXXII. 25, 1.

Æsculapii statua, Phyromachi opus, rapta a Prusia. XXXII. 25, 4.

Æthale, Αἰθάλη, insula Etruscorum. XXXIV. 11, 4.

Æthalea, Αἰθάλεια. Sic vocatur Lemnus insula. *ibid.*

Æthiopia; Æthiopes. Circa Æthiopiam sese contingunt Asia & Africa. III. 38, 1. utrum a meridie Æthiopiæ continens sit terra, an mari ea ambiatur, nemo adfirmare potest. *ibid.*

Æthiopes Daratitæ. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 7. Æthiopes Perorsi. *ibid.*

Ætna. Post Ætnam, maximus Siciliæ mons Eryx est. I. 55, 7.

Ætoli, Αἰτωλοί. Ætolia, Αἰτωλία.

Ætoli Medionem urbem Illyridis oppugnant, et jam de titulo manubiarum inter se litigant. II. 2. ab Agrone, rege Illyriorum, magna clade adficiuntur. II. 3 *seq.*

gens superbia ferox. II. 3, 3. 4, 6. cui innata est improbitas & prava cupiditas. II. 45, 1. 49, 3. neque pacis neque belli jura norunt Ætoli. IV. 67, 4. nil turpe putant, dummodo quæstus adsit. II. 46, 3. IX. 38, 6. adsueti ex rapto vivere, & ferinam quamdam agere vitam. IV. 3, 1. eorumdem avaritiam odit T. Quintius. XVIII. 17, 1.

Ætoli succurrunt Epirotis adv. Illyrios. II. 6. eis adversantur Acarnanes & Epirotæ, fœdere icto cum Illyriis. 6, 9 *sq.* Ætoli & Achæi suppetias veniunt Corcyræis, obsessis ab Illyriis. II. 9 *seq.*

Ætolis & Achæis Romani per legatos renunciant victoriam suam de Illyriis, & pacem eis datam. II. 12, 4 *sq.*

Ætolorum cupiditati se opponit Aratus. II. 43, 9. cum Ætolis fœdus jungunt Achæi, eosque juvant in bello adv. Demetrium, Philippi patrem. II. 44, 1. 46, 1. Ætoli, invidia accessionum tacti, quibus creverat respub. Achæorum, cum Antigono Philippi tutore & cum Cleomene societatem contrahere adv. Achæos student; sed consilia eorum pervertit Aratus. II. 45 *seq.*

iidem antea cum Alexandro, Epiri rege, pactum fecerant de dividenda Acarnania; II. 45, 1. *n.* IX. 34, 7. & cum Antigono Gonata, de dissolvenda repub. Achæorum. II. 45, 1. IX. 34, 6. 38, 9.

Ætoli, cum Antigoni Dosonis metu quieti fuissent, spreta Philippi pueritia prætextum quæsivere rebus Peloponnesi se immiscendi. IV. 2. *Hinc* Bellum Ætolorum & Lacedæmoniorum cum Achæis et Philippo; Bellum Sociale. III. 2, 3. IV. 3-37. 57-*fin.* & V. 1-30. 91-105.

Ætolici impetus & avaritiæ plenus juvenis Dorimachus. IV. 3, 5. Ætoli piratæ, e Messenia prædam agentes, Phigaliæ morantur, quæ socia erat & in potestate Ætolorum. IV. 3, 8.

79, 6 *sq.* Ætolorum prætor Aristo; *vide* Ariston. Ætolos ad bellum Messeniis inferendum hortatur Dorimachus. IV. 5.

Ætolorum socii & amici Elei. IV. 5, 4. Ætoli, duce Scopa, Messeniam incursant. IV. 6. Ætoli magis habiles ad viritim pugnandum, extra aciem, quam in acie. IV. 8, 10. ad Caphyas prælio vincunt Achæos. IV. 12. astutum & absurdum decretum faciunt adversus Achæos. IV. 15, 8 *sqq.* insolenter rident hos qui de eorum injuriis querantur. 16, 4. cum Ætolis clam societatem incunt Lacedæmonii. 16, 5.

denuo, cum Illyriis, in Achaiam irrumpunt Ætoli, IV. 16, 11. & Cynætham proditione capiunt, IV. 18. & comburunt. 19, 6. Dianæ fanum Lusis spoliant. 18, 9 *sqq.* 19, 4. inde per Rhium domum abeunt, frustra eos persequente Demetrio Phario. 19, 6 *sqq.*

Querelæ Sociorum de Ætolorum injuriis. IV. 25. Fit decretum de Bello inferendo Ætolis. *ibid.* Ætoli potestatem templi Delphici, Amphictyonibus ademtam, sibi solis vindicaverant. 25, 8. Laconicam etiam populati erant, ducibus Charixeno & Timæo. IV. 34, 9. *conf.* IX, 34, 9.

Ætolorum prætor Scopas; IV. 27. creatus pro more comitiis autumnalibus. IV. 37, 2.

Ætoli, ex fœderis lege, mille milites auxilio mittunt Cnossiis Cretensibus. IV. 53, 8. vicissim mille Cretenses accipiunt a Cnossiis. 55, 4.

per Epirum in Ætoliam intrat Philippus, & plura oppida capit. IV. 61 *seqq.* interim Ætoli, duce Scopa, Macedoniam devastant, et Dium diruunt cremantque. 62. dein, prætore Dorimacho, Epirum devastant, & templum Dodonæum cremant. 67. socios non minus quam hostes spoliant. 79, 3.

in Ætoliam denuo expeditionem suscipit Philippus, & Thermum devastat, ubi conventum agere Ætoli consueverant. V. 6 *seqq.* Ætoli, per Rhodiorum & Chiorum legatos, Philippum sociosque Rhium ad colloquium invitant, sed ipsi ad diem non adsunt. V. 28 *seq.* Agetas, prætor Ætolorum, Acarnaniam & Epirum incursat *&c.* V. 91, 1. *& cap.* 96. Naupactum congregati Ætoli, pacem faciunt cum Philippo sociisque, et finis imponitur Bello Sociali. V. 103-105.

in Ætoliam profugit Lycurgus rex Spartan. V. 29, 8 *sq.*

Ætolis intercedentibus, Ptolemæus Philopator Antiochum legationibus differt. V. 63, 5. 91, 1.

Ætoli Lacedæmonios ad suas & Romanorum partes trahere student contra Philippum. IX. 28 *seqq.* Soli olim Ætoli contra Antipatrum oculos adtollere ausi erant; soli restiterant Brenno. IX. 30, 3.

Ætoli, Romani & Attalus arma

arma ſociant contra Philippum & Achæos. IX. 30, 7 *ſqq.* X. 41, 1. ejus ſocietatis conditiones: IX. 39, 3. XI. 6, 2 *ſqq.* XVIII. 21, 7. in ea ſocietate Ætoli ſe primos periculis objici queruntur, Romanos in ſubſidiis ſtare. X. 23. Ætolos legatus Rhodiorum, in plurium legatorum congreſſu, (*forſan in Achæorum conventu*) gravi oratione hortatur; ut bello adv. Philippum & Græcos abſiſtant, & Romanorum ſocietati renuncient. XI. 5-7.

Ætoli, adſiduitate belli & luxu obærati, pace facta cum Philippo & Achæis, Dorimachum & Scopam nominant ad novas leges & novas tabulas conficiendas. XIII. 1. *Fragm. hiſtor.* 68. *De* pace cum Philippo facta *vide ibid. not. &* XV. 23, 8. XVII. 1, 14. *n.* XVIII. 21, 8.

Ætolorum ſocios, Lyſimachenſes, Calchedonios, Cianos, Philippus, poſtquam ipſe pacem cum Ætolis fecerat, ab Ætolorum ſocietate abſtraxit & ſibi adjunxit, Cianos etiam in ſervitutem redegit. XV. 23, 7 *ſqq.* XVII. 3, 11 *ſq.* 4, 7. *Priori loco* (XV. 23, 8 *ſq.*) *in græco contextu mutanda eſt orationis diſtinctio, ſcil. delendum comma poſt* Αἰτωλῶν, *et punctum delendum poſt* πρότερον. *Tum latina verſio ſic refingenda:* quum amicis & ſociis uterentur Ætoli Lyſimachenſibus, Calchedoniis ac Cianis; paulo ante hoc tempus primo civitatem Lyſimachenſium &c.

cum Ætolis Naupacti de bello adv. Philippum redintegrando agunt legati Romanorum. XVI. 27, 4. Ætolorum prætor Phæneas intereſt colloquio Philippi cum T. Quintio. XVII. 1, 4. 3, 1. Ætolicam & theatralem orationem ibi habet Alexander Ilius Ætolus. XVII. 4, 1. Ætolorum mos lege ſancitus, SPOLIUM DE SPOLIO CAPIENDI; qui Ætoliam prius ex Ætolia erant ſublaturi, quam illam legem abrogaturi. XVII. 4, 8. 5, 1 *ſq.* Ætolorum plerosque non eſſe Græcos, contendit Philippus. XVII. 5, 8.

Ætoli, victo Philippo, non exſpectatis Romanis, caſtra Philippi ſpoliant. XVIII. 10, 4. Ætolorum avaritiam, dominandi libidinem, & jactantiam odit T. Quintius; Ætoli Quintium a Philippo corruptum ſuſpicantur. XVIII. 17. Philippum prorſus regno ejectum volunt Ætoli; & oppida ſibi petunt; quæ eis negat Quintius. XVIII. 19, 5 *ſqq.* 20, 11. *ſqq.* inde ſemina Belli Romanorum Ætolici & Antiochici. 22, 1 *ſq.* Ætolorum prætor Alexamenus. XVIII. 26, 11. Ætoli carpunt ſenatusconſultum de pace Philippo data. XVIII. 28. in conventu Thermico cum Ætolis agit Cn. Cornelius, unus e decem legatis T. Quintio adjunctis. XVIII. 31, 5 *ſqq.*

Iræ

Iræ fuæ indulgentes Ætoli, Antiochum advocant adv. Romanos & Achæos. III. 3, 3. per Apocletos ſuos deliberant cum Antiocho. XX. 1, 1. *conf.* Apocleti.

Bellum Ætolorum cum Romanis, infelix Ætolis. III. 3, 6. capta a M. Acilio Heraclea, fidei Romanorum ſe permittunt; XX. 9. *ſed*, conſule durius cum eis agente, bellum continuant. 10. legatos Romam mittunt, quibus anceps reſponſum dat ſenatus. XXI. 1, 3 *ſqq.* pro Ætolis apud Scipiones intercedunt Athenienſes, & inducias ſex menſium impetrant. XXI. 2 *ſeq.* & 6, 2. cum non conveniſſet pax, mittitur adv. Ætolos M. Fulvius conſul; interim illi Amphilochiam, Aperantiam & Dolopiam recipiunt, a Philippo præreptas. XXII. 8. capta Ambracia urbe, Pacem Ætolis dat Fulvius; XXII. 9-13. quæ, intercedentibus Athenienſibus, Romæ confirmatur. 14. formula Fœderis. 15.

ad Ætolos legati mittuntur, belli Perſici cauſa, C. Popillius & Cn. Octavius. XXVIII. 3, 2. 4, 1 *ſqq.*

in Ætolia, poſt bellum Perſicum, civilium cædium omnia plena. XXX. 14. tranquillitas reſtituitur, mortuo Lyciſco, XXXII. 21, 1.

Afri, Ἄιβυες; *pro quo mendoſe, ut puto*, Λίβυνες *vulgo legebatur* XXXI. 26, 9 & 11.

Afri & Numidæ, ſemel victi, bidui aut tridui viam ſolent recedere. I. 74, 7. Afros Romano more armat Hannibal. III. 87, 3. 114, 1. Afri Macedonico more armati, in exercitu Ptolemæi Philopat. V. 65, 8.

Africa, ἡ Λιβύη. (*Confer* Libyna, Λιβύνη.)

in Africam primum trajiciunt Romani, Regulo & Manlio Coss. I. 29. primi eorum in Africa ſucceſſus, tum clades. 29-34.

Africæ populi, Pœnis ſubjecti, ab eisdem deficiunt, et cum rebellibus mercenariis faciunt. I. 70. 9. duriſſime tractati a Pœnis tempore belli Siculi. I. 72.

ex Africa in Hiſpaniam, ex Hiſpania in Africam milites mutui præſidii cauſa trajecit Hannibal. III. 33, 8 *ſqq.*

res Africæ & Italiæ rebus Græcorum miſceri cœptæ. V. 104, 4.

Africa, una e tribus terræ partibus, inter Nilum & Columnas Herculis. III. 37, 2 & 5. in Æthiopia contingunt ſe Aſia & Africa. III. 38, 1. longitudo ditionis Pœnorum in Africa. III. 39, 2 *ſq.* Africae fertile ſolum. XII. 3, 1 *ſq.* omnem Africam arenoſam, ſiccam et ſterilem putaverat Timæus. *ibid.* animantium cum domeſticarum, tum ferarum copia. XII. 3, 3 *ſqq.* Africæ totius longitudo. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 6. *Alia de* Africæ geographia, *ibid. num.* 7.

Afri-

Africanus *junior*. XXXV. 4, 7. *vide* Cornelius Scipio.

Africum Bellum, Λιβυκὸς πόλεμος. I. 70, 7. *vide* Mercenariorum bellum cum Pœnis.

Africus ventus, ἄνεμος Λίψ. X. 10, 1.

Agathagetus, Rhodius, ſuadet civibus, ut jam inde ab initio belli Perſici Romanis ſe adjungant. XXVII. 6, 3. XXVIII. 2, 3.

Agatharchus, unus e filiis Agathoclis, Syracuſarum regis, interfectus (ut ferebatur) ab avo Hippocratis & Epicydis. VII. 2, 4.

Agatharchus, legatus Hieronymi regis, Carthaginem miſſus. VII. 4, 1.

Agathoclea, meretrix, in poteſtate habuit Ptolemæum Philopatorem. XIV. 11, 5. *conf. Adn. ad c.* 12, 3. ſoror Agathoclis, exoſa Alexandrinis poſt mortem Philopatoris. XV. 25. 8. & 26, 1-3. Macedonibus fruſtra ubera exſerit, quibus puerum regem aluiſſe ſe ait. 31, 13. ad ſupplicium quæritur. 32, 11. nuda cum ſororibus & cognatis adducitur, & a populo discerpitur. 33, 7 *ſqq.*

Agathocleæ nomen Ariſtomenes filiæ ſuæ dedit. XV. 31, 9.

Agathocles, e figulo rex Syracuſarum. XII. 15, 6. XV. 35, 2. ejus mercenarii, origine Campani, vi potiuntur Meſſana urbe. I. 7. Africæ partem ſibi ſubjicere eſt conatus. XV. 35, 5. ejus temporibus in fide Pœnorum manſerat Vtica. I. 82, 8. acerba maledicentia eum perſequitur Timæus, contra cujus calumnias eumdem defendit Polybius. VIII. 12, 12. XII. 15.

Siciliæ tyrannus, initio regni ſæviſſimus, dein clementiſſimus. IX. 23, 2. judice Scipione, in adminiſtratione rerum ſolertiſſimus, & cum judicio audaciſſimus. XV. 35. 6. ejus filius Agatharchus. *vide ſuo loco.*

Agathocles, Oenanthes filius, amicus Ptolemæi Philopatoris. XIV. 11, 1. cum Soſibio præeſt adminiſtrationi rerum. V. 63, 1. XV. 34, 5 *ſq.* ejus conſilio Antiochus M. in Cœleſyria legationibus differtur interim dum bellum parant Ægyptii. V. 63, 2 *ſqq.*

falſi nominis tutor Ptolemæi Epiphanis, crapula, laſcivia, & inſolentia, odium in ſe & ſeditionem concitat Ægyptiorum. XV. 25. fruſtra Macedonum opem implorat. 26-32. in vincula abductus, confoditur ab amicis, ne ab inimicis cruciaretur. 33. nulla virtute fuerat conſpicuus. 34.

Agathynus, Corinthius, Leucade cum navi in portu ſtans juxta Illyriorum naves, violata fide ab eis capitur. V. 95, 3.

Agathyrna, Ἀγάθυρνα, Siciliæ oppidum. IX. 27, 10 *ſq. n.*

Agelaus, Naupactius. Per eum Scerdilædas Illyrius ſocietatem facit cum Ætolis. IV. 16, 10. Dorimachus prætor Agelaum & Scopam Eleis ſuppetias mittit. V, 3, 1.

gravem

gravem orationem de Pace habet Agelaus; V. 103 *extr.* *& seq.* quæ oratio commovit Philippum & socios. 105, 1 *sq.* 107, 5. Prætor creatur Ætolorum, mox vero ab eisdem reprehenditur ob pacem factam. 107, 5 *sq.*

Agema Macedonicum, distinguitur a cetratis in exercitu Philippi. V. 25, 1. a cetratis pariter & a phalange differe distinguitur in exercitu Ptolemæi Philopatoris, ubi Agema e tribus fere millibus constabat. V. 65, 1 *sqq.* 84, 4. validissimum habebatur equitum corpus. XXXI. 3, 8.

Agepolis, *(perperam vulgo aliquoties* Agesipolis) Rhodiorum legatus ad Q. Marcium *Philippum* cos. & ad C. Marcium *Figulum*, classis præfectum. XXVIII. 14, 6. 15, 1 *sqq.* Romam legatus. XXIX. 4, 4. *& cap.* 7. *&* XXX. 4, 2.

Ager. Flaminii lex de dividendis agris. II. 21, 7 *sq.*

ager apud Lacedæmonios æquali modo inter cives distributus. VI. 45, 3. 48, 3. non item apud Cretenses. 46, 1.

Agesander, *s.* Agesarchus, Megalopolitanus, pater Ptolemæi, præfecti Ægypti. XVIII. 38, 8. *n.*

Agesias, Achæorum legatus in Macedoniam ad gratulandam ducibus Romanis victoriam de Perseo. XXX. 10, 3.

Agesilaus, rex Lacedæmoniorum; ejus in Asiam transitus patefecit ignaviam Persarum. III. 6, 11. commode Spartæ auxilio venit, cum in eo esset ut caperetur ab Epaminonda. IX. 8, 6. quæcumque ab Agesilao gesta sunt, contraria erant sociali Græcorum rationi. IX. 23, 7 *sq.*

Agesilaus *alius junior*; filius Eudamidæ, pater Hippomedontis. IV. 35, 13.

Agesilochus *sive* Hegesilochus, Ἀγεσίλοχος, Ἀγησίλοχος & Ἡγησίλοχος, Rhodiorum prytanis, monet cives suos, ut cum Romanis spes suas jungant bello Persico. XXVII. 3, 3 *sqq.* *n.* Romam legatus. XXVIII. 2, 1. 14, 5 *&* 8. *n.* legatus in Macedoniam ad L. Æmilium cos. & ad Perseum. XXIX. 4, 4.

Agesipolis, Ἀγησίπολις, Agesipolidis filius, Cleombroti nepos, puer admodum, rex creatur Spartæ post mortem Cleomenis; ei tutor datur Cleomenes, Cleombroti filius, patruus pueri. IV. 35, 10 *sqq.* Romam legatus missus, capitur a piratis & occiditur. XXIV. 11. 1 *sq.*

Agesipolis, pater superioris. *ibid.*

Agesipolis, Dymæus, bello captus ab Eleis. V. 17, 4.

Agesipolis (Rhodius) *temere vulgo & invitis libris scribebatur* XXVIII. 14 *sq.* *&* XXIX. 4, 4. *pro* Agepolis, *quod vide.*

Agetas, prætor Ætolorum. V. 91, 1. Acarnaniam & Epirum incursat. V. 96, 1 *sq.* Phanotensium urbem proditione capturus, suis artibus luditur. 96, 6.

Agminis Romani ratio. VI. 40. agminis coactores, *οὐραγοί.* VI. 24, 2.

Agones, Ἄγωνες, populus Gallicus Cisalpinus. II. 15, 8. *n. nisi mendosa scriptura, legendumque* Εὐγάνειῖς *vel* Lingones, Λιγγωνες. *Conf.* Ægones.

Agrai *vel* Agræi; Ἀγραοί, Ἀγραῖοι; populus Ætolicus, non græcus. XVII. 5, 8. *n. Conf.* Agrianes, *&* Agrii.

Agria. Mendosa olim lectio Ἀγρίαν XXIX. 11, 8. *pro* Συρίαν.

Agrianes, Ἀγριᾶνες *vel* Ἀγριάνες; (*iidem qui* Agrai *vel* Agræi. *not. ad XVII.* 5, 8.) in exercitu Antigoni Dosonis. II. 65, 2. in Philippi exercitu Antiochi adv. Ptolemæum. V. 79, 6.

Agrigentum, ὁ Ἀκράγας, ἡ τῶν Ἀκραγαντίνων πόλις, urbs Siciliæ; arx et horreum belli Pœnorum. I. 17. obsidetur a Romanis. *ibid. & seqq.* urbem obsidentes Romani, obsidentur ipsi ab Hannone. I. 18 *sq.* capitur Agrig. a Romanis. 19.

Pœni urbem quidem præsidio tenuerant, sed cives libertate & legibus suis passi erant frui. II. 7, 7. *coll.* I. 43, 8. tunc Galli mercenarii Pœnorum, qui eam custodiebant, diripere urbem conati erant, sed eam servavit Alexo. *ibid. &* II. 7, 8.

Agrigentum receptum a Pœnis bello Punico tertio, proditur Romanis: *ea occasione* situm urbis & præstantiam *describit Polybius* IX. 27. colonia erat Rhodiorum. *ibid. vs.* 8. Nominis origo. *Spicileg. Fragm. ex lib.* IX. *num.* 2.

Phalaridis taurum numquam Agrigenti exstitisse contendit Timæus. XII. 25.

Agrigentus fluvius, ὁ Ἀκράγας. IX. 27, 5. *et Spicileg. ex lib.* IX. *num.* 2.

Agrii, Ἄγριοι; *iidem qui* Agrai *vel* Agræi, *si vera lectio* XXVI. 7, 1. *ubi* Σάρδους *vel* Σαρδῶους *fortasse ex Livio scribendum pro vulgato* Ἀγρίους.

Agrinium, Ἀγρίνιον, oppidum Acarnaniæ. V. 7, 7.

Agron, rex Illyriorum, Pleurati fil. II. 2, 4. pacta cum Demetrio, Philippi patre, mercede, Medionios ab Ætolis obsessos adjuvat, & magna clade adficit Ætolos. II. 2 *seq.* inde lætitia elatus, potui et comissationi indulget; unde in pleuritidem incidit, qua brevi tempore abripitur. II. 4.

mortuo Agroni, in regnum succedit vidua Teuta. II. 4, 7.

Αἰγόσαγες; *vide* Ægosages. *& sic reliqua omnia nomina ab* Αἰ *in græco incipientia, vide in* Æ.

Ala. Alæ sociorum in exercitu Romano. VI. 26, 9. ala *vel* cohors regia Philippi, ἴλη βασιλική. X. 42, 6. *conf. Adnot. ad* X. 2, 5. amicorum ala; *vide* Hetæri.

Alabandenses, Ἀλαβανδεῖς, *cives urbis Alabandæ* in Caria, commeatus praebent Philippo. XVI. 24, 6. tamen eorum

rum agrum diripit Philippus. *ibid. vs.* 8. Orthosiam invadentes, acie vincuntur a Rhodiis. XXX. 5, 15.

Alabandensis Menedemus. V. 79, 6.

Albam usque penetrant Galli cum exercitu. II. 18, 6.

Albinus. vide Postumius.

Alcæus scite ridere consueverat Isocratem grammaticum. XXXII. 6, 5.

Alcamenes, Lacedæmonius, occisus a factione Ætolica. IV. 22, 11.

Alcamenes, Diæi sodalis, prætoris Achæorum. XL. 4, 9.

Alces in Alpibus. XXXIV. 10, 8 *sq.*

Alcetas, Bœotorum prætor. XXIII. 2, 13.

Alcibiadis consilio, Athenienses, Chrysopolim tenentes, portoria exegerunt a navigantibus in Pontum. IV. 44, 4.

Alcibiades Spartanus, e veterum exsulum numero, Romam legatus, ingratus adv. Achæos. XXIII. 4, 8. 11, 7 *sq.* 12, 2 *sq.* XXIV. 4, 3.

Alcithus, Xenophontis filius, legatus Achæorum ad Ptolemæum Philometorem. XXVIII. 10, 9. *n.* 16, 3.

Aleator; veluti bonus aleator, Amilcar intercepit hostem. I. 84, 7.

Aletes, metallorum argenti in Hispania inventor, ut heros ab incolis colitur. X. 10, 11. tumulus prope Novam Carthag. ab eo denominatus. *ibid.*

Alexamenus, Ætolorum prætor. XVIII. 26, 11 *sq. n.*

Alexander, Philippi filius, rex Maced.

usque ad Alexandri & Philippi regnum (*forte* Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου *legendum, pro* Ἀλεξ. καὶ Φιλ.) substitit fœdus pristinum Achæorum. II. 41, 6 *&* 9. primi successores Alexandri, Seleucus, Ptolemæus & Lysimachus, circa unum idemque tempus omnes e vivis excesserunt. II. 71, 5. *cf.* 41, 2.

Alexandri trajectio in Asiam non erat causa, sed initium belli contra Persas. III. 6, 14. ejus imperium in Asia remotissimas & parum cognitas olim regiones patefecit itineratoribus. III. 59, 3.

ejus severitatem in Thebanos exercitam (*cf.* V. 10, 6.) non imitatus est Philippus in Lacedæmonios. IV. 23, 8. *& cap.* 24. Alexander, cum a Thebanis & Persis pœnas sumeret, a templis tamen & locis Diis sacratis abstinuit. V. 10. 6. Alexandri merita in Græcos. IX. 34, 1 *sqq.*

ut de Alexandri genere prognatus videretur, solicite laboravit Philippus, Demetrii filius. V. 10, 10.

ab Alexandro neglecta fuerat Artabazanis dynastia. V. 55, 9. magna pars gloriæ Alexandri comitibus ejus ac ministris debetur. VIII. 12, 7 *sqq.* ejus pugnam cum Dario in Cilicia pugnatam imperite descripsit Callisthenes. XII. 17-22. Alexander cum Dario in aperto potissimum campo bel-

lum gessit, urbes raro exscidit aut perdidit. XVII. 3, 5.

Alexander, Acmeti filius, dux copiarum Antigoni in pugna adv. Cleomenem, Macedonibus chalcaspidibus præfectus. II. 66, 5.

Alexander *alius*, in eadem Antigoni acie equitatui præfectus, II. 66, 7. minus perite rem gerit quam juvenis Philopœmen, 68, 1 *sqq.*

hic idem videtur esse atque ille Alexander, quem satellitio & custodiæ corporis præpositum Philippo reliquit idem Antigonus, Philippi tutor. IV. 87, 8 *sq. n.* quem apud Philippum calumniatus est Apelles. 87, 5. idem a Philippo Thebas mittitur ad persequendum Megaleam. V. 28, 6 *sq.* ejus studium & benevolentia in Philippum laudatur VII. 12, 6. *n.*

Alexander, Ætolus, per proditionem in Ægiram urbem irrumpit. IV. 57. in certamine occiditur. 58.

Alexander, Ætolus; *vide* Alexander Isius, & Alex. Trichonensis.

Alexander, Antigoni pater; legati Persei ad Bœotos. XXVII. 5, 1.

Alexander, Attali legatus Romam. XVII. 10, 11.

Alexander *Balas*, qui Antiochi Epiphanis filius perhibebatur, Romam adducitur ab Heraclide. XXXIII. 14, 1. quamvis manifesta fuerit fraus; impetrat tamen a senatu, ut in Syriae regnum restituatur; *sic enim intelligenda est ἡ πάθοδος* XXXIII. 16, 9. *non (ut est in vers. lat.) de solo* reditu in patriam. *conf. ibid. vs.* 13.

Alexander, Epiri rex. Cum eo societatem jungunt Ætoli, de subigenda & dividenda Acarnania. II. 45, 1. *n.* IX. 34, 7.

Alexander, Isius cognomine, gente Ætolus, cum Phænea interest colloquio T. Quintii cum Philippo, & invectivam habet in Philippum, XVII. 3. quam ille Ætolicam et theatralem dicit. 4, 1. ab Ætolis legatus mittitur Romam. XVII. 10, 3.

rursus cum Phænea interest colloquio Titi cum sociis de pace Philippo danda. XVIII. 19, 5 *sqq. coll.* 20, 11. 21, 3. rursus Romam mittitur legatus cum Phænea, XXII. 8, 11. senex; 9, 14. sed interceptus ab Epirotis, quum pretium redemtionis, ditissimus licet, solvere nollet, in custodia servatus est, mox vero Romanorum jussu absque pretio liberatus. XXII. 9.

Alexander, Molonis frater, Persidi præfectus sub Antiocho Magno. V. 40, 7. cum fratre, Mediæ satrapa, deficit ab Antiocho. V. 41, 1. 43, 5 *sq.* victo Molone ab Antiocho, se ipse jugulat. V. 54, 5.

Alexander *Pheræus*, Thessaliæ tyrannus, in vincula conjicit Pelopidam Thebanum. VIII. 1.

Alexander, Phocidi præfectus a Philippo, decipit Ætolos, Phænotensium arcem se eis traditurum pollicens. V. 69, 4 *sqq.*

Alex-

Alexander Trichoñienſis, dux Æolorum, carpit extrémum agmen Philippi, Thermo regredientis. V. 13, 3.

Alexandri Turris, ὁ Ἀλεξάνδρου πύργος, in Theſſalia. XVIII. 10, 2.

Alexandria Ægypti, ἡ Ἀλεξάνδρεια.

Alexandriam fugit, ibique perit Cleomenes. *vide* Cleomenes. Alexandriam Ptolemæus Philopator contrahit milites mercenarios, quos extra Ægyptum aluerat. V. 63, 8 & 10. Alexandriæ & Carthagine in publicis tumultibus non minus pueruli quam viri tumultuantur. XV. 30, 10.

Alexandria pæne potitur Antiochus Epiphanes. XXVIII. 18, 1. XXIX. 1, 1. Alexandriæ tria genera degunt hominum. XXXIV. 14.

Alexandria Troas, ἡ Τρωὰς Ἀλεξάνδρεια. V. 111, 3. *n.* cives ejus urbis liberant Ilienſes ab obſidione Gallorum, & Gallos univerſa Troade ejiciunt. *ibid.* Alexandrenſes, Ἀλεξανδρεῖς, benigne compellantur ab Attalo, ob ſervatam fidem. V. 78, 6.

Alexandria (Troade) ſe ceſſurum pollicetur Antiochus Scipionibus. XXI. 10, 3. 11, 2.

Alexis, arcis Apameæ cuſtos; ejus opera utitur Hermeas ad perdendum Epigenem. V. 50, 10 *ſqq.*

Alexo, ὁ Ἀλέξων, gente Achæus, militans apud Pœnos, ſua fide impedit proditionem mercenariorum Agrigenti, & Lilybæi. I. 43, 8 *ſqq. coll.* II, 7, 7.

Aliena pro ſuis obtrudere, turpiſſimum in Scriptore. IX. 2, 2.

Alinda, Ἀλίνδη, *pro urbis Aſiaticæ nomine vulgo legebatur* XXII. 17, 11. *ex Vrſini conjectura, temere in contextum recepta. Vide* Temenopolis.

Aliphera, ἡ Ἀλίφειρα, ἡ Ἀλιφειραίων πόλις, urbs olim Arcadiæ & Megalopoli contributa, a Lydiada tyranno Eleis permutando conceſſa. IV. 77, 10. *n.* 78, 1 *ſqq.* eam oppugnat capitque Philippus. IV. 78, 6 *ſqq.*

Alipherenſes, Ἀλιφειρεῖς, IV. 78, 8. & Ἀλιφειραῖοι *cap.* 77, 10. *niſi ibi* Ἀλιφειρέων *pro* Ἀλιφειραίων *ſcribendum. quod tamen nil urget ut ſtatuamus.*

Alipta pro legato vel nuncio ad Rhodios utitur C. Lucretius. XXVII, 6, 1.

Alliadas, mendoſa olim ſcriptura IV. 77, 10. *vide* Lydiadas.

Alliorum capita. XII. 6, 5.

Allobroges, Ἀλλόβριγες, Galliæ populus inter Rhodanum & Alpes. III. 49, 13. infeſtant Hannibalem, Alpes conſcendentem. III. 50 *ſeq.*

Alorus, Ἄλωρος, *urbs Macedoniæ.* Alorita Cnopias, Ἀλωρίτης. V. 63, 12. 65, 7.

Alpes, αἱ Ἄλπεις. II. 14, 6 & 9. 15, 8. &c. τὸ Ἀλπεινὸν ὄρη. II. 14, 8.

Alpium juga (ἡ τῶν Ἄλπεων παρόρεια) incipiunt a Maſſilia & locis Sardoo mari ſuperjectis, pertinentque usque ad ultimum Adriatici ſinus receſſum, II. 14, 6. per 2200

ſtadia. II. 14, 9. XXXIV, 10, 17. Alpes & Apenninus mons coincidunt ſupra Maſſiliam, haud procul a Sardoo mari. II. 14, 8.

Hannibalis tranſitus per Alpes. III. 47-56. ante Hannibalem Galli plus ſemel cum magnis exercitibus Alpes erant transgreſſi. III. 48, 6. nono die ad ſumma Alpium juga pervenit Hannibal. III. 53, 9. Alpium cacumina perpetuis nivibus tecta. 55, 1 & 9. Alpes veluti arx ſunt univerſæ Italiæ. 54, 2.

Alpium magnitudo & memorabilia. XXXIV. 10, 8 *ſqq.* quatuor per Alpes tranſitus. *ibid. vs.* 18.

Alpheus, ὁ Ἀλφειὸς, fluvius Peloponneſi, Hercæam urbem adluit. IV. 78, 2. pontem in Alpheo ad Heræam inſtaurat Philippus. IV. 77, 5. per decem ſtadia ſub terra occultatur. XVI. 17, 5 *ſqq. ubi & alia de* ejus curſu.

Althæa, Ἀλθαία, urbs princeps Olcadum in Hiſp. expugnata ab Hannibale. III. 13, 5 *ſq.*

Altitudo turris æſtimata ex numero ordinum lapidum. *Spicileg. ex lib.* VIII. *Tom.* V. *p.* 32 *ſq.*

Alypus Ambracienſis, legatus Romam; *mendoſa vulgo lectio* XXII. 8, 11.

Amæocritus, prætor Bœotorum. XX. 4, 2.

Amanicæ Pylæ, αἱ Ἀμανίδες Πύλαι. XII. 17, 2. *n.*

Ambitio civium, origo & principium ruinæ reipublicæ. VI. 57, 5 *ſq.*

Ambracia, urbs & regio; *vide mox* Ambracus.

Ambracus, ὁ Ἄμβρακος, IV. 61, 7. & Ambracia, ἡ Ἀμβρακία, XVII. 10, 10. *n. (ubi quidem* Ἀμπρακία *per π literam habent codices;)* XXII. 9, 2 & 5. 13, 9. urbs bene munita Ætolorum, olim Pyrrhi regia. XXII. 13, 9. ejus ſitus. IV. 61, 7.

ad eam obſidendam Philippum hortantur Epirotæ, qui potiundæ Ambraciæ, (τῆς Ἀμβρακίας) *id eſt* ditionis Ambraciotarum (τῆς τῶν Ἀμβρακιατῶν χώρας) avidi erant. IV. 61. urbem capit Philippus, & Epirotis tradit. 63.

eamdem oppugnat Fulvius conſul. XXII. 9, 1-6. *et cap.* 10 *ſeq.* intercedente Amynandro, Ambraciotæ urbem Romanis tradunt. XXII. 12. ſtatuas & tabulas pictas ex urbe avehi curat Fulvius. 13, 9.

Ambraciæ exſulant Thurio profugi. XVII. 10, 10. *n.*

Ambracius *vel* Ambracicus ſinus, ὁ Ἀμβρακικὸς κόλπος. Ejus deſcriptio. IV. 63, 4 *ſqq.* V. 6, 13. per eum ex Epiro in Acarnaniam trajicit Philippus. IV. 63, 4. per eumdem redit. 66, 4. in eumdem rurſus anno ſequente invehitur, ex Cephallenia & Leucade veniens, & Limnæam portum petens. V. 5, 12 & 14.

Ambraciota Lamius; *vide ſuo loco.* Ambraciota *neſcio quis, cujus nomen corruptum,* ab Ætolis Romam miſſus. XXII. 8, 11.

Ambry-

Ambryſus, Ἄμβρυσος, urbs Phocidis, ab Ætolis tentata. IV. 25, 2.

Amentia eſt cum malitia conjuncta, putare, ſi tu oculos claudas, ne alios quidem cernere. IV. 27, 7.

Amicitia. Regum inconſtantia in amicitia. *Fragm. gramm.* 81. reges amicitiam nonniſi utilitate metiuntur. II. 47, 5.

Amicorum delectus in regum adoleſcentia quantum valeat. VII. 14, 6.

amicorum ala; *vide* Hetæri. τὸ τῶν φίλων σύνταγμα. XXXI. 3, 7.

Amilcar *ſenior*, dux copiarum pedeſtrium Pœnorum in Sicilia, cædit auxiliares Romanorum, diſſidentes a Romanis. I. 24. *idem*, dux claſſis, ad Tyndaridem minus proſpere pugnat. I. 25. *coll. cum* 27, 6. *tum* in pugna navali cum Regulo cornu ſiniſtro præfectus, vincitur fugaturque. I. 27 *ſeq.* revocatur ex Sicilia in Africam adv. Regulum. I. 30. ejus filius Hannibal, *diverſus a Barcae filio.* I. 44, 1.

Amilcar, cognomine Barca, Ἀμίλχας ὁ Βάρκας ἐπικαλούμενος. I. 56, 1. pater Hannibalis. I. 64, 6. II. 1, 6. dux claſſis Pœnorum, agrum Locrorum Bruttiorumque in Italia populatur; inde ad Ercten, inter Erycem montem & Panormum, caſtra poſuit, Romanis imminens, Panormum tenentibus. I. 56. multis ad Panormum certaminibus cum Romanis, per tres annos continuos ſingulari fortitudine & mira induſtria defunctus eſt. 57. Erycem urbem in medio monte ſitam occupat, ubi rurſus per biennium certavit. 58.

Barcam, cujus audacia nil fuit terribilius, Eryce in claſſem recepturus erat Hanno, ad pugnam navalem cum Lutatio. I. 60, 3 & 8. Hannone, priusquam ad Erycem adpellere poſſet, victo, ſumma rerum Amilcari traditur; qui pacem petit a Romanis, prudentis ducis officio functus. 62.

dux conſilio & virtute omnium ſuæ ætatis præſtantiſſimus, I. 64, 6. icto fœdere cum Lutatio & Romanis, reliquiis copiarum Eryce Lilybæum deductis, (unde in Africam erant deducendæ) imperium deponit. 66.

ei infenſi ſunt mercenarii rebelles in Africa, quod ab eo ſe neglectos putarent. I. 68, 12. bello cum mercenariis præficitur, idque bellum probabili cum ſucceſſu gerit. 75-78. humanitatem ejus, qua in captivos utitur, ſuſpectam faciunt rebelles. 79, 8. ei collegam Hannonem dant Pœni, orantque ut graviter bellum perſequatur. 81. copias jungit cum Hannone; ſed, ob ducum diſcordiam, nil recte geritur. 82. Hannibalem collegam nanciſcitur, & cum eo bene rem gerit, juvante Navara Numida. 82, 12 *ſq.* 84 *ſeq.* Hannibale ab hoſtibus victo & in crucem acto, cum Hannone in gratiam redit Amil-

car, 87. & junctis cum eo viribus finem bello Pœnorum Africo imponit. 88.

in Hiſpaniam miſſus Amilcar, multis ibi populis imperio Pœnorum ſubjectis, nono anno fortiter pugnans occumbit. II. 1. Ejus in Romanos ira, præcipua cauſa fuit ſecundi belli Punici; III. 9, 6 *ſqq.* 10, 7. 12, 2 *ſq.* quum filium Hannibalem perpetuum odium Romanorum jurare feciſſet. III. 12.

Amilcar *alius*, claſſi Asdrubalis præfectus in Hiſpania. III. 95, 2. (*pro quo Livius* Himilconem *nominat.*) *Adde* VIII. 3, 8.

Amilcar *alius*, legatus Pœnorum Romam miſſus initio tertii belli Punici. XXXVI. 3, 8.

Amiſus, *urbs Ponti.* εἰς Ἀμισὸν *temere ex Vrſini conjecł. editum erat* XXV. 4, 8. *pro* εἰς Παρνασσὸν; *et mox ibid. vs.* 9. Ἀμισέων, *pro* Μωκισσέων. *vide Adnot.*

Ammonius, Barcæus, dux partis copiarum Ptolemei Philopat. V. 65, 8.

Amorgus, Ἀμοργὸς, inſula maris Ægæi. *Fragm. hiſt.* 7.

Amphaxitis, ἡ Ἀμφαξῖτις, Macedoniæ regio. V. 97, 4. *n.*

Amphictyonibus Ætoli poteſtatem templi Delphici ademerunt; Amphictyonas in ſubjiciendo poteſtati eorum templo & in legum inſtauratione ſe adjuturos recipiunt Achæi eorumque ſocii. IV. 25, 8.

ſi Amphictyonum concilium juſſiſſet Albinum hiſtoriam græce conſcribere, excuſatio ejus locum erat habitura. XL. 6, 6.

Amphidamus, (*aliis* Amphidamas) dux Eleorum, a Philippo captus cum ſuis. IV. 75, 6. Olympiam captivus ductus, ſine pretio a Philippo Elidem dimittitur, pollicitus ſe Eleos ad Philippi partes traductuum. IV. 84, 2-8. cum deſtinata perficere non potuiſſet, Elide clabitur & ad Philippum ſe confert, ubi Aratos contra Apellis calumnias defendit. 86.

Amphilochi, τὸ τῶν Ἀμφιλόχων ἔθνος, populus Ætolicus, non Graecus. XVII. 5, 8.

regio Amphilochia, ἡ Ἀμφιλοχία, recipitur ab Ætolis. XXII. 8, 3 *ſqq.*

Argos Amphilochicum; *vide ſuo loco.*

Amycæ campus, τὸ καλούμενον Ἀμύκης πεδίον, prope Antiochiam; eum perfluit Orontes. V. 59, 10. *n.*

Amyclæ, αἱ Ἀμύκλαι, oppidulum prope Spartam. V. 18, 3. ejus ſitus & memorabilia. 19, 1 *ſq.* caſtra ibi habet Philippus. V. 20, 12. 23, 7.

Amynas, Ἀμύνας, (*rectius fortaſſe* Ἀμυνᾶς, *ut ſit nomen decurtatum ex* Ἀμύναvδρος, *et idem ſit vir qui* Amynander *alias & a Polybio & a Livio vocatur. conf. Adnot. ad* XX. 10, 5.) rex Athamanum, gener Scerdilædæ Illyrii. IV. 16, 9.

Amynander, Ἀμύναvδρος, (*idem qui* Ἀμυνᾶς *modo dictus eſt*) rex Athamanum. Ei per legatos

gatos significant Romani, se Philippum bello petituros, ni Græcia abstineat. XVI. 27, 4. cum T. Quintio interest colloquio cum Philippo. XVII. 1, 3. ingenio est flexili; Romam legatus mittitur a T. Quintio. XVII. 10, 7. rursus, interest colloquio Quintii cum Philippo, victo ad Cynosceph. XVIII. 19, 3 *sq.* Quintius & decem legati, victo Philippo, Amynandro tenere permiserunt castella, quæ ille belli tempore ademerat Philippo. XVIII. 30, 13.

Amynandrum dedi sibi ab Ætolis postulat M? Acilius, cum a Romanis ille defeciisset. XX. 10, 5. Amynander, *cum Antiocho se junxisset, & a Philippo Athamania esset pulsus*, restitutus in regnum per Ætolos, legatos Romam mittit & ad Scipiones in Asiam, culpam deprecans, & Philippum accusans. XXII. 8, 1 *sq. Conf. Liv.* XXXVIII. 1-3.

hortatu Amynandri, Ambracienses urbem suam tradunt Romanis. XXII. 12.

Amyntas, Philippi pater. II. 48, 2.

Amyricus campus, τὸ Ἀμυρικὸν πεδίον, in Thessalia. V. 99, 5. *n.*

Anacleteria, ἀνακλητήρια, *proclamatio & inauguratio solennis Regis, qui hactenus pupillus sub tutoribus fuerat.* Anacleteria Ptolemæi Epiphanis, filii Philopat. XVIII. 38, 3. Ptolemæi Philomet. XXVIII. 10, 8. *ni ibi* minor Ptolemæus (*Physcon*) *intelligendus. Vide* Ptolemæus Philometor, & Ptolemæus Physcon.

Anææ fanum Ecbatanæ, τῆς Ἀναίας. *Sic legendum videtur* X. 27, 12. *pro* Ænæ.

Anagnia, αἱ Ἀνάγνειαι, oppidum Latii, prope viam qua Roma itur ad Circæum montem: eo servulos præmittit Demetrius. XXXI. 21, 6. 22, 2. 23, 2 *sq.*

Anamares, Ἀναμάρες, populus Gallicus, Galliæ Cispadanæ, inter Boios & Insubres, haud procul *Massilia, ut mendose vulgo legitur pro* Placentia, *ut videtur.* II. 32, 1. *n. Conf.* Ananes.

Ananes, Ἄνανες, Ἄνωνες *cod. Aug.* Ἀνάνες *cod. recentiss. Reg. B. (unde* Anianes *Casaub.)* populus Gallicus Cispadanus, Boiis ab ortu. II. 17, 7. *n.* Iidem qui Ἀναμάρες dicuntur II. 32, 1. *n. &* Ἄνδρες II. 34, 5. *n.* in eorum finibus erat Clastidium oppidum. II. 34, 5.

Anariacæ. *Vide* Aniaracæ.

Anas, ὁ Ἄνας, Hispaniæ fluvius. XXXIV. 9, 12. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 7.

Anaxidamus, Achæus, in exercitu Philopœmenis adv. Machanidam. XI. 18, 1.

Anaxidamus *alius, (si vera scriptura)* amicus Machanidæ. XI. 18, 3. *n. & vs.* 5. *nisi fortasse* Archidamus *ibi legendum.*

Anaxidamus, legatus Achæorum, Romam missus ad deprecandum pro exsulibus. XXXI. 6, 1.

coll. cap. 8. rursus eodem mittitur. XXXIII. 2. *Videtur* Megalopolitanus *fuisse.* XXXIII. 2, 2. *n.*

fides exigit. IX. 11. X. 36, 6 *ſqq.* in Luſitania circa Tagi oſtium verſatur. X. 7, 5. 38, 3. pugna ad Ilipam vincitur a Scipione. XI. 20-24.

ejus filia *Sophonisba*, uxor Syphacis. XIV. 1, 4. *n.* 7, 6. ejus caſtra incendit Scipio; & magnam cædem edit. XIV. 1-5. cum reliquiis exercitus Carthaginem profugit. XIV. 6, 3. *coll. vs.* 13. unde ad novas contrahendas copias mittitur. *ibid.* victus acie in Magnis Campis, cum reliquiis copiarum Carthaginem redit. XIV. 8.

Asdrubal, præfectus claſſis Pœnorum, ad Vticam inſidiantis legatis Scipionis Carthagine redeuntibus. XV. 2.

Asdrubal, dux Pœnorum, Carthagini præfectus tertio bello Punico, per Guluſſam cum Scipione agit, multa ſtatim cum arrogantia; deinde ſupplex ad victoris genua provolvitur. XXXIX. 1-3.

Aſia, una e tribus terræ partibus, inter Nilum & Tanaum comprehenſa. III. 37, 2 *ſqq.* Aſiæ longitudo. XXXIV. 7, 9.

Aſiæ res geſtas ante Ol. CXL. multi ſcripſere, ut non opus habuerit Polybius, altius eas repetere. II. 37, 6. Aſia cis Taurum excedit Antiochus. III. 3, 4. Aſia, per Alexandri dominatum, patefacta eſt itineratoribus. III. 59, 3. Aſiæ ora maritima, a Pamphilia usque Helleſpontum, in regum Ægypti fuit poteſtate. V. 34, 7.

Aſiæ dynaſtæ, Lyſanias, Olympichus, Limnæus. V. 90, 1.

Aſina, *vel* Aſine, ἡ Ἀσίνη, oppidum munitum Laconicæ. IV. 19, 5. *n.*

Aſine, Ἀσίνη, Meſſeniæ oppidum. XVIII. 25, 7. *n. ubi quidem* Aſium, Ἄσιον, *dabant edd. & mssti.*

Aſinus in theatro traducitur Athenis. XII. 13, 11.

Aſium; vide Aſine Meſſeniæ.

Aſpaſiacæ, *ſive* Apaſiacæ, Ἀσπασιάναι *s.* Ἀπασιάναι, Nomades, ſedes inter Oxum & Tanaim habentes; ubi Oxus fluvius terram ſubit, ſicco pede cum equis eum ſuperantes, in Hyrcaniam tranſeunt. X. 48.

Aſpaſianus, Medus, Medis præfectus in exercitu Antiochi. V. 97, 7.

Aſpaſius, Eleus, bello captus a Lyco, proprætore Achæorum. V. 94, 6.

Aſpendus, (Ἄσπενδος) *urbs* Pamphyliæ.

Aſpendii (Ἀσπένδιοι) copias jungunt Garſyeridi pro Pedleniſſenſibus adv. Selgenſes. V. 73, 3 *ſq. n.*

Aſpendios ad obſequium redigit Cn. Manlius. XXII. 18, 4.

Aſpendius. Andromachus; *vide ſuo loco.*

Ἀσπίς. *vide* Clupea.

Aſſyriæ imperium everſum. XXXIX. 3, 4. Aſſyriorum reges quadraginta unus. *Fragm. hiſt.* 9.

Ἀσσυρίας *vulgo legebatur* X. 40, 7. *pro quo* Συρίας *reſcripſi.*

Aſtapa. In *Aſtapæ* urbis incendio dum fuſum aurum & argen-

argentum quærunt milites Romani, igne ipsi consumuntur. XI. 24, 11.

Astrologiæ notitia quædam necessaria imperatori. IX. 14, 5. 20, 5. ejus insscitia damno fuit Niciæ Athenienſi ad Syracusas. IX. 19, 1 *ſqq.*

Astymedes, Rhodius, cum Romanis faciendum censet bello Persico. XXVII. 6, 3. Romam legatus ad deprecandam Romanorum iram post bellum Persicum. XXX. 4 *ſeq.* 19, 4 *ſq.* ejus orationem improbat Polybius. *cap.* 4, 10 *ſqq.*

iterum Romam legatus, impetrat tandem societatem Romanorum. XXXI. 6, 1. *&* *cap.* 7. rursus Romam legatus, de bello Cretico. XXXIII. 14, 3 *ſq.*

Atabyrii Iovis templum Agrigenti, sicut Rhodi. IX. 27, 8.

Atabyrium, Ἀταβύριον, oppidum in monte Cœlesyriæ, (*Galileæ*) *alias Thabor & Itabyricum;* captum ab Antiocho Magno. V. 70, 6 *ſqq. n.*

Atella, Ἄτελλα, urbs Opicorum Italiæ, inter Capuam & Neapolim. Atellani, Ἀτελλανοὶ, Romanis se tradunt. IX. 45, 3.

Ates. Sic perperam vulgo editum erat, pro Atys *vel* Atis, quod *vide.*

Athamania, Ἀθαμανία, Macedoniæ finitima. XVIII. 19, 4. eam adeunt legati Romani, cum Amynandro acturi de bello Philippo inferendo. XVI. 27, 4.

Athamanes, Ἀθαμᾶνες. XVIII. 19, 4. *n.* eorum rex Amynander. *vide ſuo loco.* eorum pars cum Amynandro a Romanis ad Ætolos deficit. XX. 10, 5. Athamaniam ab Ætolis sibi ereptam queritur Philippus. XXII. 14, 4. *conf.* XXII. 8, 1. *adde Liv. XXXVIII.* 1-3.

Athamanes apud Romanos repetunt urbes, a Philippo per bellum Antiochicum ipsis ereptas. XXIII. 6, 3. XXIV. 1, 10.

Athenæ; Athenienses; Attica.

ad Athenienses legationem mittunt Romani post victoriam de Illyriis partam. II. 12, 8.

Attalum cum Romanis legatis magna pompa Athenienses recipiunt per Dipylum intrantem in urbem, & tribum de nomine ejus nuncupant. XVI. 25. hortantibus Romanis & Attalo Rhodiisque, bellum contra Philippum decernunt. 26. Atticam vastat Nicanor, dux Philippi. 27, 1.

Athenienses apud Scipiones per legatos intercedunt pro Ætolis. XXI. 2 *ſeq.* rursus. XXII. 8, 10. *&* *cap.* 12, 1 *&* 9. 13, 7. 14 *toto.* Euclidæ & Micyonis consilio recti, omni cura honesti abjecta, turpiter blandiuntur regibus, & inprimis Ptolemæo Philopatori. V. 106, 7 *ſq.* legationem in Ægyptum ad Ptolemæum (*s. Philometorem s. Physconem*) mittunt, de *nescio qua* donatione, & duas sacras legationes. XXVIII. 16, 4. *nescio quem* morem continuo servant. IX. 40,

40, 1. pro Haliartiis cum apud Romanos frustra deprecati essent, turpi consilio agrum eorum sibi petunt. XXX. 18. Delum & Lemnum petentibus dat senatus. *ibid. cf.* XXXII. 17, 2. Delii, qui in Achaiam commigrarunt, & ibi civitate donati sunt, res ab Atheniensibus repetunt ex formula juris quod Achæis cum Athen. intercedebat. XXXII. 17.

Cum veteres Athenienses ad bellum adv. Lacedæmonios pecuniam ex censu civium conferendam decrevissent, agrorum & omnium fortunarum totius Atticæ census non complevit sex millia talentorum. II. 62, 6 *sq.* olim cum Chrysopolin tenerent, ad ostium Bospori Thracici, portorium exigere primum instituerunt a navigantibus in Pontum. IV. 44, 4. Athenienſium cognati Lyttii Cretenses. IV. 54, 6. victi ad Chæroneam Athenienses clementissime habentur a Philippo Amyntæ fil. V. 10, 1 *sqq.* XVII. 14, 13 *sq.* nempe ut alios ille alliceret ad imperium ipsius libentius recipiendum. IX. 28, 4.

Athenienſium reipub. forma nihil præcipui habuit. VI. 43, 2 *sq.* similis fuit navi quæ gubernatore caret; & in ea maxime dominabatur turba hominum. VI. 44. floruerat præcipue Themistoclis virtute. 44, 2. eorumdem reipubl. Aristides & Pericles benigne & graviter, Cleo & Chares acerbe præfuerunt. IX. 23, 6.

Athenienses, prælium Lacedæmoniorum cum Thebanis participare properantes, prohibuerunt Epaminondam, ne Mantineam de improviso capere posset. IX. 8, 10 *sq.* Cassandro turpiter imperata faciunt, quapropter in theatro perstricti sunt a Demetrio Phalereo. XII. 13, 11. immodica adv. Philippum Amyntæ fil. contentione, in maximas calamitates delapsi sunt. XVII. 14, 13.

Athenæum, *τὸ Ἀθήναιον*, in agro Megalopolitano adv. Achæos communit Cleomenes, rex Lacedæm. II. 46, 5. illud (postquam Megalopolitanis ab Antigono esset traditum, II. 54, 3.) obsidet Lycurgus rex Lacedæm. IV. 37, 6. & capit, IV. 60, 3. evertitque. IV. 81, 11. *Conf. Not. ad* II. 54, 3.

Athenæus, frater Eumenis, Romam ab eo legatus mittitur adv. Philippum. XXIV. 1, 4 & 7. rursus legatus cum Attalo. XXXI. 9. rursus ab Attalo rege mittitur, conquestum de Prusia. XXXII. 26. classi præfectus, oram infestat Prusiæ imperio subjectam. XXXIII. 11.

Athenagoras, præfectus mercenariorum in exercitu Philippi. XVIII. 5, 2.

Athinis, dynasta Ægyptius, cum a Ptolemæo Epiph. defeciſſet, eique rursus se tradidisset, ab eo ad currum revinctus trahitur necaturque. XXIII. 16, 4 *sq.*

Athur-

Athurnus, mendosa olim scriptura, pro Vulthurnus *vel* Vulturnus; *quod vide.*

A. Atinius *Calatinus*, Cos. cum C. Sulpicio, Panormum frustra tentat, plures Siciliæ urbes capit. I. 24. consul iterum cum Cn. Cornelio, capit Panormum. 38.

A. Atilius, legatus Roman. cum Q. Marcio in Græciam & Peloponnesum, initio belli Persici. XXVII. 2, 11. *coll. Adnot. ad c.* 1, 1.

C. Atilius *Regulus* Cos. ancipiti pugna navali defungitur ad Tyndaridem. I. 25. consul iterum cum L. Manlio, I. 39, 13. oppugnat Lilybæum. 41-48.

C. Atilius *Regulus*, *M. F.* Cos. in Sardiniam profectus; II. 23, 6. inde rediens cum exercitu Pisis expositio, occurrit Gallis ab Etruriæ devastatione domum redeuntibus. II. 27. occiditur in pugna cum Gallis. 28, 10.

C. Atilius prætor, auxilio mittitur L. Manlio, cum quarta legione a Boiis obsessо. III. 40, 14. *n.*

M. Atilius *Regulus* Cos. cum S. Manlio. I. 26. ejus acies navalis triquetra, quadripartito divisa. *ibid.* prælium navale triplex. 27. victoria. 28.

adpellit in Africam; Clupeam capit, & Tunes, aliasque urbes. I. 29 *sq.* dura Pœnis imperat. 31. prælio superatur, duce Pœnorum Xanthippo. 33 *sq.* capitur a Pœnis. 34, 8.

(*de Supplicio ac morte Reguli nihil memorat Polybius: qua de re vide quæ ad Appiani Punic. cap.* 4. *monuit Palmerius, et alii, quos ibi laudavimus.*)

M. *Atilius* Regulus, consul, suffectus Flaminio, in pugnam ad Trasimenum lacum occisо. III. 106, 2. mediam aciem tenet in pugna Cannensi. III. 114, 6. cadit in pugna. 116, 11.

Atintanes, Ἀτιντᾶνες, Epiri populus. II. 5, 8. tradunt se Romanis. II. 11, 11. Atintania, Ἀτιντανία. VII. 9, 13.

Atis *sive* Atys, Boiorum rex, a suis occisus. II. 21, 5.

Atlanticum mare, τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος, Oceanus a nonnullis adpellatus. XVI. 29, 6. ἡ ἐκτὸς θάλαττα, mare externum. III. 37, 9 & 11. XVI. 29, 9.

illud navigavit Polybius III. 59, 7. & de ejus natura & indole ex professo se dicturum promittit. III. 57, 2 & 5. *vide Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 7.

Atlas mons, & alia geographica Africæ. *Spicileg. lib.* XXXIV. *num.* 7.

Atrata gens ad Eridanum fluv. II. 16, 3.

Atreus, solis cursum conversioni cœli contrarium docuit, eoque vates & antistes sacrorum nominatus est. XXXIV. 2, 6.

Atropatios *probabiliter scripsit Casaub. in vers. lat.* V. 44, 8. & 55, 2. *pro eis qui ibi* οἱ Σατράποιοι & αἱ Σατραπεῖαι

πεῖαι vulgo dicuntur. Vide Not. ad V. 44, 8.

Attalica tribus Athenis. XVI. 25, 9.

Attalus, pater Eumenis & Attali, rex Pergami.

mortuo Seleuco Callinico, omnem eis Taurum Asiam sibi subjecerat; quam ei Achæus, cum Seleuco *Cerauno* Taurum supergressus, rursus eripuit, & intra paterni regni fines, id est, intra Pergamum eum conclusit. IV. 48. ludos celebrat Minervæ, ad quos Byzantii legatos mittunt. 49, 3.

Attalus cum Achæo continuum bellum gerit. V. 77, 1. eidem Æolidis & Mysiæ urbes eripit, Gallorum Ægosagarum opera, quos ex Europa acciverat. 77, 2 *sqq.* Pergami sedem habet. 78, 6. Qui cum Attalo controversias habebant post Olymp. CXL. non amplius Antiochum & Ptolemæum, sed occidentem spectabant. V. 105, 7.

cum Attalo societatem adv. Achæum contrahit Antiochus Magnus. V. 107, 4.

Attalus socius Romanorum & Ætolorum adv. Philippum & Achæos. IX. 30, 7 *sqq.* X. 41, 1. Peparethum insulam occupat. X. 41, 2. Æginam ab Ætolis emit triginta talentis. XXIII. 8, 10. agrum ejus Pergamenum & sacra loca vastat Philippus. XVI. 1. sociis Rhodiis, pugnam navalem ad Chium pugnat cum Philippo, satis felici eventu; XVI. 2-9. ipse tamen naves suas in continentem ejicere coactus, ægre Erythras evadit. XVI. 6. *De* pugna ad Laden *vide* XVI. 14 *seq.* Post eas pugnas novos adparatus belli facit. XVI. 24, 1.

Athenas invitatur, & magna cum pompa ibi recipitur. XVI. 25 *seq.* Abydenis auxilia mittit adv. Philippum. 30, 7. ipse Tenedum venit succursurus eis, frustra. 34, 1. ejus postulata per legatum in colloquio Philippi cum T. Quintio. XVII. 2, 2. 6, 1 *sqq.* 8, 10. summis honoribus ornatus a Sicyoniis ob beneficia in eos collata. XVII. 16.

mors Attali & encomium. XVIII. 24. *conf. Spicileg. ex lib.* XVIII. *T.* V. *p.* 40. ejus merita in Romanos commemorat filius Eumenes Romæ apud senatum. XXII. 3, 2 *sqq.* mortuus est infirmitate contracta ex contentione, qua Bœotos ad societatem Romanorum hortatus est. XXII. 3, 5. XVIII. 24, 9. *n.*

uxor Attali Apollonias *vel* Apollonis. XXIII. 18.

Attalus, Attali filius, Eumenis frater. Cn. Manlium Vulsonem Cos. comitatur in expeditione in Galatiam. XXII. 22. honore matri Apollonidi habito magnam laudem consequitur. XXIII. 18, 4 *sqq.* Roma legatus redit, & Eumenem comitatur in bellum cum Pharnace. XXV. 4, 4 *&* 11. per Eumenis morbum inducias facit cum Pharnace, & rursus legatus Romam abit cum minoribus fratribus. XXV. 6.

operam dat, ut honores Eumeni, in Peloponneſi urbibus ſublati, reſtituantur, eoque amorem ſuum in fratrem præcipuum teſtatur. XXVII. 15. XXVIII. 7. idque obtinet. XXVIII. 10, 7.

rurſus Romam Attalus legatur poſt bellum Perſicum, ubi ei blandiuntur Romani, & ad diſſenſionem cum fratre Eumene concitare ſtudent. XXXI. 1. a parum ſano impetu eum revocat Stratius medicus, ab Eumene ſubmiſſus. *cap.* 2 *ſeq.* rurſus cum fratre Athenæo Romam mittitur, ad reſpondendum querelis Pruſiæ. XXXI. 9. rurſus, XXXII. 3. & benigne accipitur. 5, 5 *ſqq.*

mortuo Eumene, regnum adminiſtrat pro pupillo filio fratris. XXXII. 23, 8. *conf.* XXX. 2, 6. XXXIII. 16, 1. ſtatimque Ariarathum in regnum Cappadociæ reſtituit. *ibid. Conf.* III. 5, 2. *n.* mox a Pruſia bello petitur, & acie vincitur. XXXII. 25. 26, 1 *ſq.* Athenæum fratrem Romam mittit; 26, 1. ſimul exercitum cogit, & auxilia ab Ariarathe & Mithridate ſociis adſciſcit. XXXIII. 10. claſſem ei adminiſtrat Athenæus. 11, 1 *ſqq.* mox, intercedentibus Romanis, pax conciliatur inter Attalum & Pruſiam. 11, 4 *ſqq.*

Attalus, Eumenis filius, (*conf.* XXX. 2, 6.) Romam venit, & benigne accipitur. XXXIII. 16, 1 *ſqq.*

Atticum argentum; *vide* Argentum.

Attis & Battacus, antiſtites templi Deæ Peſſinuntiæ. XXII. 20, 5.

Avaritia, animi morbus inſanabilis, hydropi ſimilis. XIII. 2, 6 *ſqq.* avaritiam e republ. tollens Lycurgus, omnium civilium diſſenſionum fontem ſuſtuliſſe putatur. VI. 46, 7.

Audacia nimia ſæpe in amentiam & in nihilum abit. IV. 34, 2.

Audire ſemper eadem nemo vult. XV. 36, 6. auditionem ex auditione ſcribere, parum tutum. IV. 2, 3. auditus & viſus, duo inſtrumenta ad rerum cognitionem a natura data. XII. 27. *Conf.* Aures.

Aves. Ex avibus Lagoras cognoſcit partem minus cuſtoditam murorum urbis Sardium. VII. 15,

Aufidus fluvius, ὁ Αὔφιδος, unus ex omnibus Italiæ fluviis, qui Apenninum montem permeat; fontes habet inter Apenninum & mare Etruſcum, exit in Adriaticum. III. 110, 8 *ſq.* juxta Aufidum committitur pugna Cannenſis. III. 110 *ſeqq.* IV. 1, 2.

Aviditas militum Romanorum punita. XI. 24, 11.

Aulici, ſimiles ſunt calculis in abacis; ad regis nutum modo beati, modo miſeri. V. 26, 13.

Aulus. *vide* Atilius, Hoſtilius, Poſtumius, &c.

Aurea ſigna bellica Inſubrium. II. 32, 6. aureis argenteisve laminis obductæ fuerant trabes, lacunaria, & columnæ in regia Ecbatanæ. X. 27, 10 *ſqq.* πλίν-

πλίνθοι χρυσαῖ. *ibid. vs.* 12. *quæ videntur esse* capita columnarum. *Conf.* Aurum.

Aurei signati. IV. 56, 3.

L. Aurelius *Orestes*, legatus Romanorum in Asiam & Syriam. XXXI. 12, 9. legatus in Achaiam, Romam reversus queritur, in vitæ periculum se esse Achæorum culpa adductum. XXXVIII. 1, 1 *sqq. cf.* 2, 1.

Aures, testes male fidi. IV. 40, 3.

Auroræ imago præfertur in pompa Antiochi Epiph. XXXI. 3, 15.

Aurum amant cumulantque Galli Cisalpini. II. 17, 11.

de auri argentique metallis in Hisp. ex professo se dicturum *promittit Polybius.* III. 57, 3. auri metalla prope Aquileiam in Taurisci Noricis ditissima. XXXIV. 10, 10 *sqq.*

aurum & argentum *in Astapæ urbis incendio* fusum. dum quærunt milites, igne ipsi consumuntur. XI. 24, 11.

libra una auri æquiparatur decem libris argenti. XXII. 15, 8.

C. Aurunculeius, legatus ad Prusiam & Attalum. XXXIII. 1, 2.

Ausetani, Αὐσητανοί. *Sic fortasse scribendum* III. 35, 2. *pro* Andosini.

Ausones, Αὔσονες, ad sinum *Neapolitanum* incolunt: *eos* ab Opicis discretos *facit Polybius; eosdem esse statuit Antiochus.* XXXIV. 11, 5-7.

Ausonium mare, ultra Siciliam ad Salentinos. *Spicileg. lib.* XXXIV. *num.* 4.

Auspicium, ὀρνιθεία, apud Romanos excusatio legitima est eis qui sacramento tenentur ad conveniendum in armis. VI. 26, 4 *n.*

Auster, νότος; ei oppositi Etesii, *id est*, boreas. IV. 44, 6 & 10.

Autaritus, dux Gallorum in exercitu mercenariorum, bello Pœnorum Africo. I. 77, 1 & 4. 79, 8. sæva suadet rebellibus. 80. in potestatem venit Pœnorum. 85. e cruce suspenditur. 86, 4.

Autocheiria, pusilli animi indicium. XXX. 7, 8.

Autololes Gætuli, in Africa. *Spicileg. lib.* XXXIV. *num.* 7.

Autolycus, gubernator quinqueremis Rhodiæ in pugna ad Chium. XVI. 5, 1 *sqq.*

Autonus, Thessalus, salutaria suadet Hieronymo Syracusano. VII. 5, 3.

Auxilia. *vide* Socii, & Legio.

auxilium tardum, inutile. IX. 40, 2 *sq.*

Azanis, ἡ Ἀζανίς, pars Arcadiæ. IV. 70, 3. *n.* (*nomen habet ab Azane, Arcadis filio, cujus meminit Pausan. X. 9. p.* 819.)

Azorium, Ἀζώριον, urbs Perrhæbiæ. XXVIII. 11, 1. *n.*

B.

Babrantium, Βαβράντιον, locus prope Chium. XVI. 41, 3. *n.*

Babylonia, ἡ Βαβυλωνία. Ea potitur Molo. V. 48, 13. 52, 4.

οἱ περὶ Βαβυλῶνα τόποι. V. 51, 3.

Babyrtas, homo impurus Meſſenius. IV. 4, 5 *ſqq.*

Bacara, & Bacra, ὁ Βακάρας & ὁ Βάκρας. *Sic ſcripſi pro vulgato* Μακάρας *vel* Μάκαρ & Μάκρας, *quæ ſcriptura tamen ſervari fortaſſe debuerat. Vide Adn. ad* I. 75, 5.

fluvius Africæ, in mare exiens prope Carthaginem: pontem ei impoſitum cuſtodit Matho, & oppidum ibi exſtruit; eumdem amnem vado prope oſtium tranſit Amilcar. I. 75. *De* oppido *conf. c.* 76, 1 & 9 *ſq.* ad ejus oſtium caſtra metatur Amilcar. I. 87, 9. usque ad ejus oſtium legatos Romanos navibus comitantur Pœni. XV. 2, 8.

Βακκαῖοι *fortaſſe legendum* III. 33, 15. *id eſt* Vaccenſes, *pro* Μακκαῖοι *vel* Μάκιοι.

Bacchus, ab Ariſtide pictus; a quo ortum proverbium: Nihil ad Bacchum. XL. 7, 3.

Bactriana, ἡ Βακτριανή. Eam perfluit Oxus fluv. X. 48, 4.

urbs Bactrianæ, Zariaſpa, Ζαρίασπα. 49, 15.

regionis incolæ, Βακτριανοί, & Βάκτροι. X. 49, 8. contra quorum regem Euthydemum expeditionem ſuscepit Antiochus Magnus. X. 49. XI. 34.

Badiza, Βάδιζα. oppidum Bruttiorum. XIII. 10, 1. *n. Livio* Beſidiæ.

L. Bæbius, legatus a Scipione Carthaginem miſſus. XV. 1 *ſeq. conf. Not. ad cap.* 1, 3. caſtris præficitur a Scipione. XV. 4.

M. Bæbius, legatus Roman. in Macedoniam. XXIII. 6, 6.

Bæcula; Βαίκυλα πόλις, urbs Hiſpaniæ, in *Oretanis*, haud procul Caſtulone & Caſtulonenſi ſaltu. X. 38, 7. *n.* Ibi Asdrubal, Hannibalis frater, vincitur a Scipione. X. 39. *Adde* XI. 20, 5.

Bætica Hiſpania, ἡ Βαιτική. XXXIV. 9, 1.

Bætis, ὁ Βαῖτις, Hiſpaniæ fluvius. *Reliq. libri* XIX. XXXIV. 9, 12.

Bagrada; *vide* Bacara, & *Adnot. ad* I. 75, 5.

Balacer *vel* Balacrus, pater Pantauchi, amici legatique Perſei. XXVII. 8, 5.

Balas. vide Alexander *Balas.*

Balauchus, Pantauchi filius, obſes datus Genthio a Perſeo. XXIX. 3, 6.

Baleares, Βαλιαρεῖς. Nomen proprie Funditores ſonat. III. 33, 11.

mercenarii Pœnorum. I. 67, 7. III. 33, 16.

ab Hannibale in Africam miſſi, ſecuritatis cauſſa. III. 33, 11.

junguntur in pugna cum jaculatoribus. III. 113, 6. & *paſſim alias.*

Balliſtis (λιθοβόλοις) lapides triginta atque etiam ſexaginta librarum jaculantibus uſus eſt Philippus. IX. 41, 8. *Conf. Lexic. Polyb. in* Πετροβόλος. *Adde* Talentum.

Balneum; in idem balneum poſt Calli-

Callicratem nemo Achæus defendit. XXX. 20.

Bantia, Βαντία, oppidum Illyrici in finibus Calicœnorum, captum a Philippo. V. 108, 8.

Barbara & mixta turba, quid differat hominibus qui legibus & civilibus institutis innutriti sunt. I. 65, 7.

barbari Græcis sunt Romani. IX. 38, 5 & 7.

Barias, cognomen Amilcaris, patris Hannibalis. I. 56, 1.

Barce, mons Africæ, ad oceanum Atlanticum. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 7.

Barce, urbs Cyrenaicæ. Hinc Barcæus, Βαρκαῖος, Ammonius. V. 65, 8.

Bargusii, Βαργούσιοι, populus Hispaniæ citerioris; subacti ab Hannibale. III. 35, 2 & 4.

Bargylia, τὰ Βαργύλια, Cariæ urbs, capta a Philippo, qui ibi hiemat. XVI. 24, 1 *sq.* petentibus Rhodiis, invito Philippo, liberatur a Romanis. XVII. 2, 3. 8, 9. XVIII. 27, 4. 31, 2. 33, 1.

ibi erat miraculosum simulacrum. XVI. 12, 3.

cives, οἱ Βαργυλιῆται. XVI. 12, 3.

Bargylieticus sinus, ὁ Βαργυλιητικὸς κόλπος, *idem qui sinus Iassius.* XVI. 12, 1.

Barmocal, Pœnus, subscripsit formulæ fœderis Hannibalis cum Philippo. VII. 8, 1.

Barnus, Βαρνοῦς, οὔντος, oppidum Macedoniæ, præter quod transit via Ignatia. XXXIV. 12, 8.

Bastarni *vel* Bastarnæ, Βαστάρναι; de eis Romæ quæruntur Dardaniorum legati. XXVI. 9.

Batanæa, Βαταναία, recepta ab Antiocho Magno. XVI. 38, 3.

Bathea, βαθεῖα, via in urbe Tarenco. VIII. 31, 1. 35, 6.

Battacus & Attis, antistites templi Deæ Pessinuntiæ. XXII. 20, 5.

Belli & Titti, Βελλοὶ καὶ Τιττοὶ, populi Celtiberici Romanarum partium, legatos Romam mittunt. XXXV. 2, 3 *sqq.*

Bellum, ἄσπονδον, implacabile, Pœnorum cum mercenariis rebellibus. I. 65, 6. Bellum nemo prudens eo solo consilio suscipit ut hoste superior discedat, &c. III. 4, 10.

bello Antiochico occasionem præbuit Philippicum, Philippico Hannibalicum, Hannibalico Siculum. III. 32. 7.

belli jura quid permittant, quid vetent. V. 11, 3 *sq.*

bella spirantes & numquam ab armis quieti; dictum Euripidis. V. 106, 4.

de Bello & Pace deliberat Populus Romanus. VI. 14, 10.

pauciora sunt in bello quæ aperta vi perficiuntur quam quæ dolo. IX. 12, 1 *sq.*

belli flamma, sicut ignis, ipsum interdum auctorem incendii consumit. XI. 5, 4 *sq.*

bellum morbo simile, pax sanitati. XII. 26, 6 *sq.*

bella olim aperte gerebantur, non dolo; pristini moris vestigia supersunt apud Romanos. XIII. 3.

ante bella transmarina, in-

temerata erat omnium imperatorum Romanorum abſtinentia. XVIII. 18, 1.

In bello multa vana; πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. XXIX. 6, 10. bellum igneum XXXV. 1, 1 *ſqq.*

Bellum Ætolicum, Africum, Antiochicum *&c.* *Vide quadque* ſuo loco.

Belminas ager, (*forſan rectius* Belbinas) ἡ Βελμινᾶτις *f.* Βελβινᾶτις) χώρα, in Arcadia. Caſtella ibi a Cleomene exſtructa capit Antigonus, & Megalopolitanis tradit. II. 54, 3. *n.*

Benacus lacus, ἡ Βήνακος λίμνη, in Alpibus. XXXIV. 10, 19.

Beneventum, colonia Romana *in Sammio.* III. 90, 8. Beneventanum agrum incurſant Romani. *ibid.*

Berenice, (*nonnulli codd.* Bernice) Ptolemæi Philadelphi filia, Ptolemæi Evergetis ſoror, nupta Antiocho *Deo*, Syriæ regi. Ei aquam e Nilo bibendam mittere ſolebat pater. *Fragm. hiſt.* 54. ob ejus caſum Seleuco Callinico iratus Ptolemæus Evergetes, Syriam bello petit. V. 58, 10 *ſq. n.*

Berenice, (*nonnulli codd.* Beronice; *de qua ſcriptura conf. Criticos ad Juſtin. XXVI.* 3, 2. *& XXVII.* 1, 2.) Magæ filia, & Magæ mater, uxor Ptolemæi Evergetis, mater Ptolemæi Philopatoris, occiditur a Ptolemæo filio, Soſibii opera. V. 36. XV. 25, 2. *n.*

Berga, (ἡ Βέργη) *Macedoniæ oppidum*; *unde* Bergæus, Βεργαῖος, Antiphanes, *ſcriptor rerum incredibilium.* XXXIII. 12, 10. *n.*

Evemerum Eratoſthenes Bergæum adpellavit, *id eſt, fabuloſum ſcriptorem.* XXXIV. 5, 12. *n.*

Beræa, ἡ Βέροια, *urbs Macedoniæ.* *Hinc* Beroënſis, Βεροιεύς; Medon. XXVII. 8, 5. *n. &* Βεροαῖος *vel* Βεροιαῖος, Adæus, XXVIII. 8, 1. *n.*

Berytus, Βηρυτὸς, Phœniciæ *s.* Cœleſyriæ urbs. Fauces ad Berytum, pulſis Ptolemæi ducibus, occupat Antiochus. V. 61, 9 *ſq.*

Arado profectus, Theoproſopon promontorium prætergreſſus, Berytum venit Antiochus Magnus, capta in transitu Botry, & crematis Triere & Calamo. V. 68, 8.

Beſidiæ. vide Badiza.

Beſſi, Βεσσοὶ, populus Thracicus; quorum fines invaſit Philippus. XXIV. 6, 4.

Bethſan. vide Scythopolis.

Βία καὶ χειροκρατία; in eam degenerat Democratia. VI. 9, 7.

Bibliothecarum commoditas. XII. 27, 4.

Bionidas, Lacedæmonius, occiſus a factione Ætolica. IV. 22. *n.*

Bippus, Argivus, Romam legatus. XXV. 2, 3. *n. &* 2, 11. *&* 3, 4.

Bithynia, Bithyni. *Conf.* Pruſias.

Bithyniæ regnum ad Tibœtem pari jure, ac ad Pruſiam, viſum eſt pertinere. IV. 50, 9. quæcumque loca Bithyni Byzantiis in Myſia ademerant, reſtituere eis coguntur ex pacis lege. IV. 52, 9.

Biton

Biton & Cleobis, *Argiæ ſacerdotis filii*, pietate in matrem inſignes. XXIII. 18, 7.

Bodencus, Βόδεγκος, ab indigenis nominatur Padus fluvius. II. 16, 12.

Bœarum agrum, *τὴν τῶν* Βοιῶν *χώραν*, in extrema Laconica, populatur Philippus. V. 19, 8.

Bœi, *ſive* Boii, *οἱ* Βοιοὶ, oppidum Illyriæ ad Lychnidium lacum, captum a Philippo. V. 108, 8. *n. niſi* Βοιβίους *pro vulgato* Βοιοὺς *legendum, intelligendique cives oppidi, cui nomen* Bœbe, Βοιβή.

Bœotarcha, Brachyllas. XVIII. 26, 3.

Bœoti, Βοιωτοί.

ſocii Antigoni & Achæorum bello Cleomenico & Sociali. II. 65, 4. IV. 9, 4. 15, 1 *ſq.*

univerſæ Bœotorum gentis conventum (*τὴν τῶν* Ἠμβιωτίων *πανήγυριν*) perfide violarunt Nicoſtratus Ætolus, Dorimachi pater, & Lattabus. IV. 3, 5. IX. 34, 11.

Bœoti, adverſus Ætolorum, Romanorum & Attali ſocietatem, opem implorant Philippi. X. 41, 3. *cf.* 42, 2. a T. Quintio impetrant, ut eis, qui contra Philippum militaverant, impune redire liceat; cui favori male reſpondentes, Brachyllam, Macedonibus faventem, Bœotarcham creant. XVIII. 26.

Bœotorum, poſt Leuctrica tempora, minuta & perdita gloria. XX. 4 *ſeqq.* mox cum Achæis faciunt, mox rurſus cum Ætolis; inde Macedonibus ſe tradiderunt; *cap.* 4 *ſeq.* inde ad convivia & crapulam converſi ſunt. 4, 7. *& cap.* 6, 1 *ſqq.* Ab eorum repub. Megarenſes ad Achæos redierunt. 6, 7 *ſqq.*

prætor Bœotorum Amæocritus. XX. 4, 2.

Antiochum Thebis recipiunt Bœoti. XX. 7, 5.

novæ Bœotorum turbæ; exſules ſuos Romanis faventes recipere nolunt; Macedonibus favere pergunt; Achæis jus reddere recuſant; inde Belli origo. XXIII. 2.

prætor Bœotorum Hippias, dein Alcetas. XXIII. 2, 3.

Commune Bœotorum diſſolvitur, & Bœoti abſtrahuntur a ſocietate Perſei. XXVII. 1.

mortuo Mnaſippo, tranquillitas Bœotiæ rediit. XXXII. 21, 2.

Boii, Βοῖοι, Βοιοὶ, Βόϊοι. II. 17, 7. *n.* 20, 1. *n. &c.*

Gallicus populus Cispadanus, inter Ananes *s.* Anamares & inter Lingones habitans. II. 17, 7. 28, 4. conterminus ditioni Romanorum. II. 21, 9. (*Cum his non confundendi* Bœi; *quos vide.*)

Boii, poſt Inſubres, potentiſſimi (*μέγιστοι*) inter Galliæ Ciſalpinæ populos. II. 21, 1, *coll. c.* 17, 4. adverſus Romanos profecti cum Etruſcis, cæduntur ad Vadimonem lacum. II. 20. ſuos reges Atin & Galatum occidunt, & mutuis cædibus in ſe ipſi graſſantur. 21.

Boii & Inſubres adv. Roma-

nos incitant Gæsatas. 22 *seq.* In Boiorum ditionem, Romanorum in gratiam, impressionem facturi erant Veneti & Cenomani. II. 24, 8. prælium committunt (*ad Telamonem*) cum L. Æmilio & C. Atilio Coss. II. 28 *seqq.* braccati pugnant & levi sago induti. 28, 7. cominus fortissime pugnant, solo genere armorum victi. 30, 7. Romanis se tradunt. 31.

Boii & Insubres deficiunt a Romanis; Mutinam, Romanorum coloniam, obsident; Romanorum triumviros agris dividendis perfidi prehendunt; Romanam legionem cædunt, reliquos includunt. III. 40. ad Boiorum fines accedit P. Scipio, Massilia rediens. 56, 6. Boii cum Hannibale amicitiam faciunt, eique Romanos triumviros vinctos tradunt, quos ille vero his custodiendos reddit. 67, 6 *sq.*

Bolax, Βῶλαξ, oppidum Triphyliæ. IV. 77, 9. in deditionem accipitur a Philippo. 80, 13.

Bolis, Cretensis, a Sosibio Sardes mittitur ad liberandum Achæum. VIII. 17 *seq.* sed is Cretica perfidia Achæum Antiocho prodit. VIII. 18 *sqq.*

Bomilcar, Βομίλκας, rex Carthaginis, pater Hannonis ejus qui in Hannibalis fuit exercitu. III. 42, 6. *De eodem cf.* III. 33, 3.

Bomilcar, Βομίλκας, classis præfectus Pœnorum, auxilio mittitur Tarentinis adv. Romanos. *Spicileg. Reliq. ex lib.* IX. *num.* 1. T. V. p. 36. *& ibi Not.*

Boodes, senator Carthag. ab Hannibale *seniore* in Liparam missus adv. Cn. Cornelium. I. 21, 6.

Bos, ἡ Βοῦς, locus in Asia, ad Bosporum Thracicum. IV. 43, 6 *sq.* 44, 3.

Bos, *pecus*. Qui utrumque cornu tenet, bovis est compos; *proverbialis locutio*. VII. 11, 3. cornibus boum accensis, evadit Hannibal. III. 93.

Bosporus, Cimmerius, ὁ Κιμμερικὸς Βόσπορος, os Paludis Mæotidis. IV. 39, 3. XXXIV. 7, 14.

Bosporus Thracicus, Βόσπορος Θρᾴκιος, IV. 39, 4. ejus descriptio. 43 *seq.* Bosporum ponte junxit Darius. 43, 2.

Bostar, ὁ Βώστωρ, τοῦ Βώστορος, dux Carthag. ab Hasdrubale ad Iberum fluv. missus adv. Romanos. III. 98, 5. deceptus ab Abilyce Hispano, tradit ei obsides Hispanorum, qui Sagunti erant, Romanis prodendos. 98 *seq.*

Bostarus, ὁ Βώσταρος, dux Pœnorum in Africa adv. Atilium Regulum. I. 30, 1. auxiliorum præfectus in Sardinia, interficitur a rebellibus mercenariis. 79, 2.

Botrys, Βότρυς, Phœniciæ oppidum, captum ab Antiocho Magno. V. 68, 8. *De ejus situ conf.* Berytus.

Botrys, *Siculus*, scriptor obscœnus. XII. 13, 1. *n.*

Bottia, Βοττία, (*alias* Bottiæa, Βοττιαία) Macedoniæ regio. V. 97, 4. *n.*

Brac-

Braccati Galli. II. 28, 7.
Brachylles, Bœotus, *puto Thebanus*; filius (*ut videtur*) Neonis, nepos Aſcondæ, Macedonibus faventium; victo Cleomene Spartæ præfectus eſt ab Antigono Doſone. XX. 5. comes Philippi in colloquio cum T. Quintio. XVII. 1, 2. victo a Romanis Philippo, cum aliis Bœotis, qui Philippo militaverant, a T. Quintio incolumis remittitur, & Bœotarcha a ſuis creatur. XVIII. 26, 1-3.
permittente Quintio, occiditur a factione contraria, quæ cum Romanis faciebat. XVIII. 26, 5 *ſqq.* XX. 7, 3. XXIII. 2, 7.
Braſidas. *Fragm. hiſt.* 15.
Brennus. Pars Gallorum, qui cum Brenno patria exceſſerant, declinavit Delphicam cladem, & in Thracia ſedes cepit. IV. 46, 1. Galli cum Brenno, victo Ptolemæo Cerauno, contemtis Macedonibus, in mediam Græciam irruerant. IX. 35, 3. eorum impetui ſoli Ætoli reſtiterant. IX. 30, 3.
Britania, ἡ Βρεττανική. Eam totam ſe peragraſſe ait Pytheas, & multa mira de ea narravit. XXXIV. 5, 2 & 8. *c.* 10, 7.
de Britannicis inſulis copioſe ſe commodo loco dicturum promittit Polybius. III. 57, 3. XXXIV. 1, 6.
de Britannia nemo mercatorum Maſſilienſium, nec Narbonenſium, nec Corbilonenſium, dicere quidquam inquirenti Scipioni potuerat. XXXIV. 10, 7.
Brochi, οἱ Βρόχοι, caſtellum in faucibus Cœleſyriæ. V. 46, 1. 61, 8. *Confer* Gerra.
Bruma. Circa brumæ tempus commiſſa eſt pugna ad Trebiam. III. 72, 3.
Brunduſium, Βρεντέσιον, & Βρεντήσιον, ἡ τῶν Βρεντεσινῶν πόλις. Brunduſio Apolloniam cum exercitu adpellit Poſtumius. II. 11, 7. *n.* priusquam conditum eſſet Brunduſium, Tarentinus portus celeberrimus erat. X. 1, 9. *n.* Brunduſium adpellit claſſis Rom. ex Aſia rediens. XXII. 7, 16. Eumenes, ex Aſia Romam petens, Brunduſium adpellit. XXX. 17, 7.
vir Brunduſinus Hannibali Claſtidium prodidit. III. 69, 1.
Bruta animantia, hominibus cautiora. XV. 21, 5 *ſqq.* XVII. 15 *extr. Conf.* homo.
Bruttia, ἡ Βρεττία; Bruttii, Βρέττιοι; in ora inferioris Italiæ. X. 1, 3.
per Dauniam & Bruttiam, Rhegium petit Hannibal. IX. 7, 10. res Bruttiæ Hannibali adminiſtravit Mago. IX. 25, 1. in Bruttiæ angulum concluſus eſt Hannibal. XI. 7, 1. *n.*
Bruttius ager, ἡ Βρεττιανὴ χώρα, ἡ Βρεττιανή. Eum populatur Amilcar Barca. I. 56, 3. eundem Agathyrnæis populandum dat M. Valerius Lævinus. IX. 27, 11. *coll. Liv. XXXVI.* 40.
Bruttiorum oppida, Badiza & Lampetia. XIII. 10, 1 *ſq.*
Bubali pulcerrimi in Africa. XII. 3, 5.

Bubastus, ἡ Βουβάστος, urbs Ægypti; ejus præfectus Adæus. XV. 27, 6.

Bucaras, fluv. Africæ. *Sic ex Polyb. citavit Suidas; vide* Bacara, *& conf. Adn. ad* I. 75, 5. *T. V. p.* 324.

Buccina signum datur vigiliarum. VI. 35, 12.

buccina convocantur greges in Italia. XII. 4, 6 *sqq.*

Buchetum, *vel* Buchetus; Βουχετὸς *vel* Βουχετὸν, oppidum Epiri: εἰς Βουχετὸν, XXII. 9, 8. *ubi perperam vulgo* εἰς Βουλετὸν, Buletum, *edebatur. Straboni* Βουχαίτιον.

Bumilcar. *vide* Bomilcar.

Bura, Βούρα, urbs Achæorum ex XII primis olim fœderatis. II. 41, 8.

Burii, *oi* Βούριοι, instaurato dein fœderi mox accedunt, occiso tyranno. II. 41, 13.

Bylazor, Βυλάζωρ, urbs maxima Pæoniæ, occupatur a Philippo. V. 97, 1 *sqq.*

Βυσσάτις. *vide* Byzacium.

Byttacus, Macedo, levi armaturæ præfectus in exercitu Antiochi in Cœlesyria. V. 79, 3. 82, 10.

Byzacium, ἡ Βυσσάτις (*sive* Βυσσακῖτις) Africæ regio. III. 23, 2. *n.* XII. 1, 5. *n.*

Byzantium, Βυζάντιον, ἡ τῶν Βυζαντίων πόλις. IV. 39, 5. 43, 7. 44, 1.

situs urbis a mari opportunissimus. IV. 38. & 44. incommodus a parte continentis, unde perpetuis bellis Byzantii premebantur a Thracibus & Gallis, Tantaleum sæpe supplicium patientes. IV. 45 *seq.*

Byzantiis gratiam debent Græci, quibus carendum foret omni fructu commercii e Ponto, si Byzantii eos prohibere vellent transitu per Bosporum. IV. 38, 6 & 10. Gallis gravissima tributa pendunt, quare portoria a navigantibus in Pontum exigere coguntur. 46.

Bellum Byzantiis indicunt Rhodii. IV. 47. Byzantii auxilia petunt ab Attalo & Achæo, quorum mutuum inter se bellum dirimere iidem statuerunt. 48, 1. 49, 2. eis iratus est Prusias, quod ad Soteria ipsius legatos non misissent. 49, 3. Mysiæ partem tenent in Asia, quam eis eripit Prusias, & Hieron castellum, magno ære emtum. 50, 2 *sqq.* Tibœtem adv. Prusiam excitant. 50, 1 & 8 *sq.*

Pacem faciunt Byzantii cum Rhodiis & Prusia, qua nullum amplius vectigal a navigantibus in Pontum se exacturos promittunt. IV. 52, 5.

Byzantiis intercedentibus, Ptolemæus Philopator legationibus differt Antiochum Magnum. V. 63, 5. eisdem, contra Thraciæ reguios, auxilia promittit Philippus. XXIII. 14, 12.

C.

Cabyla, Καβύλη, urbs Thraciæ. XIII. 10, 9.

Gentile Cabilenus, Καβυληνός. *ibid.*

Cadi, Κάδοι, oppidum Asiæ, *in Phrygiæ, Mysiæ & Lydiae con-*

confinibus. XXXIII. 10, 2. Quadi *Cafaub.*

Cadmea, Καδμεία, per dolum capta a Phœbida Lacedæmonio. IV. 27, 4. *n.*

Caduceus apud Græcos, olivæ ramus apud Gallos aliosque barbaros, pacis ſignum & amicitiæ. III. 52, 3.

Haſtam ſimul & caduceum mittere; *proverbium.* IV. 52, 3.

Caduſii, Καδούσιοι, Aſiæ populus, a ſeptentrione Mediæ. V. 44, 9. Caduſii in exercitu Antiochi. V. 79, 9.

L. Cæcilius *Metellus*, Coſ. cum C. Furio, Thermam & Liparam capit. I. 39. ad Panormum cædit fugatque Asdrubalem. 40.

Lucius *Cæcilius Metellus*, *prætor*, cadit in pugna cum Gallis ad Arretium oppidum. II. 19, 8.

Q. Cæcilius *Metellus*, legatus Roman. ad judicandas Philippi cum finitimis populis controverſias. XXIII. 6, 6. 10, 1. 11, 1 *ſqq.* objurgat Achæos ob ea quæ Spartæ egerant prætore Philopœmene. 10, 2 *ſqq.* 12, 8. poſtulat concilium gentis Achæorum, quod ei negant magiſtratus, quod ſcriptum ſenatus mandatum non haberet. 10, 10 *ſqq.* 12, 5 *ſqq.* inique ab eo ſecum actum queritur Philippus. XXIV. 2, 7.

denuo legatus mittitur in Peloponneſum. XXIV. 4, 8.

Q. Cæcilius *Metellus*, prætor Macedoniæ, legatos mittit ad Achæos, ſed conditiones ejus temere reſpuuntur. XXXVIII. 4, 1 *ſqq. cf.* 5, 9. rurſus. XL. 4. Diæum cum exercitu opprimit in Phocide. XL. 6, 11. *& Spicileg. ex lib.* XL.

Calabri, Καλαβροί, in ora inferioris Italiæ. X. 1, 3.

Calamæ, αἱ Καλάμαι, Meſſeniorum caſtellum, proditione captum a Lycurgo, tyranno Spartanorum. V. 91, 4. *n.*

Calamitatum recordatio incitat ad odium adverſus earum auctores. IX. 10, 10.

Calamus, Κάλαμος, Cœleſyriæ. *s. Phœniciæ* oppidum, crematum ab Antiocho. V. 68, 8. *n. De ejus ſitu conf.* Berytus.

Calamus odoratus, ὁ μυρεψικὸς κάλαμος, colligitur e paludibus quæ ſunt in Marſya Campo. V. 45, 10.

Calchedon, Καλχηδών, ἡ Καλχηδονίων πόλις. *Sic ſcripſi cum codd. noſtris, pro vulgato* Chalcedon, Χαλκηδών. *Vide Adnot. ad* IV. 39, 5. urbs ad oſtium Bospori Thracici a parte Propontidis, ex adverſo Byzantii. IV. 39. ejus ſitus multo incommodior, quam ſitus Byzantii. 43, 8 *ſqq. & 44.*

Calchedonios, quum Ætolorum eſſent ſocii, Philippus, ipſe licet Ætolis nuper reconciliatus, ab Ætolorum ſocietate abſtraxit, & ſibi adjunxit. XV. 23, 8 *ſq. ubi in Græcis mutanda diſtinctio orationis, & verſio latina corrigenda, ut dictum eſt ſupra in* Ætoli.

Calculis in abacis ſimiles ſunt aulici. V. 26, 13.

Calela *vel* Calena, Καλήλη *sive* Καλήνη, arx in agro Larinate. III. 101, 3. *n.*

Caleni, Καληνοὶ, *cives oppidi* Campaniæ, *cui Calas nomen*, a septentrione Capuæ. III. 91, 5.

Calicœni, Καλίκοινοι, gens Illyrica, Macedoniæ vicinæ, cujus oppidum Bantiam præsidio occupavit Philippus. V. 108, 8.

Callias, Tespiensium legatus Romam. XVII. 1, 1.

Callias, pancratiastes, legatus Athiensium in Ægyptum. XXVIII. 16, 4.

Callicrates, Leontesius Achæus, humilis adulator Romanorum, Romam legatus in caussa exsulum Spartanorum, Achæos prodit. XXVI. 1-3.

prætor creatur Achæorum, commendatus a Romanis. 3, 7 & 14. Ptolemæis auxilia petita non mittenda censet, invidia Lycortæ maxime ductus. XXIX. 8-10. Romanis imperatoribus & X legatis gratulatur victoriam de Perseo relatam, & populares suos calumniatur. XXX. 10, 3 & 9. inde reversus, vulgo exosus omnibus. XXX. 20.

responso a senatu legatis Achæorum dato inflatur. XXXI. 8, 8 & 12. contendit, Achæis absque Romanorum voluntate nec bellum cuiquam inferre licere, nec opem ferre. XXXIII. 15, 7.

Callicritus, legatus Bœotorum Romam. XXIII. 2, 8.

Calligiton, Καλλιγείτων, pater Cothonis, hieromnemonis Byzantiorum. IV. 52, 4.

Callinicus; *vide* Seleucus.

Calliope, Καλλιόπη, urbs Parthorum. X. 31, 15.

Callipolis, Καλλίπολις, opp. Ætoliæ. XX. 11, 11.

Callisthenes, refert epigramma in columna ad aram Iovis Lycæi Messenæ in honorem Arcadum. IV. 33, 2 *sq.* rempubl. Cretensium similem esse contendit Laconicæ. VI. 45, 1.

Callisthenis imperitiam in narrandis rebus ad militiam pertinentibus, præcipue in exponenda pugna Alexandri & Darii in Cilicia, *perstringit Polybius.* XII. 17. Alexandrum Callisthenes in Deorum numerum noluit referre. XII. 23, 4 *sq.*

Callistratus, legatus Eleorum Chalcidem ad Antiochum. XX. 3, 1 & 5.

Callonitis. Καλλωνῖτις. *Sic vulgo græce editur* V. 54, 7. *pro* Χαλωνῖτις, *vel pro* Χαυωνῖτις, *quod voluit Wesseling.*

Calpitus *s.* Calpitum, Κάλπιτος *vel* Κάλπιτον, *si vera scriptura*, Galatiæ oppidum. XXV. 4, 8. *n.*

Calumniandi novum genus, non obtrectando, sed laudando. IV. 87, 3 *sqq.*

Calycadnus, ὁ Καλύκαδνος, promontorium Ciliciæ; ultra illud belli caussa navigare prohibetur Antiochus. XXII. 26, 14.

Calydonia, Calydoniorum ager, ἡ Καλυδωνία, in Ætolia; eum populatur Philippus, & oppidum capit cui nomen Elæus. IV. 65, 6 *sq.* eamdem Calydoniam

doniam populantur Achæi. V. 95, 11.

Calydonius Damocritus; *vide ſuo loco.*

Calynda, ἡ Κάλυνδα, urbs Cariæ; eam a Romanis ſibi petunt Rhodii. XXXI. 16, 1 *ſq. n.*

Calyndenſes, Καλυνδεῖς, Rhodiis ſe tradunt. XXXI. 17.

Camarina, ἡ Καμαρινάιων πόλις, in Sicilia, expugnatur a Romanis. I. 24, 2. prope eam tempeſtate perit claſſis Romanorum. I. 37, 1.

Camartes. *vide* Camers.

Cambylus, præfectus Cretenſium in exercitu Antiochi ad Sardes. VIII. 17, 4 *ſqq.* cum Bolide Cretenſi decipit Achæum, & Antiocho prodit. VIII. 18 *ſeqq.* utpote Cretenſis, natura varius & aſtutus. 18, 4.

Camers *vel* Camars ager, Camartium *vel* Camertium fines, ἡ τῶν Καμερτίων χώρα. Ibi Galli & Samnites magna clade adficiunt Romanos, *ad Cluſium oppidum in Etruria.* II. 19, 5. *n.*

Κάμησον χώραν *mendoſa ſcriptura codicis mſti* XXV. 4, 9. *pro* Μωκισσέων χώραν.

Cammani, Καμμανοί, a Ti. Graccho ſub imperium Rom. rediguntur. XXXI. 9, 1. *n.*

Campani, Καμπανοί. mercenarii Agathoclis, vi potiuntur Meſſana urbe Siciliæ. I. 7, 2 *ſqq.* Mamertinos ſe ipſi adpellant. I. 8. *conf.* Mamertini.

Campanorum numerus ad militiam inſcriptorum bello Gallico Ciſalpino. II. 24, 14. *n.*

Campanus Decius. *vide* Decius.

Campania, τὰ κατὰ τὴν Καπύην πεδία, ab Hannibale vaſtata. III. 91 *ſq.* ἡ Καμπανία. VII. 1, 1. *Conf.* Capua.

Campi Phlegræi; *vide* Phlegræi. Campi Magni; *vide* Magni. Campi circumpadani; *vide* Gallia Ciſalpina.

Campos Amycæ. Apiæ campus. Campus Marſyas, Campus Martius. Campus Pulcer. Thebes campus. *Vide* Amycæ, Apia, Marſyas, Ἄρειον πεδίον, Pulcer, Thebe.

Camus, *ſ.* Camum, Καμοῦς *ſive* Καμοῦν, (*alias* Καμὼν) oppidum Cæleſyriæ *in Decapoli trans Iordanem*, captum ab Antiocho. V. 70, 12. *n.*

Candaſa, Κάνδασα, caſtellum Cariæ. XVI. 41, 6. *Conf. Adn. ad c.* 11, 1.

Candavia, Καυδαουία, mons Illyrici, per quem ducta eſt via Ignatia. XXXIV. 12, 9.

Canes dicuntur galeotæ vel xiphiæ piſces. XXXIV. 2, 15.

canes & alia animantia ſæpe conciduntur a Romanorum militum furore, in urbibus vi expugnatis. X. 15, 5.

Canis ortus, ſignum nautis infeſtum. I. 37, 4. ſub canis ortum augetur Padus fluv. II. 16, 9. & Euphrates. IX. 43, 4.

Canna, ἡ Κάννα, τῆς Κάννης, τὴν Κάνναν, oppidum Apuliæ. III. 107, 2. *n. Romanis in plur. num.* Cannæ, *& ſic in*

in plur. Κάνναι *apud Polyb.* XV. 7, 3. 11, 8.

oppido superiori anno diruto, arcem Cannæ, ubi horreum erat Romanorum, motis Geruniо castris, cepit Hannibal. III. 107, 2.

Pugna Cannensis, ἡ περὶ Κάννην μάχη, III. 117, 1. V. 105, 10. ad oppidum Cannam & Aufidum fluvium pugnata. IV. 1, 2. ejus descriptio. III, 115-117. post eam maxima Italiæ pars ad Pœnos defecit. V. 111, 8. XV. 7, 3. *coll.* III. 118. post eamdem captivos redimere nolunt Romani. VI. 58, 2.

Canopus, Κάνωβος, urbs Ægypti. V. 39, 1.

Canulejus, senator Romanus, qui legationem in Ægyptum obierat. XXXI. 18, 4.

Canusium, Κανύσιον, oppidum Apuliæ. III. 107, 3.

Cap blanc, Argennum promontorium. XVI. 7, 2. *n.*

Caphyæ, αἱ Καφύαι, oppidum Arcadiæ, a Cleomene occupatur. II. 52, 2. in agro Caphyensium, τῶν Καφυέων, cum Ætolis pugnant Achæi, duce Arato, fuganturque. IV. 11 *seqq.* Caphyas venit Philippus. IV. 68, 6. 70, 1. indeque Psophidem. IV. 70, 3-5.

Capillamenta Hannibalis. III. 78, 2 *sqq.*

Capilli præparati 300 talenta Sinopensibus mittuntur a Rhodiis. IV. 56, 3.

Capita alliorum. XII. 6, 4 *sq.*

Capitis reis Romanis potestas est in exsilium spontaneum secedendi. VI. 14, 7.

Capitolium, Καπιτώλιον, Καπετώλιον. Capitolio excepto, Roma capta a Gallis. I. 6, 2. *n.* II. 18, 2. *n.* Capitolium ornatur signis militaribus & maniacis Gallorum. II. 31, 5. in Capitolio instituitur quotannis delectus militum. VI. 19, 6.

Capitolinus Iupiter, Ζεὺς Καπιτώλιος *vel* Καπετώλιος. III. 22, 1. *n.*

Cappadociam invadit Pharnaces. XXV. 4. rex Cappadocum Ariarathes, τῶν Καππαδοκῶν, (a sing. ὁ Καππαδόκης, Cappadox, XXXI. 13, 2. *n.*) XXV. 4, 9.

Cappadocia, a Tauro monte & Lycaonia usque ad Ponticum mare porrecta. *Fragm. histor.* 10. Nomen est Persicum, *de cujus* vi & origine *vide idem Fragm. hist.* 10. de finibus Cappadociæ ad Taurum montem, *conf.* XXXIV. 13, 4. *ubi verba* ἀπὸ τῶν ὄρων, τῆς Καππαδοκίας *non debuerant verti* a montibus Cappadociæ, *sed* a finibus.

Cappadocia ad Pontum, Καππαδοκία ἡ περὶ τὸν Εὔξεινον. *Sic vocatur* regnum Mithridatis. V. 43, 1 *sq.*

Captivi. Captivorum spectaculo milites suos hortatur Hannibal. III. 62 *seq.* captivos Gallos sine pretio dimittit Hannibal; III. 77. pariter captivos Italos, socios Romanorum. III. 85, 3 *sq.*

captivos ex pugna Cannensi (III. 117, 7 *sqq.*) redimere nolunt

lunt Romani. VI. 58. captivos Hiſpanos fideliter curat Scipio; X. 17. & ſine pretio dimittit. X. 41, 10.

Capua, Καπύη. Campos circa Capuam olim poſſederant Etruſci. II. 17, 1. eosdem campos petit Hannibal. III. 90, 10. eorum ſitus & opulentia. 91.

Capuanorum *s.* Campanorum pars (Καπυανῶν τινες) Hannibalem advocarunt poſt pugnam Cannenſem. III. 118, 3. *Rurſus* Καπυανοί, Capuani IX. 9, 8. *ſed* Καπυηνοὶ IX. 5, 6.

Capuani in Campania (Καπυήσιοι οἱ ἐν Καμπανίᾳ) luxu ſuperantes Crotoniatas & Sybaritas, a Romanis ad Hannibalem defecerunt. VII. 1, 1 *ſq.* *Adde Spicileg. reliq. ex lib.* VII. *T.* V. *p.* 32.

Capuam obſidet Appius, obſeſſus ipſe ab Hannibale. IX. 3. Appium Hannibal, Romam petens, fruſtra ſtudet a Capua abstrahere. IX. 4, 8. 7, 7. Capuæ oppugnationem premunt Romani. IX. 9, 8.

vinum arbuſtivum Capuæ. XXXIV. 11, 1.

Carchi, Κάρχοι, (*an* Carduchi? Καρδοῦχοι?) Aſiæ populus, Zagrum montem incolens. V. 44, 7. *n.*

Cardaces, Κάρδακες, *militum mercenariorum genus in Aſia.* mille Cardaces, duce Lyſimacho Gallo, in Antiochi acie ad Raphiam. V. 79, 11. *n.* 82, 11.

Caria, Cares. ἡ Καρία, οἱ Κᾶρες.

Cariam, cum regibus Ægypti pareret, invadit Philippus. III. 2, 8. *n.* (*conf. Not. ad XVII.* 2, 3.) XVI. 11 *ſeq.* & ibi hiemat. XVI. 24.

Lycia & Caria usque ad Mæandrum Rhodiis dantur a Romanis poſt bellum Antiochicum. XXII. 7, 7. 27, 8. XXIII. 3, 7. non pro munere, ſed ut amici & ſocii. XXVI. 7. liberi pronunciantur Lycii & Cares. XXX. 5, 12 *&* 16. *Conf.* XXXI. 7, 4.

Carico bello magnam olim cladem paſſi erant Iaſſenſes. XVI. 12, 2.

in Care faciendum periculum; *proverb.* ἐν Καρὶ τὴν πεῖραν. X. 32, 1. *Sic* Carum militum per contemtum *meminit Cleomenes* V. 36, 5.

genere Car fuit Hermeas, princeps miniſter Antiochi. V. 41, 2.

Carmania, ἡ Καρμανία, Aſiæ ſuperioris regio.

ex Arachoſia, per Drangianam, in Carmaniam rediit Antiochus, ubi hiemavit. XI. 34, 13.

Carmani, Καρμανοὶ & Καρμάνιοι, in exercitu Antiochi. V. 79, 3 *&* 7. *n.* 82, 12.

Carneades Philoſophus Romæ. *Spicileg. ex lib.* XXIII. *T.* V. *p.* 45.

Carnium, Κάρνιον, locus Laconiæ, Apollini ſacer. V. 19, 4. *n.*

Carpetani, Καρπήσιοι, populus validiſſimus Hiſpaniæ; pæne opprimunt Hannibalem, mox ab eo ipſi oppreſſi. III. 14. *conf. Adn. ad vs.* 1. Καρπητανοί. X. 7, 5.

per

per eorum fines transit Tagus fluv. III. 14, 5. urbem in Carpetanis obsidet Asdrubal. X. 7, 5.

Carsenses, Καρσεῖς, *forsan* Καρησεῖς, *a Careso, Troadis oppido.* Eos terrens, ad obsequium redigit Attalus. V. 77, 7 *sq. n.*

Carsignatus, regulus Galatiæ in Asia, qui cum Pharnace fecerat, frustra legatos de pace mittit ad Eumenem & Attalum. XXV. 4, 6 *sq.*

Carthæa, Καρθαία, una e quatuor urbibus Cei insulæ. XVI. 41, 7. *n.*

Carthago, Καρχηδών. Carthaginienses, Pœni Καρχηδόνιοι. situs urbis, inter Vticam & Tunes. I. 73. ad Bacaram fluvium. 75.

Carthaginiensium ditionem in Sicilia carpunt Mamertini. I. 8, 1. ab Carthag. auxilium adversus Syracusanos petit pars Mamertinorum. I. 10. inde prima certamina Pœnorum cum Romanis, ab altera parte advocatis, *ibid. & seqq.* postquam olim fœdera Romanis ac Pœnis intercessissent. III. 22 *seqq.*

ante primum bellum Punicum Pœni jam, præter Siciliæ partem, plurimas etiam partes Hispaniæ & insulas omnes Sardoi & Etrusci maris in potestate habuerant. I. 10, 5.

Pœni ducem suum, arce Messanæ excedentem, cruci adfigunt. I. 11, 4 *sq.* Messanam obsidentes, in fugam vertuntur ab Appio. I. 12.

Belli *Punici primi* initium. I. 16. *Conf.* Sicilia. Siciliæ plurimæ urbes deficiunt a Pœnis ad Romanos. I. 16, 3. capto Agrigento, Pœnos penitus Sicilia ejici posse sperant Romani. I. 19, 2. Pœni maris tenent imperium. 20, 5. 39, 10. re nautica præstant. VI. 52, 1. naves Romanor. cum duce Cn. Cornelio ad Liparas capiunt. I. 21. navali prælio a Duilio vincuntur. 23. classe 350 navium tectarum, ultra 150 millia hominum tenente, in altum evehunt; I. 25, 9. 26, 8. & tamen vincuntur a Romanis navali pugna ad Ecnomum. 27 *seq.* in Africa rursus vincuntur fuganturque a Regulo. 30. non sua, sed ducum culpa. 32, 2. post varia belli facta, *quæ capp. sqq. exponuntur*, Pœni Romanis Sicilia cedunt. I. 62. bello Siculo prorsus attriti. 71, 3.

Pœni bellum habent cum mercenariis suis & subditis rebellibus; Bellum Africum. I. 65 *sqq.* 70 *sqq.* duris tributis premebant subditos. 72. Sardinia cedunt Romanis. I. 88. III. 10, 3.

Carthaginensium antiqua Fœdera cum Romanis. III. 22 *seqq.*

de *Secundo Punico* bello, *vide* Hannibal, & Hannibalicum bellum. In eo bello equitatu maxime valent Pœni. III. 110, 2. 117, 4. IX. 3, 9.

rex Carthaginis, Bomilcar. III. 41, 6. 33, 3. *n.* VI. 51, 2.

longi-

longitudo ditionis Carthaginiensium in Africa. III. 39, 1 *sq.*

Carthaginienses, victa a Cn. Scipione ad Iberi ostia & magnam partem perdita Punica classe, aliam submiserunt; quæ, cum obiter Pisas adpellere & cum Hannibale communicare vellet, a Cn. Servilio repulsa est, & Africam repetere coacta. III. 96.

sive Romani bello vicissent, sive Pœni, in Græciam arma translaturi erant victores. V. 104, 3.

Respublica Carthaginiensium, collata cum rep. Romana. VI. 51 *seq.* tempore secundi belli Punici jam consenescebat Carthago, Roma cum maxime vigebat. VI. 51, 5.

cum Pœnis Hieronymus fœdus facit de dividenda Sicilia. VII. 4. Pœnorum fœdus cum Philippo. VII. 9. Carthaginiensium numen. *ibid. vs.* 2. *n.*

Seniorum collegium, γερουσία, γερόντιον; senatus, σύγκλητος. VI. 51, 2. X. 18, 1.

consternatio Carthagine, postquam castra Syphacis & Asdrubalis incendit Scipio. XIV. 6.

acie victi Pœni in Magnis Campis, varia consilia capiunt. XIV. 8 *seq.* Postquam supplices pacem petierant, & confirmandarum conditionum pacis caussa a Scipione scriptarum Romam legatos miserant; inducarum tempore commeatum intercipiunt Romanorum, & legatis insidiantur Scipionis. XV. 2 *sqq. cf.* 8, 7. Victo Hannibale a Scipione, XV. 9-16. pace Pœnis data a Romanis, finitur Bellum Punicum secundum. 17-19.

Carthaginienses quotannis Tyrum primitias frugum Diis patriis mittunt. XXXI. 20, 12.

Emporiis circa Syrtin minorem cedere Masanissa coguntur iniquo Romanorum judicio. XXXII. 2.

Tertio bello *Punico*, missis Romam legatis, Romanorum fidei se tradunt Pœni. XXXVI. 1, 9. obsides poscit senatus, quos illi mittunt. *c.* 2 *seq.* arma omnia tradere jubentur. 4 *seq.* sedes mutare jubentur; dein funditus delentur. III. 5, 5. Carthaginis oppugnatio & excidium. XXXIX. 1-3. *& Spicileg. ex lib.* XXXIX.

Pœnis insita avaritia & dominandi libido. IX. 11, 2.

Carthagine & Alexandriæ in publicis tumultibus pueruli non minus quam viri tumultuari solent. XV. 30, 10.

Carthago Nova, in Hispania, Νέα Καρχηδών, Καινὴ πόλις, ἡ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Καρχηδών. II. 13, 1. III. 13, 7. 39, 6. *n.* X. 15, 11.

condita ab Asdrubale, Hamilcaris genero. II. 13. situs & descriptio urbis. X. 10. a freto Herculeo abest stadia 3000, ab Ibero fluv. stadia 2600. III. 39, 5 *sq.*

ibi hiemare consueverat Hannibal. III. 13, 7. 15, 3.

33, 5. fuit enim veluti caput & ſedes imperii Pœnorum in Hiſpania. III. 15, 3. X. 10, 9. Ibidem hiemat Asdrubal. III. 76, 11.

eam oppugnat expugnatque Scipio Africanus Major. X. 6-19. commoditates urbis. X. 8. argenti metalla. X. 10, 11. XXXIV. 9, 8 *ſqq.*

Carthalo, collega Adherbalis, ab eo Drepanis Lilybæum miſſus, claſſem Roman. Lilybæum obſidentem partim capit, partim cremat. I. 53. inſidians claſſi L. Iunii a Pachyno advenienti, tempeſtatem, quæ illam perdit, ſua providentia effugit. 54.

Cartheia. Adnot. ad III. 13, 5.

Carynea; Caryneuſis. Sic mendoſe olim legebatur II. 41, 14. *pro* Cerynea, Cerynenſis.

Caryſtus, Κάρυστος, Eubœæ urbs, liberatur a ſenatu Rom. poſt bellum Philippicum. XVIII. 30, 11.

Caſander; *vide* Caſſander.

Caſius mons, τὸ Κάσιον, Ægypti; propter eum Ptolemæus exercitum in Cœleſyriam ducit. V. 80, 2.

Caſpiæ Pylæ, Κασπίαι πύλαι, in Media. V. 44, 5.

Caſſander, rex Macedoniæ, urbibus Achæorum præſidia imponit. II. 41, 10. IX. 29, 5 *ſq.*

victo Antigono, Caſſander, cum Lyſimacho & Seleuco deliberans, univerſam Syriam Seleuco adtribuit. V. 67, 8.

in Gallia Cisalpina Taurinos subigit. III. 60, 8. *n.* captivorum spectaculo, ad fortiter pugnandum hortatur suos. III. 62 *seq.* ad Padum castra castris Romanis opposita habet. V. 29, 7. equestri prælio inter Padum & Ticinum superat P. Scipionem. III. 65. (*& ibi Adn.*

Adn. advs. 1.) poſt anceps prælium equeſtre ad Trebiam, III. 69. collatis ſignis ingenti pugna vincit Ti. Sempronium. 70-75.

in Gallia Ciſalpina hibernans, captivos Gallos ſine pretio dimittit. III. 77. & ad fallendos inſidiatores in varias formas ſe mutat. 78. naturali inclinatione pronus ad audacia conſilia. 78, 7.

Etruriam per paludes petit. III. 78 *ſeqq.* ad Traſimenum lacum ingenti clade adficit Romanos. 82 *ſeqq.* V. 101, 3 & 6. ad oram Adriatici maris reficit copias. III. 86, 8 *ſqq.* 87, 1 *ſeq.* Afros Romano more armat. III. 87. 3. 114, 1. XVIII. 11, 6 *ſqq.*

ſuperato Apennino, in Samnium tranſit. III. 90, 7. vaſtat Campaniam. 92. inſidias a Fabio in anguſtiis ſtructas, eludit ſtratagemate. 93. caſtra ad Gerunium ægre defendit ab irruptione Minucii. 102. a Gerunio caſtra movet Cannas. 107, 1 *ſq.*

Cannenſi pugna clade ingenti adfecit Romanos. III. 111-117. Hannibalem propediem ad Romæ portas adfuturum putant Romani. 118, 5. legatos captivorum Romam mittit. VI. 58.

Capuam invitatur; Petelinos fame expugnat. VII. 1. cum Hannibale per legatos agit Hieronymus rex Syracuſ. VII. 2 & 4. Hannibalis fœdus cum Philippo. VII. 9.

Tarentum proditione capit Hannibal. VIII. 26-32. Tarentinos benigne tractat, urbem ab arce interſepit, arcem obſidet. 33-36.

Appium, Capuam obſidentem, obſidet Hannibal. IX. 3. relicta Capua, Romam petit; ſed inde repulſus, Rhegium abit. IX. 4-7. *conf. c.* 9.

Hannibalis maximum robur in equitatu. IX. 3, 9 *ſqq.* illius unius mente & conſilio omnia geruntur. IX. 22. Romani ſupra modum crudelem, Pœni avarum perhibuerunt Hannibalem. 23, 8. 26, 11. *de* avaritia *conf. cap.* 25. varius fuit, pro temporum varietate. IX. 24. 26, 1. Capua a Romanis recepta, multa durius facere coactus eſt. 26, 2 *ſqq.*

ſæpe hoſtem decepit, numquam ipſe ab hoſte deceptus. X. 33, 2 *ſq.* ingenio & arte imperatoria præſtans, e plurimis gentibus mixtum exercitum per 16 annos ita continuit, ut nulla umquam ſeditio oriretur. XI. 20.

in brevem angulum Bruttii agri, ad Lacinium, a Romanis concluditur. XI. 7, 1. XV. 1, 11.

ex Italia in Africam revocatur a Pœnis; XIV. 9, 8 & 11. *cap.* 10, 1. & redit; XV. 1, 10. ad Adrumetum caſtra ponens. XV. 5, 3. a Tychæo Numida auxilium 2000 equitum impetrat. XV. 3. Adrumeto Zamam caſtra transfert. 5, 3. colloquio cum Scipione fruſtra inſtituto; XV. 6-8. acie ab eo vincitur. 9-16. Pacem ſuadet Pœnis in conditiones a Scipione latas. XV. 18.

Hanni-

Hannibalem ab Antiocho expoſcunt Romani. XXI. 14, 7. XXII. 26, 11.

moritur eodem anno cum Philopœmene & Scipione *Adn. ad* XXIV. 9, 1. Elogium Hannibalis. XXIV. 9, 5.

Hannibal, Carthaginienſis, triremium præfectus, ab Hannibale *Magno* ad Hieronymum Syracuſas miſſus, & ab hoc Carthaginem. VII. 2, 3 *&* 6.

Hannibal, *cognom.* Monomachus, ſævorum conſiliorum auctor Hannibali *magno*. IX. 24, 5 *ſqq.*

Hannibalicum Bellum; ὁ Ἀννιβιακὸς πόλεμος, *Bellum Punicum ſecundum*. I. 3, 2. *n.* II. 37, 2. 71, 9. III. 1, 1. 2, 1. 32, 7. 95, 7. VI. 51, 3. *Vide* Hannibal, Amilcaris filius. Belli illius ſcriptor Fabius. III. 8.

de Cauſſis ejus belli *diſputatur* III. 6-12. *conf.* I. 65, 8. *&* II. 36. diſceptantur Iura Romanorum Pœnorumque in ſuſcipiendo eo bello. III. 28-30. finitum bellum pace a Scipione Pœnis data, victo Hannibale. XV. 18 *ſq.* poſtquam per annos XVII duraſſet. XXIV. 9, 5.

Hanno, Ἄννων, dux copiarum Punicarum in Sicilia, Erbeſſum opp. capit. I. 18. obſidet Romanos, Agrigentum obſidentes. *ibid. & ſeq.* prælio profligatur. 19.

in pugna navali cum Regulo ad Ecnomum, præeſt dextro cornu. I. 27, 5. in altum fuga ſe recipit. 28, 1 *&* 9.

claſſi præfectus, commeatum Erycem erat devecturus, Amilcaremque cum militibus recepturus ad pugnam navalem; I. 60. ſed præventus a C. Lutatio, ad pugnam cogitur ad Æguſam, qua claſſis ejus partim capta eſt, partim depreſſa. 60 *ſeq.*

in Sardiniam miſſus adv. rebelles mercenarios, ab his prehenſus, cruci adfigitur. I. 79.

Hannonis hujus filius Asdrubal, dux Pœnorum in Africa adv. Regulum. I. 30, 1.

Hanno *alius*, qui nulli rei in Sicilia geſtæ interfuerat. I. 67, 2. regionem Africæ circa Hecatompylon ſubjecerat Pœnis. 73, 1. cum Numidis & Afris pugnare ſolitus. 74, 7.

imperator Pœnorum in Africa, ſeditionem mercenariorum & Afrorum ſedare fruſtra ſtudet. I. 67. ſubditos Pœnorum dure tractare ſolitus, eoque nomine Pœnis carus. 72, 3. ignave ſe gerit bello Africo. 74. Vticenſes propemodum perdit, dum vult eos adjuvare. *ibid.* tametſi Amilcari deinde ſumma imperii commiſſa eſt, tamen & Hannoni continuatum imperium. 81, 1. Copias conjungit cum Amilcare, ſed ob ducum diſcordiam nil recte geritur. 82. hinc imperium deponit Hanno. 87, 3. rurſus vero illud accipit, & cum Barca redit in gratiam. 87. cum eoque finem imponit bello Africo. 88.

Hanno, Hiſpaniæ citeriori præfectus ab Hannibale. III. 35, 4 *ſq.*

bello capitur a Cn. Scipione. III. 76, 5 *sq.*

Hanno, Bomilcaris filius, dux partis copiarum Hannibalis, præmittitur trans Rhodanum, ad tutandam trajectionem exercitus. III. 42, 6 *sq.*

Hanno, *puto idem cum superiori*, dextro cornu præest in pugna Cannensi. III. 114, 7.

Harmostas suos Spartani e Græciæ civitatibus non revocarunt, licet edixissent, se liberas eas dimissuros. IV. 27, 5.

Harpyia, Ἅρπυια, urbs Italiæ. *Gentile* Ἁρπυιήτης. *Fragm. hist.* 23.

Hasdrubal; *vide* Asdrubal.

Hasta velitaris, ὁ γρόσφος, τὸ τῶν γρόσφων βέλος. VI. 22, 4. hastas, δόρατα, triarii loco pilorum habent. VI. 23, 16. hastæ equitum Romanorum, olim inutiles, dein ad Græcorum morem mutatæ. VI. 25, 5 *sqq.*

hasta, γαῖσος, præmium militis qui hostem vulneravit. VI. 39, 3.

hastam simul & caduceum mittere, *proverb.* IV. 52, 3.

Hastati in legione Romana. VI. 22, 7 *sqq.* eorum armatura, gravis. 23. sedes in castris. 29, 8. ministerium castrense. 33, 3 *sqq.*

hastati, principes & triarii, in acie Scipionis adv. Hannibalem. XV. 9, 7.

Hebrus, Ἕβρος, fluvius Thraciæ. XXXIV. 12, 3.

Hecatodorus, (*ni potius* Hypatodorus) artifex statuæ æneæ Minervæ, Alipheræ positæ. IV. 78, 5. *n.*

Hecatombæum, τὸ καλούμενον Ἑκατόμβαιον, in agro Dymæorum; ubi magna clade a Cleomene adfecti sunt Achæi. II. 51, 3.

Hecatompylos, ἡ Ἑκατονταπυλος, urbs Africæ, quam Pœnis subjecerat Hanno. I. 73, 1. *n.*

Hecatompylos Parthiæ, ἡ Ἑκατόμπυλος; eo venit Antiochus. X. 28, 7. 29, 1.

Ἑκατονταπυλος; *vide* Hecatompylos, *paullo ante.*

Hecatontodorus, (*rectius fortasse* Hecatodorus,) princeps civitatis Byzantiorum. IV. 47, 4 *sq. n.*

Hegesianax, Antiochi M. legatus Corinthum ad T. Quintium & decem legatos Romanos. XVIII. 30, 1 *sqq.* 33, 3.

Hegesilochus; *vide* Agesilochus; *est enim unius ejusdemque viri nomen.*

Hegias, Phocæensium legatus ad Seleucum, Antiochi M. filium, XXI. 4, 4 *sq.*

Helia, Ἑλία, Laconicæ ager amplissimus & præstantissimus. V. 19, 8. 20, 12. *Nomen puto habet ab oppido Helos,* Ἕλος, *unde Helotæ denominati. Confer Strabonis locum, quem ad artic.* Leucæ *adferimus.*

Helicasii. Ἑλικαστῶν *legendum conjectaverat Gronov.* XI. 11, 6. *pro vulgato* Ἑλισφασίων.

Helice, Ἑλίκη, una ex XII civitatibus Achaiæ primum olim fœderatis, mari dein hausta. II. 41, 7 *sq. n.*

Helicranon, Ἑλίκρανον, Epiri castel-

caſtellum, quo ſuppetias Epirotis venere Ætoli & Achæi adv. Illyrios. II. 6, 2. 4. *in montanis; nam ibi propter τὰς δυσχωρίας τῶν τόπων prælium committi non poterat.*

Heliotropium, Ἡλιοτρόπιον (*quaſi dicas* Solarium *vel* Horologium) locus prope Thebas Phthiotidas. V. 99, 8.

Hella, Ἕλλα, Aſiæ oppidum, Attali regis emporium. XVI. 41, 5. *niſi* Ἐλαιὰ, Elæa, *legendum.*

Helleſpontus, Ἑλλήσποντος.
curſus ab Helleſponto ad Bosporum Thracicum. IV. 44, 6 *ſqq.* ad Helleſponti oſtium ſunt Seſtus & Abydus. *ibid.* & IV. 50, 6.

Galli, qui cum Brenno patria exierant, & cladem Delphicam declinaverant, ubi ad Helleſpontum venerunt, non in Aſiam trajecerunt, ſed in vicinia Byzantii conſederunt. IV. 46, 1. Gallis Ægoſagis, in Aſiam a ſe invitatis, ſedes ad Helleſpontum adſignat Attalus. V. 78, 5 *ſq.* iidem Galli urbes ad Helleſpontum effuſe depopulantur. V. 111. 2.
adverſus Helleſponti urbes veluti arcem ſitam Epheſum putat Antiochus. XVIII. 32, 2. Helleſpontum trajiciunt Scipiones cum exercitu. XXI. 6, 2. 10, 2.
Phrygia ad Helleſpontum. XXII. 5, 14. 27, 10.
Helleſpontum navibus obſidet Eumenes, ne cui navi transitus in Pontum pateret. XXVII. 6, 5.

C. Helvius a Cn. Manlio Coſ. ad Moagetem mittitur, Cibyræ tyrannum. XXII. 16, 3 *ſqq.*

Hemiolia, genus navigii. V. 101, 2. *n.*

Hemiolius, cognomen Theodoti. *Vide* Theod. Hemiol.

Hephæſtia, Ἡφαιστία, urbs Lemni inſulæ, liberata a Romanis. XVIII. 31, 2.

Hepteris. Hepteri, quæ olim Pyrrhi fuerat, vehitur Hannibal, dux claſſis Punicæ in pugna navali cum Duilio. I. 23, 4.
hepteres in claſſe Philippi. XVI. 3, 7. 7, 1.

Heraclea, Ἡράκλεια, opp. Siciliæ, haud procul Agrigento. I. 18 *ſeq.* 30, 1. cognomento Minoa. I. 25, 9. ibi ſtatio claſſis Punicæ. *ibid.* prope Heracleam Carthalo inſidiatur claſſi Romanæ. I. 53, 7.

Heraclea *Trachinia*, opp. Theſſaliæ ad ſinum Maliacum, in poteſtate Ætolorum. X. 42, 4. captum a Romanis. XX. 9, 1. 11, 2.

Heraclea, Macedoniæ oppidum in Lynceſtis. XXXIV. 12, 8. *Conf.* Heracleum.

Heracleotæ, Ἡρακλεῶται & Ἡρακλειῶται, ſuis legibus utentes, comprehenſi fœdere Eumenis cum Pharnace. XXVI. 6, 13. *ſunt cives Heracleæ Ponticæ; de qua conf. quæ habet Strabo lib. XII. p. 542. d.*
eis Pruſias damna illata ſarcire tenetur. XXXIII. 11, 8.

Heracleum, Ἡράκλειον; *(vulgo* Ἡρά-

Ἡράκλεια, Heraclea, *edebatur.*) oppidum Perrhæbiæ in Macedoniæ confinibus. XXVIII. 11, 3. *n.* & 15, 3. capitur a Romanis teſtudine faſtigiata. XXVIII. 12.

Ἡρακλεῖον, Herculis templum Gadibus. XXXIV. 7, 5.

Heraclidæ Tiſamenum Sparta ejiciunt. II. 41, 4. *Inde* Heraclidarum regnum Spartæ ad poſteros propagatum. IV. 34, 5. 35, 14.

Heraclides, Antiochi Epiphanis legatus Romam. XXVIII. 1, 1. 18, 1. Romam venit cum Laodice & Alexandro *Bala*, quem pro filio Antiochi Epiphanis venditat, & Demetrio Soteri opponit. XXXIII. 14 & 16.

Heraclides, Byzantius, ab Antiocho M. ad Scipiones legatus mittitur de pace. XXI. 10 *ſeq.* privatim cum P. Scipione agit. XXI. 11 *extr.* & *ſeq.*

Heraclides, Gyrtonius, Theſſalici equitatus præfectus in exercitu Philippi. XVIII. 5, 2.

Heraclides, Tarentinus, perditus homo, Tarentum Romanis prodiderat; inde novæ proditionis compertus, ad Philippum profugit. XIII. 4, 4 *ſqq.* a Philippo præficitur claſſi. XIII. 4, 8. *n.* XVI. 15, 6. Rhodum a Philippo miſſus ad claſſem Rhodiorum perdendam, aſtute rem exſequitur, & claſſem incendio corrumpit. XIII. 4 *ſeq. conf. Adnot. ad cap.* 5, 1.

Heraclitus. Ejus dictum: aures parum fidos eſſe rerum ſponſores. IV. 40, 3. *n.* certiores teſtes eſſe oculos. XII. 27, 1.

Heræa, Ἡραία, ἡ τῶν Ἡραιέων πόλις, urbs Arcadiæ prope Elidem regionem, XVIII. 25, 7 *n.* ad Alpheum fluvium. IV. 77, 5. (*ubi* ἐΦ' Ἡραίας *ſcripſi pro vulgato* ἐπὶ Φαραίαν. *Vide Adnot.*) Lepreo Triphyliæ Heræam caſtra movet Philippus, inde Megalopolin. IV. 80, 15 *ſq.*

tradit ſe Antigono Doſoni, (ab Ætolis, *ut videtur*, præpetra Achæis. *cf.* XVIII. 25, 7.) II. 54, 12. de Heræa cum Achæis apud Romanos contendunt Ætoli. XVIII. 25, 7. (*ubi mendoſe codices* Κρεῶν *pro* Ἡραιέων *habent.*) Heræam Achæis reddunt Romani XVIII. 30, 10. *n.*

Hercules. Herculis propago, *i. e.* rex Spartæ, declaratur Lycurgus, licet non eſſet ex regia ſtirpe. IV. 35, 14. (*conf.* Heraclidæ.)

Hercules, bellum gerens cum Eleis, condidit Tichos caſtellum. IV. 59, 4. neminem umquam ſponte læſit; ludos Olympicos & illas belli ferias inſtituens, animi fui ſenſum declaravit. XII. 26, 2.

coram Hercule ictum Fœdus Pœnorum cum Philippo. VII. 9, 2. Herculi ſacra facit Perſeus. XXIX. 6, 17. Herculis templum Gadibus, τὸ Ἡράκλειον. XXXIV. 7, 5.

Hercules Deianiræ tunica cruciatus, pictura. XL. 7, 3.

Herculeum Fretum; *vide mox* Herculis Columnæ.

Herculis Columnæ, *αἱ Ἡρακλειοι στῆλαι, αἱ Ἡρακλέους στῆλαι. Vide loca citata ad* II. 1, 6. *adde* III. 37, 10.

ad eas in Hiſpaniam trajecit Amilcar. II. 1, 6. *n.*

Ad ipſum Fretum, quod Africam ab Hiſpania dividit, Herculis Columnas poſuit Polybius. XXXIV. 9, 4. *Ea ratione* Fretum Herculeum *vocat τὸν κατ' Ἡρακλείους στήλας πόρον.* III. 39, 4. *& τὸ κατ' Ἡρακλείους στήλας στόμα.* III. 57, 2. XVI. 29, 6 *&* 12.

de illo Freto ex profeſſo ſe dicturum promittit Polybius III. 57, 2. *& habet nonnulla* XVI. 29. ubi fretum illud cum Helleſponto confertur. *Alia haud dubie libro XXXIV. collegerat.*

ab Herculis Columnis usque ad Tanaim extenditur Europa; usque ad Nilum, Africa. III. 37, 3 *&* 5. diſtantia Freti a Nova Carthagine, ab Ibero &c. III. 39, 5 *ſqq.* ab eodem freto usque ad Philæni aras pertinebat ditio Pœnorum in Africa. III. 39, 2. X. 40, 7.

Conii in Hiſpania *ἐντὸς (niſi ἐκτὸς legendum) Ἡρακλείων στηλῶν* habitant. X. 7, 5. *n.*

Hermæum, ad Bosporum Thracicum. IV. 43, 2 *ſqq. Vide* Mercurii Fanum.

Hermæum Promontorium, prope Carthag. I. 29, 2. 36, 11. *Vide* Mercurii Promont.

Hermeas, (Hermias Caſaub.) *Ἑρμείας*, genere Car, regni adminiſtrator conſtitutus a Seleuco, Antiochi M. fratre, & deinde etiam ipſius Antiochi princeps miniſter; homo invidus, ambitioſus & crudelis. V. 41, 1 *ſqq.* in poteſtate habet Antiochum, ob ætatem. V. 45, 7. fingit literas tamquam ab Achæo ſcriptas, quaſi Achæi defectioni faveret Ptolemæus. V. 42, 7 *ſqq.*

adverſatur Epigeni, Antiocho ſuadenti, ut ipſe contra Molonem proficiſcatur; Antiochum ſtimulat ad bellum pro Cœleſyria cum Ptolemæo ſuscipiendum. V. 41, 4 *ſqq. & cap.* 42. *adde* 45, 6. *&* 49. ficto crimine occidendum curat Epigenem. 50. lævo cornu cum Zeuxide præeſt in pugna adv. Molonem. V. 53, 6. ſperat, ſi quid Antiocho accidiſſet, tutorem ſe filioli ejus futurum. V. 55, 3 *ſqq.*

monente Apollophane medico, occidi eum curat Antiochus, ſummo omnium gaudio. 56, 1 *ſqq.* uxor & liberi ejus ab Apameenſibus mulieribus & pueris obruuntur lapidibus. 56, 15.

Hermion, *(& Hermione,)* *Ἑρμιών*, oppidum Argolidis, occupatur a Cleomene. II. 52, 2.

tyrannus Hermionenſium, *τῶν Ἑρμιονέων*, tyrannidem abdicat. II. 44, 6.

Hermippus, tibicen. XXX. 13, 3.

Hermogenes, unus e ducibus Antiochi in oppugnatione Seleuciæ. V. 60, 4.

Heroëm quemdam Hannibali viam

per Alpes monſtraſſe, ſcripſerunt nonnulli. III. 47, 9. 48, 7.

heroës apud Arcadas hymnis vulgo celebrari ſoliti. IV. 20, 8. *Conf.* Deus.

Heſiodus, Æacidas inducit bello gaudentes. V. 2, 6. Ejusdem ſententiola: dimidium facti, qui bene cœpit, habet. V. 32, 1 *ſq. n.* VI. 59, 3.

Heſperium Promontorium Africæ. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 7.

Heſtiæ, Heſtiarum Promontoria, τὰ περὶ τὰς Ἑστίας ἄκρα, in ora Europæa Bospori Thracici. IV. 43, 5.

Hetæri, Ἑταῖροι, equites in exercitu Antiochi Magni. V. 53, 4. *n.* in pompa Antiochi Epiph. XXXI. 3, 7. ἑταιρικὴ ἵππος. XVI. 8, 7.

Hetruria; *vide* Etruria.

Hexapyla, τὰ Ἑξάπυλα, porta Syracuſarum. VIII. 5, 6. *conf. Adnot. ad vs.* 2.

Hexeres duæ prætoriæ, in claſſe Reguli & Manlii. I. 26, 11. hexeres in claſſe Philippi. XVI. 17, 1.

Hexerium menſuram, (τῶν ἐξηρικῶν πλοίων τὰ μέτρα) quibus ubi ſunt Romani & Carthaginienſes, expoſuit Polybius. *Fragm. hiſt.* 35.

Hiacynthi tumulus, vel Apollinis Hiacinthi, prope Tarentum. VIII. 30, 2. *n.*

Hiceſius *ſive* Iceſius, Mileſius. XXVIII. 16, 5. *n.*

Hiera inſula, *una ex Ægatibus, Plinio* Hieroneſus, ἡ Ἱερὰ καλουμένη νῆσος, *niſi forte rectius* Ἱέρα *ſcribatur, retracto accentu, ad diſtinguendum a nomine adpellativo nomen proprium. Conf. Kühn ad Pauſan. p. 824. & Weſſeling. ad Diodor. T. I. p. 335 ſq.*

Hieræ portum tenet Hanno, Carthagine Erycem navigaturus. I. 60, 3. *n.* 61, 7.

Hiera Vulcania *vel* Vulcani, ἡ Ἱέρα Ἡφαίστου, una ex Æoliis. Crateres tres in illa inſula. XXXIV. 11, 12 *ſqq.*

Hiera-come, Ἱερὰ κώμη, oppidum *Lydiæ*, ditionis Pergamenæ, haud procul Thyatiris. XVI. 1, 8. *n.* Ibi Dianæ fanum ſpoliatur a Pruſia. XXXII. 25, 11.

Hieram fecerunt invicti ad Erycem Pœni; ἱερὸν ἐποιήσαντο τὸν στέφανον. I. 58, 5. *n.*

Hiero, Ἱέρων. prætor Syracuſanorum. I. 8. rex nominatur. I. 9. bellum infert Mamertinis, Meſſanam tenentibus. *ibid.* unde bello parum felici irretitur cum Romanis. I. 11. & fœdus facit cum Pœnis. *ibid.*

victus ab Appio Coſ. fœdus facit cum Romanis. I. 16 *ſeq.* neceſſarios Romanis commeatus ſuppeditat. 18, 11. cum eo bellum gerere vetantur Pœni, fœderis formula, cum Romanis icti. 62, 8.

Hiero Pœnos commeatibus juvat bello Africo, cavens ne nimis illi debilitentur, & ne ſoli Romani præpotentem poteſtatem obtineant. I. 83.

auxilia

auxilia mittit Romanis bello Punico secundo. III. 75, 7.

gratiam Græcorum captat, rex prudens. I. 16, 10 *sq.* VII. 8, 6. multa donat Rhodiis, terræ motu adflictis. V. 88, 5 *sqq.*

ejus filius Gelo regnat cum patre. V. 88, 5. *n.* de morte ejus falso nuncio accepto, Romani versus Syracusas navigant. VII. 3, 5 *sqq.* nepos ejus & successor Hieronymus. *ibid.* Laus Hieronis; vixit annos amplius 90, sensus omnes integros conservans; regnavit annos 54. VII. 8.

Hieronis regnum everſum (*nempe sub successore ejus Hieronymo.*) III. 2, 7.

Hieromnemon Byzantiorum, Cothon. IV. 52, 4. *n.*

Hieron, τὸ Ἱερὸν, castellum in ora Asiatica Bosphori Thracici, ubi Iason e Colchide rediens duodecim diis sacra fecit. IV. 39, 6. 43, 1. Byzantiis Hieron, magno pretio ab illis emtum, eripitur a Prusia; IV. 50, 2 *sq.* qui ligna, marmora, tegulas inde aufert, sed ex pacis lege restituere ablata tenetur. IV. 52, 7 *sq.*

Hieronesus; *vide* Hiera Vulcania.

Hieronymus, rex Syracusarum, Hieronis nepos *ex Gelone.* VII. 3, 5 *sq.* & *cap.* 4, 5. Pyrrhi nepos ex Nereide, Pyrrhi filia. 4, 5. in ejus caput conjurat Thrasō. VII. 2, 1.

Hieronymus legationem mittit ad Hannibalem. VII. 2. fratres mittit Alexandriam, 2, 2. legatis Romanis illudit, & fœdus respuit Romanor. VII. 3. Pœnis proponit fœdus de dividenda Sicilia. 4, 1 *sqq.* nova legatione missa, totam sibi Siciliam postulat. 4, 7 *sqq.*

novæ legationi Romanor. absurdas conditiones proponit. VII. 5. bellum parat adv. Romanos. 5, 8. *Occiditur* in urbe Leontinorum. VII. 6, 1. *n.* ejus vitia a nonnullis scriptoribus exaggerata. VII. 7.

Hieronymus, Areas, partes Philippi Amyntæ filii amplexus erat, eoque preditor dictus est a Demosthene, temere. XVII. 14, 2.

Hierosolyma, Ἱεροσόλυμα, recepta ab Antiocho Magno. XVI. 39, 4. celeberrimum ibi templum. 39, 5.

Himera, Siciliæ fluvius, ὁ Ἱμέρας, τοῦ Ἱμέρου, mediam fere insulam dividit. VII. 4, 2. 5, 7.

Himerenses Thermæ; *vide* Thermæ.

Himilco, Lilybæi præfectus, strenue urbem defendit adv. Romanos. I. 42. 45. 53.

Himilconem Livius XXII. 19. *vocat classis præfectum Asdrubalis in Hispania, qui in Polybianis codicibus* Amilcar *vocatur,* III. 95, 2.

Hippacritæ, οἱ Ἱππακρῖται, *cives urbis Africæ cui* Hippo Diarrhytus *nomen;* obsidentur a mercenariis Pœnorum rebellibus. I. 70, 9. *n.* 73, 3. 77, 1. deficiunt ad rebelles I. 82, 8. ad deditionem compelluntur a Pœnis. I. 88.

Hippagines. I. 26, 24. remulcis adligati. I. 28, 2.

Hippana, ἡ Ἱππάνα, (*apud Steph. Byz. vero ex eodem Polybii loco* τὰ Ἵππανα *citatur*) Siciliæ oppidum, vi captum a Romanis. I. 24, 10. *n.*

Hipparchus, legatus Ilienſium ad decem legatos Romanos. XXIII. 3, 3.

Hippias, prætor Bœotorum. XXIII. 2, 12 *ſq.* ejus auctoritate ſocietatem cum Perſeo contraxerant Bœoti, quare ille Thebis ejicitur ab eis qui Romanis favebant. XXVII. 1, 9 *ſqq.* Chalcide pæne opprimitur ab exſulis Thebanis, Romanorum amicis. *cap.* 2, 3 *ſq.*

legatus Romam miſſus a Perſeo, iram ſenatus in regem deprecari fruſtra laborat. XXVII. 7, 2 *ſqq.* ad Genthium legatus mittitur ab eodem. XXVIII. 9, 3.

Hippitas, (*Plutarcho* Hippotas) amicus & fugæ comes Cleomenis Alexandriæ. V. 37, 8. *n. Forſan* Ἱππόλτας.

Hippo *Diarrhytus*, urbs Africæ, ἡ τῶν Ἱππακριτῶν πόλις. I. 82, 8. *Vide* Hippacritæ.

Hippo *Regius*, urbs Africæ. XII. 1, 1. *n.*

Hippo, poſitum a Caſaub. in vers. lat. III. 88, 6. *pro* Vibonium, Ἰβώνιον.

Hippocrates, Carthaginienſis, frater Epicydis, origine Syracuſius, ab Hannibale ad Hieronymum mittitur, regem Syracuſ. VII. 2, 3 *ſq.* inſinuat ſe apud Hieronymum, eique bellum ſuadet adv. Romanos. VII. 4, 4 *ſqq.* 5, 5. per eum Hannibal res in Sicilia regit. IX. 22, 4. *Adde Scholion infra context. ad* VIII. 5, 1.

Hippocritus, Cous, cives ſuos ad Perſei partes traducere fruſtra conatur. XXX. 7, 10.

Hippodromus, *i. e.* Circus, prope Seleuciam Pieriam. V. 59, 1. prope Sardes. VII. 17, 2.

Hippolochus, Ætolus, bello Perſico ut ſuſpectus Romam abductus eſt. XXVII. 13, 14.

Hippolochus, Theſſalus, equitum præfectus, a Ptolemæo deficit ad Antiochum. V. 70, 11. Samariæ præſidere jubetur ab Antiocho. 71, 11. Græcis mercenariis præeſt in acie Antiochi ad Raphiam. V. 79, 9. *coll.* 82, 10.

Hippomedon, Ageſilai filius, nepos Eudamidæ, *regis Spartanorum*, præteritur in ſucceſſione regni poſt mortem Cleomenis. IV. 35, 13 *ſq.* ejus filia, uxor Archidami regis, quem interfecerat Cleomenes. *ibid.*

Hippopotami, in Ramboto, Africæ flumine. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 7.

Hippoſthenes, Hieronymi Syracuſii regis legatus Carthaginem. VII. 4, 1.

Hippotas; vide Hippitas.

Hirpini, Ἱρπινοί, *ni legendum* Ἱρπινοὶ *vel* Ἱρπινοί. Via ex Hirpinis Capuam per Apenninum. III. 91, 9.

Hiſpania & Hiſpani. Ἰβηρία, Ἴβηρες. nomen & ſitus. III. 37, 10 *ſq.* 39, 4.

Hiſpaniæ major pars Pœnis ſubjecta, ante primum Punicum bellum. I. 10, 5. Hiſpanorum

norum militum maximum numerum in Siciliam mittunt Pœni. I. 17, 4.

in Hiſpaniam cum copiis mittitur Amilcar Barca, ad Pœnorum imperium ibi inſtaurandum. II. 1. ei ſuccedit Asdrubal. II. 1, 9. II. 13. Asdrubali Hannibal. II. 36. III. 13 *ſqq.* in Hiſpania res ſuas in tuto conſtituunt Pœni, dum Romani bello Gallico Ciſalpino continentur. II. 22, 9 *ſqq.*

Hiſpani montani, III. 33, 9. *ὀρεῖται Ἴβηρες; niſi ibi Ὠρῆται vel Ὠρητανοί*, Oretani, *intelligendi.*

Hiſpanorum arma. III. 114, 1 *ſqq.*

De rebus in Hiſpania poſt Hannibalem geſtis, *vide* Asdrubal, Hannibalis frater; Asdrubal Giſconis filius; Cn. & Publii Scipionis, *in* Cornelius; *& alios. Tum* Carthago Nova; Iberus; Herculis columnæ; Celtiberi, *&c. Adde Indicem Reliquiarum Polybii, in fine Tom. III. & IV.*

Hiſpaniæ memorabilia *nonnulla.* XXXIV. 9. Hiſpaniæ regis cujusdam luxuria. *ibid. vs.* 14 *ſq.*

Hiſtoria; (*& præcipue* Polybii hiſtoria.)

Hiſtoriarum varia genera: de Deorum Heroumque generationibus; de Coloniis antiquis & urbium gentiumque Conditoribus; rerum a populis, civitatibus & earum rectoribus geſtarum. Duo priora genera ad oblectationem magis & curioſitatem ſpectant; tertium, quod unum præ ceteris ſectatus eſt Polybius, ad utilitatem. IX. 1 *ſeq.*

Hoc poſtremum genus Pragmaticam Hiſtoriam, *πραγματικὴν ἱστορίαν, τὸν πραγματικὸν τῆς ἱστορίας τρόπον, vocat Polybius, id eſt,* rerum geſtarum expoſitionem. I. 2, 8. I. 35, 9. VI. 5, 2. IX. 2, 4. *Ad eamdem pertinent ea quæ de* laude & fructu Hiſtoriæ *paſſim præcipit.* I. 1, I. 35. II. 35, 5 *ſqq.* III. 31. V. 75.

Hiſtoria pragmatica, ut uſum vere habere poſſit, Cauſſas & Adjuncta & Conſequentia rerum geſtarum exponere debet. III. 7, 7. 31, 11 *ſq.* 32, 6. quæ momenta ubi uberiori ratione exponuntur omnia, *ἀποδεικτικὴ (id eſt,* demonſtrativa) *vocatur* Hiſtoria; qualis eſt pars præcipua Hiſtoriarum Polybii, quæ libro III & ſeqq. continetur. II. 37, 3. *n.* III. 1, 3. *Confer Introitum ad Adnotationes noſtras in Polybium, Tom. V. p.* 105 *ſqq.* Breviori ratione res ſuperiores (ab Olymp. CXXIV. usque ad Olymp. CXL.) duobus prioribus libris expoſuit *ſcriptor noſter. Conf.* Præparatio.

Polybii hiſtoria Vniverſalis eſt, *id eſt,* omnium cognitarum gentium, quæ paullo notabiliores ſunt, res geſtas complectitur. I. 4. II. 37, 4. V. 31, 6. quæ multo majorem uberioremque fructum habet, quam Particulares hiſtoriæ. III. 32. VIII. 4. præſertim quoniam ſub

ſub Polybii ætatem omnis omnium populorum hiſtoria in unum veluti corpus coire cœpit. I. 3, 4 *ſqq.* IV. 28, 3 *ſqq.* V. 105, 4 *ſqq.* Hiſtoriam univerſalem primus & ſolus ante Polybium Ephorus ſcripſerat. V. 34, 1.

Propria & principalis Polybii hiſtoria incipit a rebus Olymp. CXL. geſtis; (*conf.* Olympias;) quibus partim ipſe interfuit, alias ab oculatis teſtibus accepit. IV. 2, 2. Res Olymp. CXL. apud quemque populum geſtas, ſeorſim quasque continuo fere filo deſcripſit libro III - V. ſed deinde libro VII & ſeqq. res Olymp. CXLI & ſeqq. ita deſcripſit, ut in cujusque anni hiſtoria per vices res in omnibus orbis terrarum partibus geſtas perſequeretur. *Vide* IV. 28. V. 31. *&* 105. *Adde Adnot. ad initium libri* III.

Hiſtoriæ lumen Veritas. I. 14, 6. XII. 7. princeps finis, Vtilitas eſſe debet; in Tragœdiis admiratio quæritur & præſens oblectatio. II. 56. XV. 36, 3 *ſqq.* in hiſtoria, non ſolum delicta hominum adnotanda ſunt, ſed magis etiam præclare facta. II. 61.

cum rerum ab hominibus geſtarum hiſtoria conjungenda Geographia eſt. III. 36. neque prorſus negligenda rerum in natura memorabilium enarratio. III. 57.

in legenda hiſtoria catillonem non eſſe oportet. III. 57, 7.

licet magis laudentur vulgo ſermones ad oſtentationem compoſiti, quam nuda Hiſtoria ad uſum comparata, multo tamen elaboratu difficilius hoc genus, quam illud eſt. XII. 28, 7 *ſqq.* XVI. 20, 2 *ſqq. Confer* Hiſtoricus.

Hiſtoriarum Polybii brevis conſpectus. III. 1, 8. *& cap.* 2-5. *Conf.* Polybius.

Hiſtoricus, amicitiarum & inimicitiarum debet oblivifci. I. 14. fides ejus non tam ex ipſius per ſe auctoritate, quam ex rebus ipſis, quas narrat, æſtimari debet. III. 9, 3 *ſqq.* non negligere debet rerum in Natura memorabilium expoſitionem. IV. 40, 1 *ſq.*

optime tunc Hiſtoriæ conſultum fuerit, ſi non niſi viri uſu rerum valentes hiſtoriam ſcripſerint. XII. 28, 3 *ſqq.* hiſtoriam recte ſcribere, difficilius eſt quam ſermones ad oſtentationem comparatas. XII. 28, 8 *ſq.*

Holcades; *vide* Olcades.

Holophernes; *vide* Orofernes.

Homarius Iupiter, Ζεὺς Ὁμάριος. *Sic legendum videtur* II. 39, 6. *ubi vulgo* Ὁμόριος, Homorius, *habent. Vide Adn.*

Homarium, τὸ Ὁμάριον, *lucus Iovi Homario vel Homagyrio conſecratus*, prope Ægium. V. 93, 10. *n.*

Homerus, ſcite inducit Vlyſſem, ex aſtris plurima quæ & mari & terra accidunt conjectantem. IX. 16, 1. in Vlyſſis perſona oſtendit, qualis eſſe debeat vir politicus. XII. 27, 10.

helluo-

helluonem se ipse prodidit scriptis suis, judice Timæo. XII. 24, 1.

Res veras poëtice exprimit, & res fictas cum veris connectit. XXXIV. 2. in Navium Catalogo, quæ adtributa dat urbibus, vere eis conveniunt. 4, 2. ejus poësis est scriptio philosophica. 4, 4.

Homeri verba citata: *οἴσσάμενος δόλον εἶναι.* III. 94, 4. *n.* *μὴ μὰν ἀσπουδεί γε* V. 38, 10. *n.* *ἔχθιστος δέ μοι ἐσσὶ &c.* Iupiter tratus Marti. XII. 26. *& Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος &c. ibid. n.* *Ἄνδρα μοὶ ἔννεπε Μοῦσα &c.* XII. 27. *ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα &c.* XV. 12, 9, *n.* *ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις &c.* XV. 16, 3. *n.* *ἀσπὶς δ' ἄρ ἀσπίδ' ἔρειδε &c.* XVIII. 11, 6. *οἷος πέπνυται &c.* XXXVI. 6, 6. *n.* *ἔσσεται ἦμαρ &c.* XXXIX. 3, 5. *n.*

Plura Homeri loca ex Odyssea *citantur & illustrantur* XXXIV. 2-4.

Homericus Iupiter a Phidia in templo Olympico expressus. XXX. 15, 4.

Homo, animal omnium crudelissimum. I. 81. corpore & animo maxime omnium formidabile, quando semel efferatus est. XXXII. 7, 7. cum omnium animalium versutissimum putetur, omnium tamen deceptum est facillimum. V. 75, 2 *sqq.* incautissimum & stolidissimum. XV. 21, 5 *sqq.* XVII. 15, 15 *sq.* XVIII. 23.

hominum natura e variis mixta formis inter se dissidentibus. IV. 8, 7 *sqq.* XVI. 28, 7. pro cœli varietate, sub quo habitant, varii sunt homines. IV. 21, 1 *sqq.*

homo omnia exspectare, *(nihil humani a se alienum judicare)* debet. VIII. 23, 11.

propter Virtutem laudantur homines, propter Fortunam felices prædicantur. X. 2, 6. homines bene merendo de hominibus, opes & beatam vitam sibi parant. X. 36, 6.

Homorium; *vide* Homarium, *sub artic.* Homarius.

Honestate nihil quidquam, nec privatim, nec publice, pluris facit vir probus. IV. 30, 4.

Honesti & justi notio quo pacto oriatur in hominibus. VI. 6.

Honores Romæ confert populus. VI. 14, 9.

Hoplites, *ὁ Ὁπλίτης*, rivus Peloponnesi. XVI. 16, 2. *n.*

M. Horatius, primus Cos. Romanus; eo cos. fit primum fœdus Romanor. cum Pœnis. III. 22, 1.

Horatii Coclitis præclare factum. VI. 55.

L. Hortensius, legatus Roman. in Asiam ad Prusiam & Attalum. XXXIII. 1, 2.

A. Hostilius Cos. dum per Epirum Thessaliam petit, Perseo eum prodere conantur Theodotus & Philostratus; relicto per Epirum itinere, Anticyram navigat, & inde in Thessaliam pervenit. XXVII. 14. proconsul in Thessalia hibernans, legatos ad Græciæ civitates mittit,

tit, belli Perſici cauſſa. XXVIII. 3 *ſqq.*

Hyacinthi, *s.* Apollinis Hyacinthi tumulus prope Tarentum. VIII. 30, 3. *n.*

Hyanthenſes; *vide* Oeanthe.

Hybridæ græci, *μιξέλληνες*, in mercenariis Pœnorum. I. 67, 7.

Hydriæ, Rhodi dedicatæ ab Hierone & Gelone. V. 88, 5.

Hymnos & pæanes canere adſuefiunt Arcadum pueri. IV. 20, 8.

Hypana, ἡ Ὕπανα, oppidum Triphyliæ. IV. 77, 9. a civibus Philippo traditur. 79, 4.

Hypata, ἡ Ὑπάτα, Theſſaliæ oppidum, in poteſtate Ætolorum. XX. 9, 6 & 13. *cap.* 11, 5 & 8. XXI. 2, 7. 3, 7.

Hypatodorus. *Vide* Hecatodorus.

Hyperbaſis, ex librorum nonnullorum ſcriptura, eſt nomen ducis Antiochi in Hyrcania. X. 31, 12.

Hyperbatonus mendoſe vulgo legebatur, pro Hyperbatus. XXIX. 8, 2.

Hyperbatus, prætor Achæorum. XXVI. 1, 1. voluntatis Romanorum potiorem rationem habendam cenſet quam aliarum rerum omnium. XXVI. 1, 6. cum Callicrate & Diophane contraria ſentit Archoni, Polybio & Lycortæ, de ope ferenda Ptolemæis fratribus. XXIX. 8, 2. *n.*

Hypſas, ὁ Ὕψας, Siciliæ fluvius, Agrigentum adluens. IX. 27, 5.

Hyrcania, ἡ Ὑρκανία. Ex Parthia in Hyrcaniam per Labum montem exercitum ducit Antiochus Magnus. X. 29-31. Aſpaſiacæ Nomades, qua Oxus fluvius ſub terram labitur, per ſiccum cum equis in Hyrcaniam tranſeunt. X. 48, 2 *ſqq.*

Hyrcanum *s.* Hyrcanium mare, ἡ Ὑρκανία θάλασσα. Haud procul ab eo ſunt Tapyri montes, ad ortum Mediæ. V. 44, 5. ad illud pertinet regnum Artabazanis; (*i. e. Atropatene. Adnot. ad* V. 44, 8.) V. 55, 7. in mare Hyrcanum influit Oxus fluvius. X. 48, 4.

Hyrtacus, Ὕρτακος, urbs Cretæ. *Fragm. hiſt.* 24.

Hyſcana, τὰ Ὕσκανα, opp. Illyrici. VIII. 38, 5. *Vide* Vſcana.

I.

Iapyges; *vide* Apuli.

Iapygium promontorium, *idem quod Salentinum*, ἄκρα Ἰαπυγία, X. 1, 8. XXXIV. 11, 11. & *ſimpliciter* ἡ Ἰαπυγία, XXXIV. 11, 2 & 8. *ubi in lat. vers. minus recte* Apuliam *ſcripſi, cum debuiſſem* Iapygium promontorium.

Iaſon, Colchis rediens, duodecim diis ſacra fecit in Aſiatico Bospori Thracici litore; unde locus Hieron adpellatus. IV. 39, 6.

Iaſon, urbi Phanotenſium præfectus nomine Philippi; ejus opera prætorem Ætolorum decipit Alexander, Phocidis præfectus. V. 96, 4 *ſqq.*

Iaſſus, Ἰασσός, ἡ τῶν Ἰασσέων πόλις, Cariæ; partim Argivorum colonia, partim Meſſeniorum.

rum. XVI. 12, 2. obsessa & capta a Philippo. XVI. 12. ejus situs & memorabilia. *ibid.* petentibus Rhodiis, invito Philippo, liberatur a Romanis. XVII. 2, 3. 8, 9. XVIII. 27, 4.

Iassius sinus, Ἰάσσιος κόλπος, idem qui Bargylieticus. XVI. 12, 1.

Iaxartes fluvius Asiæ, a Macedonibus Tanais *adpellatus.* X. 48, 1. *n.*

Iberia; *vide* Hispania.

Ἰβηρία vocatur regio, a Pyrenæo monte ad fretum Herculeum pertinens; partes eæ Hispaniæ quæ Oceano adjacent, commune nomen non habent. III. 37, 10 *sq.*

Iberus amnis Hispaniæ, ὁ καλούμενος Ἴβηρ ποταμός.

De Ibero amne non transgrediendo fœdus facit Asdrubal cum Romanis. II. 13, 7. 22, 11. III. 27, 9 *sq.* 29, 3. Hannibalem, ne Iberum transeat, per legatos monent Romani. III. 15, 5. Hannibalis transitio Iberi, initium fuit belli Punici secundi. III. 6, 2 *sq.* ad Iberi ostia, pugna navali Hasdrubalem vincit Cn. Scipio. III. 95, 5 *sqq.* 96.

Icesias, Ἰκησίας, Athenienſis, Damidis pater. XXII. 14, 6. *coll. vs.* 16.

Icesius *s.* Hicesius, Ἰκέσιος, Milesiorum legatus in Ægyptum. XXVIII. 16, 5. *n.*

Idæus Iupiter. XXVII. 16, 3.

Ignatia via, ἡ Ἐγνατία ὁδός. XXXIV. 12, 3 *sqq.*

Ignaviæ quantum præstet industria, exemplo Rhodiorum intelligitur. V. 88, 3. ignaviæ delicta in militibus Romanis quænam censeantur. VI. 37, 10.

Ignes accensi; *vide* Faces, *&* Pyrsiæ.

ignis noctu in castra Romana ab hostibus immissus, ad tentoria pertingit. VI. 31. 14.

ignis sæpe auctorem incendii primum invadit. XI. 5, 4 *seq.* Igni comparatur Bellum. *ibid.* Igneum bellum. XXXV. 1.

igniferæ trullæ in navibus Pausistrati Rhodii. XXI. 5. Ignorantia lapsis scriptoribus venia danda. XII. 8, 6.

Ilattia, Ἰλαττία, urbs Cretæ. XIII. 10, 4.

Ilergetes, Ἰλουργῆται, *juxta Codices Polybianos*, populus Hispaniæ citerioris, subactus ab Hannibale. III. 35, 2. *n.*

Ilergetum rex Indibilis. X. 18, 7. *n. sed ibi* Ἰλεργήτων *ex Livio correctum; plerique codices* Λεχητῶν, *unus* Λεγγητῶν.

Ilergetes. Ἰλεργητῶν *præeunte Livio scripsi* III. 33, 15. *ubi codices* Λεργητῶν *habent, quod teneri fortasse debuerat. Agi utique videtur de* Africæ populo.

Iliberis, Ἰλίβερνις, *rectius* Ἰλίβυρρις, fluvius & oppidum Galliæ, *ad Pyrenæum montem.* XXXIV. 10, 1.

Ilienses, Ἰλιεῖς, in fide manent Attali. V. 78, 6. obsidentur a Gallis Æsogosagis; obsidione eos liberant Alexandrenses Troadis. V. 111, 2 *sqq.* pro Lyciis

Lyciis intercedunt apud Romanos. XXIII. 3, 3.

Ilipa, urbs Hiſpaniæ, ad quam a Scipione victus eſt Asdrubal, Giſconis filius. XI. 20, 1. *n.*

Iliturgis; *vide* Ilurgia.

Illyricum, Illyria, Illyris; ἡ Ἰλλυρίς. Illyrii, Ἰλλυριοί.

Prima Romanorum in Illyriam trajectio. I. 13, 4. II. 2 *ſqq.* II. 12, 7. Illyriorum reges, Pleuratus, Agron, Teuta, Pinnes vel Pineus, Scerdilædas, Pleuratus, Genthius. *Vide quemque ſuo loco, & conf. Adnot. ad* II. 5, 6. Illyrii maria infeſtant, omnes populos pro hoſtibus habentes. II. 4, 8 *ſq.* 12, 6. Eleorum & Meſſeniorum fines perpetuo invadunt. II. 5, 1 *ſq.* Phœnicen, Epiri urbem, proditione Gallorum mercenariorum capiunt, agrum populantur, pacem & fœdus cum Epirotis & Acarnanibus faciunt. II. 5 *ſeq.* pars Illyriorum qui ſub Teuta ſunt, deficiunt ad Dardanos. II. 6, 4. Illyrii ſpoliant mercatores Italicos, & captivos abducunt. II. 8. ad eos Romani legatos mittunt C. & L. Coruncanios. *ibid.* Dyrrachium capiunt, mox rurſus expulſi. II. 9. Corcyram obſident, & in deditionem recipiunt. II. 9, 7 *ſqq. & cap.* 10, 8. claſſem auxiliarem Achæorum profligant. II. 10. bellum Illyriis inferunt Romani, & majore parte Illyrici ſibi cedere cogunt Teutam, addita pacis conditione, ne Illyrii amplius duobus lembis ultra Liſſum navigent. II. 11 *ſq.* Illyriorum proprium navigiorum genus, lembi. V. 109, 3. Illyriis victis a Romanis, magno metu liberantur Græci. II. 12, 5 *ſq.*

Illyriorum ratio aciem inſtruendi pugnandique κατὰ σπεῖρας, manipulatim vel catervatim. II. 3, 2. *n. Conf.* II. 65, 5. III. 19, 5.

Illyrii 6000, duce Demetrio Phario, in auxiliaribus Antigoni adv. Cleomenem. II. 65, 4. eorum manipuli alternatim locati cum Macedonibus chalcaſpidis. 66, 5.

Bellum Romanorum Illyricum cum Demetrio Phario, a L. Æmilio Cof. geſtum. III. 18. *Confer* Demetrius Pharius.

Illyrii, duce Scerdilæda, cum 90 lembis ultra Liſſum navigant, & Pylum Meſſeniæ fruſtra tentant; IV. 16, 6 *ſq.* dein cum Ætolis Achaiam invadunt, 16, 11. & Megalopolin tentant. 25, 4.

Illyrios quadringentos Cretenſibus ſubſidio mittit Philippus. IV. 55, 2.

Philippo Scerdilædas plures quam 15 lembos mittere impeditur turbis a variis Illyriorum dynaſtis excitatis. V. 4, 3. Illyricas civitates, quæ Philippi ſociæ fuerant, ſibi adjungit Scerdilædas; easdem mox cum aliis recipit Philippus. V. 108. *ubi plura* Illyricarum gentium & oppidorum nomina *commemorantur.*

Capta Liſſo & Acroliſſo, plures Illyriæ urbes Philippo ſe tradunt. VIII. 16, 10 *ſq.*

Illyrii, auxiliares Achæorum sub Philopœmene. XI. 11, 4 *sq.* 14, 4. 15, 5.

loca Illyrici quæcumque Philippus post pacem in Epiro factam occupasset, Romanis ille tradere jubetur. XVII. 1, 14. *n.* 8, 10.

Illyria deserta, ἡ Ἔρημος καλουμένη Ἰλλυρίς. XXVIII. 8, 3.

de Illyriis & de Genthio triumphat L. Anicius. XXX. 13.

in Illyricum legatus mittitur Fannius. XXXII. 18 *sq.* ex quo Demetrium Pharium ejecerant Romani, neglexerant Illyrici oram ad Adriaticum mare. *ibid. c.* 19, 5.

Ilurgia, Ἰλούργεια, Hispaniæ oppidum. XI. 24, 10. *n. Illiturgis Livio.*

Imagines majorum apud Romanos, in celeberrima ædium parte positæ, & prælatæ in exsequiarum pompis. VI. 53, 4 *sqq.*

imagines noctis, diei, cœli, auroræ *&c.* prælatæ in pompa Antiochi Epiphanis. XXXI. 3, 15.

Imitatio absurda rerum ludicrarum, neglectis præclare factis. XI. 8, 7.

Imperatores & belli duces.

imperatoria ars & peritia, ratione nitens, multum præstat temeritati & usui militari absque doctrina. I. 84, 6. id cognitum est exemplo Fabii Dictatoris & Minucii Magistri equitum. III. 105, 9. *Ceterum* Imperator optimus est, qui plurimis præliis interfuit. XII. 27, 8.

in præcipuis Virtutibus Imperatoris est, explorare ingenium ducis hostium, &, qua parte is peccat, ea eum adgredi. III. 81. XI. 14, 3. varia Imperatorum Vitia, quibus res perduntur. III. 81, 4 *sqq.* dissidium ducum, res damnosa. III. 110, 3. IX. 11, 1. X. 6, 5.

cautionem & providentiam in molitionibus numquam sine damno negligit imperator. V. 98. XI. 16, 5 *sqq.* adversum pariter exitum atque prosperum cogitare secum debet; XI. 2, 5. ne, re initio parum prospere cadente, animum amittat, sed mente consistere possit. XI. 14, 3. non temere in periculum se dare debet; & turpe ei est, dicere, *non putaram.* X. 32. duæ præcipuæ Imperatoris virtutes, prudentia & fortitudo. *Fragm. gramm.* 95.

Imperatore occiso, exercitus velut navis est absque gubernatore. X. 33, 4 *sq.* III. 81, 11.

variæ partes Artis Imperatoriæ: silentium servare; temporum rationes nosse; itinerum rationes exploratas habere; tesseris & signis non solum simplicibus uti, sed & duplicatis; geometriam nosse. IX. 12-21.

imperatoris officium in dividenda præda. X. 16 *seq.*

dux exercitus ubique adesse debet. X. 22.

plurima in bello sive peritia

five imperitia ducum eveniunt. XI. 14, 2.

imperatoria ars tribus modis addiſcitur, exemplis, præceptis, ipſo uſu. XI. 8, 1 *ſq.*

imperatoria arte præſtantiſſimus Hannibal. XI. 19.

Imperitia aliena, peritis maximum eſt viaticum ad ea quæ parant. IX. 19, 4.

Imperium in ceteros quis natura obtinere debeat. VI. 6. imperium bene merendo partum, eadem ratione ſervari debet. X. 36, 5 *ſqq.*

imperium unius; *vide* Monarchia.

imperium Romanum; *vide* Romana Reſpublica.

quatuor ſumma veterum imperia everſa, Aſſyriorum, Medorum, Perſarum, Macedonum. XXXIX. 3, 4.

Impietatis & Iniquitatis ara poſita a Dicæarcho. XVIII. 37, 10.

Imprudentia quantum differat a prudentia. V. 88, 3.

Inalpini populi. II. 18, 4. *τοὺς ἐκ τῶν Ἀλπεων Γαισάτους*, inalpinos Gæſatos *interpretatus eſt Caſaub.* II. 28, 3. *quos* inter Alpes & Rhodanum incoluiſſe *docet Polybius* II. 22, 1.

Incantatio omnis incantationis, præſtigiarum & amuletorum periculum fecerunt *neſcio qui. Fragm. Gramm.* 63.

Inceptis cur multi deſiſtant. XVI. 10.

Indi, rectores elephantorum, apud Pœnos. I. 40, 15. III. 46, 7 & 11. XI. 1, 12.

Indiam, *τὴν Ἰνδικὴν*, petit Antiochus Magnus. XI. 34. Indorum rex, *τῶν Ἰνδῶν*, Sophagaſenus, amicus Antiochi. *ibid.*

Indibilis, *Ἀνδοβάλης*, regulus Ilergetum, populi Hiſpaniæ mediterraneæ. X. 18, 7. *n. (conf. Livii Interpretes ad XXVIII.* 24.) ſingularis amicus Pœnorum, IX. 11, 3. dux Hiſpanorum in pugna Hannonis cum Cn. Scipione, captus a Scipione. III. 76, 6.

licet a Pœnis, ob fidem in eos, in regnum fuiſſet reſtitutus, tamen Asdrubal Giſconis fil. magnam pecuniæ vim ei imperavit, & filias obſides exegit. IX. 11. eæ filiæ & uxor Mandonii, fratris Indibilis, in poteſtatem veniunt Scipionis Africani, quarum liberalem & honeſtam curam ille habet. X. 18. 7 & 13 *ſqq.*

Indibilis, exacerbatus adv. Asdrubalem, ad Scipionem tranſit, & in fidem ab eo recipitur. X. 35-38. regem ſalutat Scipionem. 40, 3. a Romanis honoratur & potentia augetur. XXI. 9, 7. *cf.* X. 40, 10.

rurſus deficit a Romanis. XI. 26. 29, 3. acie vincitur a Scipione. XI. 31-33.

Indoles animi in nonnullis hominibus diſſidens ipſa ſecum. IV. 8, 7 *ſqq. Iuterdum nonniſi videtur ita, quoniam* multa etiam contra inſtitutum ſuum facere coguntur. IX. 23, 10. & *cap.* 24.

Inertia ducum, magnorum malorum

rum cauſſa. III. 81, 4 *ſqq.* IX. 12, 4.

Ingenium unum efficacius, quam plurimæ manus. I. 35, 4. VIII. 5, 3. *Confer* Indoles animi; *&* Homo.

Initium. Differt cauſſa facti, & ejus initium. III. 6 *ſeq.*

Injuriæ a magiſtratibus illatæ ſubditis, inſanabilium in animis ulcerum cauſſæ ſunt. I. 81, 10. Injurias privatim illatas, publice perſequuntur Romani. II. 8, 10. Injuriæ privatæ a publicis non differunt, niſi multitudine & magnitudine delictorum. IV. 29, 4. Injuriæ continuæ facilius ignoſci ſolet, quam raræ & inopinatæ pravitati. IV. 16, 3.

Inſcitia ducum plurima peccantur in bello. IX. 12, 4.

Inſcriptio armorum. II. 2, 9 *ſqq. n. & cap.* 4.

Inſidiis apta quæ ſint loca. III. 71.

Inſtrumenta duo ad rerum cognitionem, viſus & auditus. XII. 7.

Inſubres, Ἰσομβρες, Ἰσομβροι, Ἰνσοβρες, Ἰνσοβροι, Ἰνσομβρες, Ἰνσομβροι. II. 17, 4. *n.* 28, 3. *n.* XVI. 41, 1. maximus Gallorum Ciſalpinorum populus, trans Padum. II. 17, 4. 21, 1.

Inſubres & Boii concitant Gallos Gæſatos adv. Romanos. II. 22. prælio vincuntur *ad Telamonem* a L. Æmilio & C. Atilio Coſſ. II. 28 *ſeqq.* braccati pugnant & leviori ſago induti. 28, 7. cominus fortiſſime pugnant, & ſolo genere armorum vincuntur. 30, 6 *ſq.*

Inſubribus bellum inferunt L. Furius & C. Flaminius Coſſ. II. 32. Claſtidium obſident Inſubres trajecto Pado, ſed ibi cæduntur a Romanis. 34. Mediolanum, princeps urbs Inſubrium; Acerræ, oppidum eorumdem. 34, 10 *ſqq.* Romanis ſe dedunt Inſubres. 35.

a Romanis rurſus deficiunt Inſubres & Boii. III. 40. Inſubrium fines, ſuperatis Alpibus, ingreditur Hannibal. 56, 3. Inſubres cum Pœnis faciunt, & diſſident a Taurinis, qui Pœnis diffidebant. 60, 8.

Mendoſe codices nonnulli Ἰσομβροι *dant* II. 16, 3. *pro* Ὀμβροι.

Inſula, ἡ καλουμένη Νῆσος, regio Galliæ, inter Rhodanum & Iſaram fluvios. III. 49, 5 *ſq.*

Intercatia, Ἰντερκατία, urbs Vaccæorum Celtiberorum. XXXIV. 9, 13.

Invidiam conflant illuſtria facta, præſertim peregrinis. I. 36, 3.

Io, poſtquam Bosporum Thracicum trajecit, ſubſtitit ad locum Aſiæ cui Bos nomen eſt. IV. 43, 6.

Iolaus; coram eo ictum eſt fœdus Carthaginienſium cum Philippo. VII. 9, 2. *n.*

Ionia, ἡ Ἰωνία. XVIII. 32, 2. XXI. 10, 4. XXXIII. 10, 8. *n.*

Ionium mare, ὁ Ἰόνιος πόρος, contiguum ſinui Adriatico; a Siculo mari ſeparatur Cocyntho promontorio. II. 14, 4 *ſq. n.* Apollonia venienti (*ex Adriatico mari,*) ſub introi-

tum Ionii maris sita est Saso insula. V. 110, 2. *Pari ratione* Oricus, Epiri urbs, sita *dicitur* ad ingressum in Adriaticum sinum, *scilicet e Ionio mari naviganti.* VII. 19, 2.

Iordanes fluv. ὁ Ἰορδάνης, in lacum influit. V. 70, 4. *n.*

Iphiades, Abydenus, ad Philippum de pace missus a suis. XVI. 30, 7.

Iracundia præceps, multorum malorum causa. III. 81, 9.

Irobastus, rebellis Ægyptiacus, victus a Ptolem. Epiph. & e curru revinctus. XXIII. 16, 4.

Isara, ὁ Ἰσάρας, (*mendose* Σκάρας & Σκώρας *codices*) fluvius Galliæ, cum Rhodano circumfusus regioni quæ Insula vocatur. III. 49, 5. *n. Arar*, Ἄραρος, *ex conject. ediderat Casaub.*

Iseus, Ceryneæ tyrannus, abdicat tyrannidem. II. 41, 14.

Isionda *s.* Isinda, Ἰσιόνδα *vel* Ἰσινδα, oppidum *Pisidiæ, ut videtur.* XXII. 18, 1. *n. Cives* Isiondenses, Ἰσιονδεῖς. *ibid. vs.* 5. *Vide quæ habet Cellarius Orb. Ant.* III. 4. *p. m.* 198.

Isius, Ἴσιος, cognomen Alexandri Ætoli. XVII. 3, 3. *A patria ductum esse cognomen, intelligi videtur ex cap.* 10, 9. (*Isum oppidum Strabo habet, sed in Bœotia.*)

Ismenius, Neonis, prætoris Bœotorum, legatus ad Q. Marcium. XXVII. 1, 1 *sqq.* in carcerem conjectus, mortem sibi consciscit. 2, 9.

Isocrates, criticus & grammaticus, cum publice probasset cædem Cn. Octavii, a Demetrio Romam missus est, feræ similis. XXXII. 4, 5. *& cap.* 6 *seq.*

Issa, ἡ Ἴσσα, urbs Illyriæ, obsessa ab exercitu Teutæ reginæ, a qua defecerant Issii. II. 8, 5. *n.* Issæi, Ἰσσαῖοι, Romanis se tradunt. II. 11, 11 *sq.* Issii, οἱ Ἴσσιοι, de Dalmatarum incursione queruntur apud Romanos. XXXII. 18, 1. oppida ditionis Issiorum, Epetium & Tragurium. *ibid. vs.* 2.

Ister fluvius, ὁ Ἴστρος, terminus regni Macedonici. I. 2, 4. limi molem in Pontum invehit, quæ Scethe dicitur. IV. 41, 1 *sqq.* Intervallum a Malea promont. ad Istrum. XXXIV. 12, 11.

Isthmici ludicri participes fiunt Romani. II. 12, 8. in Isthmiorum panegyri T. Quintius SCtum de libertate Græcis reddita a Romanis recitandum curat. XVIII. 29. *conf.* 27, 3.

Isthmus Carthaginiensis. I. 73, 5.

Isthmus Corinthiacus. Ad eum sunt Onei montes. II. 52, 5.

castra in Isthmo munitissima deserit Cleomenes. II. 52 *seq.* per Isthmum ex Peloponneso domum redeunt Ætoli. IV. 13, 5. per Isthmum lembos suos trajecit Demetrius Pharius. IV. 19, 7 *sqq. &* Philippus. V. 101, 4. *Fragm. gramm.* 132.

ad Isthmum pugnatur pugna Romanorum cum Achæis, *qua Achæi a Mummio debellati sunt.* III. 32, 3. templum & lucum

lucum in Isthmo instauravit Mummius. XL. 11, 1.

Isthmus Tarentinus. Per eum naves transvehendas curat Hannibal. VIII. 26.

Istri. Adversus Istros mittitur C. Claudius Consul. XXVI. 7, 1. *n.*

Itabyrium. V. 70, 6. *n.* *Vide* Atabyrium.

Italia primum cum exercitu egrediuntur Romani. I. 5, 1. 12, 5. Italiæ oræ olim sæpe a Carthaginiensium classibus vastatæ. I. 20, 7. 56, 2. Italiæ incolis ignotus navium bellicarum usus ante primum bellum Punicum. I. 20, 10.

Italiæ figura triangularis. II. 14. ejus pars maxime borealis sunt campi Circumpadani *vel* Gallia Cisalpina. II. 14, 7. ubertate præstans regio. II. 15. III. 44, 8.

in Italia plurimi porci mactantur, quos Gallia Cisalpina maxime subministrat, & maritima Italiæ ora, ab Etruscis & Gallis habitata. II. 15, 3. XII. 4, 8.

Italia vetus; Ἰταλία παλαιὰ; *mendosa vulgo scriptura pro* παραλία, ora maritima Italiæ. XII. 4, 8. *n.*

Italiæ populi omnes, ad nuncium adventus Gallorum perterriti, pro Romanis, non ut socii, sed ut pro sua salute erant dimicaturi. II. 23, 13.

Italici populi omnes, πάντες Ἰταλιῶται, robore & virtute bellica præstant, cum natura, tum usu. VI. 52, 10. *conf.* XVIII. 11, 10.

Italiæ inferioris ora maritima, Magna Græcia dicta. II. 39, 1. III. 118, 2. *n. quo loco pariter* παραλία *correxi, cum mendose vulgo* παλαιὰ, *id est*, Antiqua Italia *legeretur. Confer* Magna Græcia. Italiæ inferioris ora, a Freto Siculo ad Tarentum, importuosa. X. 1. Populi illam oram habitantes: Bruttii, Lucani, Daunii &c. Civitates Græcæ celeberrimæ in eadem ora. *ibid.*

Italiæ imperium post cladem Cannensem obtinere se posse desperant Romani. III. 118, 5.

Res Italicæ immixtæ rebus Græcorum inde ab Olymp. CXL. & inde ab eodem fere tempore omnes populi ad Italiam, ceu communem scopum, oculos convertere cœperunt. V. 105, 4 *sqq.* Res in Italia gestas, τὰ Ἰταλικὰ, τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, in cujusque anni historia primas omnium exposuit Polybius. XXVIII. 14, 9 *sqq. coll.* 2, 8.

Ithomates, ὁ Ἰθωμάτης *vel* Ἰθωμάτας, arx Messeniorum Peloponnesi. VII. 11, 3. *n.*

Ithoria, ἡ Ἰθωρία, Acarnaniæ locus munitissimus. II. 64, 9. *n.*

Iudæorum gens, τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, subigitur a Scopa, Ptolemæi Epiphanis duce. XVI. 39, 1.

Iudicia Romæ in caussis criminalibus exercet populus. VI. 14, 6 *sqq.* 15, 10. 16, 2. XXIV. 9, 6 *sqq.* in controversiis civilibus judicia exercent ci-

ves e senatorio ordine. VI. 17, 7.
Sextus Iulius Cæsar, Consul. XXXII. 20, 2.
legatus Romanorum ad Achæos, perquam lenia & humana proponit Achæis; sed horum duces male ei respondent, eumque decipiunt. XXXVIII. 1-3.
L. Iunius Brutus & M. Horatius, primi Coss. Romani; in quorum consulatu ictum est primum Fœdus Romanor. cum Pœnis; ab eisdem consecratum est templum Iovis Capitolini. III. 22, 1.
L. Iunius *Pullus* Cos. Lilybæum navigans, classem omnem naufragio amittit. I. 52-54. Erycem occupat. 55.
M. Iunius *Silanus*, Scipioni majori adjutor datus ad res gerendas in Hispania. X. 6, 7. XI. 20, 3 *sqq.* 23, 1. 26, 6. 33, 8.
M. *Iunius Penna?* ad Ariarathem legatus. XXXI. 13, 1.
Iunonis sacerdotes Argis cum Olympiorum victoribus contulit Timæus in suis historiis. XII. 12, 1. *n. Adde* XXIII. 18, 7. *n.* Iunonis templum Argis diripuit Pharycus. IX. 34, 10.
Iunonis templum Lacinii. XXXIV. 11, 9.
Iunonis templum prope Cynætham. IX. 17, 1. *si vera conjectura* ὡς ἐπὶ Ἡραίου *vel* ὡς ἐφ' Ἡραίου, *pro vulgato* ὡς ἐπὶ Πρεπίου.
Iupiter, Marti succensens apud Homerum. XII. 26, 3. Iupiter Homericus a solo Phidia recte expressus est. XXX. 15, 4.
Iovem lapidem jurant Romani ex veteri ritu. III. 25, 7 *sqq.*
Iovis templum ἄβατον in Arcadia, in quo corpora reddunt umbræ expertia. XVI. 12, 7. Iovis mensæ (*Thebis*) aureas laminas detraxit Zeuxippus Bœotus. XIII. 2, 7.
Iovis Atabyrii templum Agrigenti & Rhodii. IX. 27, 7.
Iovis Capitolini templum, consecratum a L. Iunio Bruto & M. Horatio Coss. III. 22, 1. in eo, in Ædilium ærario servantur tabulæ fœderum. III. 26, 1.
Cesbedium, Iovis templum prope Selgam. V. 76, 2. *n.*
Iovi Homorio (*s.* Homario) communem ædem posuerunt Crotoniatæ, Sybaritæ, Cauloniatæ, quemadmodum Achæi. II. 39, 6. *n.* V. 93, 10. *n.*
in Iovis Idæi templo in Creta servantur tabulæ fœderum. XXVII. 16, 3.
Iovis Lycæi ara Messenæ, & columna ad eum posita cum inscriptione in honorem Arcadum. IV. 33, 2. *n.*
Iovis Olympii templum Agrigenti. IX. 27, 9. Iovis Olympii templum (τὸ Ὀλυμπιεῖον) Athenis, ornatum ab Antiocho Epiph. XXVI. 10, 12.
Iovis Olympiaci statuam Olympiæ miratur L. Æmilius Paullus Cos. XXX. 15, 3 *sq.* Iovis Olympiaci templum ornat Mummius. XL. 11, 1.

Ius, belli. II. 58, 10. V. 11, 3 *sq.*
Magna Græcia, in Italia. II. 39, 1. variæ ejus civitates X. 1, 4. tumultus in ea, ob incenſa Pythagoreorum collegia. II. 39, 1. Tota fere illa Italiæ ora (*παραλία correxi, pro mendoſe παλαιὰ*) Hannibali ſe tradit poſt Cannenſem pugnam. III. 118, 1. *n.*

Magneſia, regio Theſſaliæ, ἡ Μαγνησία; ei imminent Thebæ Phthiæ. V. 99, 3. & Demetrias. XVII. 11, 7.

Incolæ Magnetes, Μάγνητες, liberati a Romanis. XVIII. 29, 5. 30, 6.

Magneſia, urbs Ioniæ ad Mæandrum; cujus cives, pariter Magnetes, Μάγνητες, commeatus & præſertim ficus ſuppeditant Philippo in Caria verſanti, qui eis dein Myuntem urbem donavit. XV. 25, 6 & 8.

Magnes, Μάγνης, Eurylochus, dux Ptolemæi. V. 65, 2. *ex Magneſia Ioniæ, quæ olim ſub regum Ægypti fuerat poteſtate.*

Magni Campi, τὰ Μεγάλα πεδία, in Africa, ubi Pœnos acie vicit Scipio major. XIV. 7 *extr.* & *ſeq.* in ea quintis caſtris cum exercitu pervenit Scipio. 8, 2.

Magnitudo urbium & caſtrorum ex ſolo circuitu æſtimari non poteſt. IX. 21.

Magnus, Μέγας, cognomen Scipionis Africani ſuperioris. *Vide* P. Cornelius Scipio Afric. major.

Magnus Catabathmus; *vide* Catabathmus.

Mago, frater Hannibalis, juvenis ſtrenuus, intereſt concilio & pugnæ ad Trebiam. III. 71, 5 *ſq.* agmen claudit in itinere per paludes Etruriæ. 79, 4. mediæ aciei cum Hannibale præeſt in pugna Cannenſi. 114, 7.

res in Hiſpania adminiſtrat poſt Asdrubalem. IX. 22, 2. *n. Conf. Adnot. ad Appiani hiſtor. Annibalicam cap.* 20. in Coniis (*vel* Cuneis) cum exercitu verſatur ultra Herculis columnas. X. 7, 5. 38, 10. Hasdrubali, Giſconis filio, junctus in caſtris ad Ilipam, Scipionem caſtra ponentem adgreſſus cum Maſiniſſa, repellitur. XI. 21.

Neſcio an hic ſit Mago, contra quem Ligures pugnaſſe *legimus in Fragm. hiſt.* 31.

Mago, *qui commemoratur* in formula Fœderis Hannibalis cum Philippo, VII. 9, 1. *videri poterat eſſe idem* frater Hannibalis, *de quo modo dictum; in quam ſententiam inclinavimus in Adnot. ad loc. cit. Sed ex Liv. XXIII.* 11 *ſeq.* & *XXIII. 32. coll. cum 34. intelligi par eſt, fuiſſe*

fuisse alium. (*conf. Adnot. ad Appiani Annibal. cap.* 20.) *Fuerit igitur fortasse* Mago *is qui* Samnis *est cognominatus, ut dixi in Adnot. ad* IX. 25, 1.

Mago, *cognomine* Samnis, Μάγων ὁ Σαννίτης. IX. 25, 4. res in Bruttiis administravit. IX. 25, 1. *n.* Hannibalis amicus, *ibid.* & dignitate ei fere æqualis, sed æmulus ob avaritiam. *ibid. vs.* 4 *sqq.*

Idem videtur esse qui commemoratur in formula Fœderis Philippi cum Pœnis. VII. 9, 1. *Conf. Not. ad* IX. 25, 1. *Adde mox* Mago Bruttius.

Mago, præfectus Novæ Carthaginis. X. 12, 2 *sqq.* capta a Scipione urbe, arcem eidem tradit. 15, 7. captivus Romam ducitur. X. 18, 1 *sq.* 19, 8.

Mago, legatus Pœnorum, Romam missus initio tertii belli Punici. XXXVI. 1, 8. *An idem qui Bruttius cognominatus est? de quo mox. vide Adnot. ad* XXXVI. 3, 1.

Mago Bruttius, prudentem orationem habet in senatu Carthaginiensi. XXXVI. 3. *Nescio an idem cum præcedenti. Eumdem hunc putavit esse Reiskius cum eo quem res* Pœnorum in Bruttiis administrasse *legimus* IX. 25, 1. (*vide supra,* Mago Samnis;) *sed vetare videtur ratio temporis, & poterit intelligi illius filius.*

Magus, rex Persarum, a septem Persis occisus. V. 43, 2.

Maharbal, Μαάρβας, dux Hispanorum & hastatorum in exercitu Hannibalis, in deditionem accipit 6000 Romanos post pugnam ad Trasimenum lacum. III. 84. sed fuisse rem in potestate Maharbalis negat Hannibal. 85, 2.

Maharbal 4000 equites C. Centenii partim interficit, partim vivos capit. III. 86.

Majorum præclare facta tueri, vetus proverbium. XV. 4, 11. Majorum imagines. VI. 53, 4 *sqq.*

Mala majora, quæ timentur, leviorum casuum oblivionem inducunt. XXX. 5, 3.

Malea, promontorium Laconicæ, ἡ Μαλέα & αἱ Μαλέαι XXXIV. 7, 12. spatium inde ad Columnas Herculis. 4, 6. ad Istrum. 12, 11.

Ad Maleam, piraticam exercent lembi Scerdilædi. V. 95, 4. 101, 1. naves suas tectas eo mittit Philippus, lembis per Isthmum transvectis. 101, 4. rursus circa Maleam flectit classis Philippi. 109, 5.

Maliacus sinus, ὁ Μηλιεὺς κόλπος. Ad eum sita urbs Echinus. IX. 41, 11. ad eum colloquium habet T. Quintius cum Philippo. XVII. 1, 1. ad eumdem est urbs Phalara. XX. 10, 16.

Mamertini, Campani, mercenarii olim Agathoclis, Messanam urbem per vim & proditionem tenuerunt. I. 7 *seq.* *de* origine nominis *vide* I. 7, 8. *n.* Iocii

cii & adjutores legionis Romanæ, quæ per vim ac perfidiam Rhegium urbem ſibi ſubjecit. I. 7, 8. III. 26, 6.

eis contra Syracuſanos auxilium ferunt Romani. I. 10 *ſeq.* haud immerito reprehendendi eo nomine. III. 26, 6.

Q. Mamilius Coſ. cum L. Poſtumio Agrigentum obſidet & capit. I. 17-19.

Mandonius, Hiſpaniæ regulus, frater Indibilis. X. 18, 7. ejus uxor, inter obſides quos ab Hiſpanis exegerant Pœni, in Scipionis venit poteſtatem. *ibid.* Mandonius cum Indibili ad Scipiones & Romanos tranſit. X. 35 *ſeqq.* rurſus a Romanis deficit. XI. 29, 2.

Maniacæ Gallorum. II. 29, 8. 31, 5.

Manipulus, σπεῖρα, ordo, vexillum. VI. 24, 5. *n.* tres manipuli faciunt cohortem. XI. 23, 1. *n.* manipulatim pugnant Illyrii. II. 3, 2. II. 66, 5. III. 19, 5.

Manius. *Vide* Acilius, Curius, Octacilius, Valerius.

Cn. *Manlius Vulſo* Conſul. Bellum gerit cum Gallogræcis, & aliis Aſiæ populis qui cum Antiocho fecerant. XXII. 16-25. propemodum dolo circumvenitur a Gallis Tectoſagis. XXII. 22. Epheſi cum decem legatis conſtituit res Aſiæ. XXII. 7, 9. 25, 6 *ſqq. & cap.* 27.

L. Manlius *Vulſo Longus*, Λεύκιος Μάλλιος, Conſul cum M. Regulo, poſt victoriam navalem in Africam adpellit. I. 26 *ſeqq.* cum majore parte claſſis domum redit. 29, 10.

Conſul iterum cum C. Atilio, I. 39, 15. oppugnat Lilybæum. 41-48.

L. Manlius, prætor, fugatur a Boiis, & cum quarta legione in Tannetis vico includitur. III. 40, 11 *ſqq.*

L. Manlius *Vulſo*, frater & legatus Cnæi Conſulis. XXII. 25, 7. 26, 28.

T. Manlius *Torquatus*, Conſul cum Q. Fulvio, Boios in deditionem accipit. II. 31, 8.

Mantinea, ἡ Μαντίνεια; *cives* Mantinenſes, Μαντινεῖς.

Antiquiſſima & maxima urbs Arcadiæ. II. 56, 6. Argis per Mantineam Spartam redit Cleomenes. II. 53, 6.

Fœderata cum Achæis Mantinea, ſponte deſeruerat fœdus, & Ætolis primum, dein Cleomeni ſe tradiderat; ſed quarto anno ante adventum Antigoni *Doſonis* in Peloponneſum per vim capta ab Arato, (IV. 8, 4.) & benigne habita ab Achæis, lubens volens Achæis ſe jungere viſa eſt; II. 57. & præſidium ab Achæis petentes Mantinenſes obtinuerunt adv. Cleomenis & Ætolorum conatus. II. 58, 1 *ſqq.* Mox vero rurſus prærepta urbs eſt a Cleomene, II. 46, 2. non invitis civibus, ſed invitantibus regem, & præſidium Achæorum obtruncantibus. II. 58, 4 *ſqq.* Inde recepta urbe ab Antigono, advocato ab Achæis. II. 54, 11 *ſq.* bona civium direpta ſunt, & libera capita ſub haſta vendita

vendita; 58, 12. pœna inflicta minore quam pro meritis; 58, 8 *sqq.* quam pœnam immerito & mendaciter exaggeravit Phylarchus historicus. II. 56.

Mantinenses lustratione purgarunt urbem suam post transitum legatorum Cynæthensium. IV. 21, 9. ad Mantineam a Philopœmene acie victus est Machanidas. XI. 11 *seqq.*

olim Mantineam Lacedæmonii (*duce Agesipolide I. rege, Pausaniæ filio*) vi captam everterunt, & cives per vicos dispersserunt. IV. 27, 6. *Conf. Pausan. VIII.* 8. *p.* 614 *sq.*

Mantineam de improviso capturus Epaminondas, spe excidit. IX. 8. Pugna ad Mantineam, victoria ancipiti; ob mortem Epaminondæ. IV. 33, 8.

vetus Respublica Mantinensium. VI. 43, 1. *n.*

Mantua, Μάντυα, *colonia* Romanorum. XVI. 41, 2. *Gentile* Mantuanus, Μαντυανός. *ibid.*

Manus ferrea, machina Archimedis, qua naves Marcelli in altum erectæ subvertebantur. VIII. 8.

Manuum plurimarum opera minus efficax, quam unum præstans ingenium. I. 35, 4. VIII. 5, 3.

Marathus, Μάραθος, oppidum Cœlesyriæ *s.* Phœniciæ, in finibus Arcadiorum. V. 68, 7.

Marcellus. *Vide* M. Claudius.

Marcius. Ancus Marcius rex Ostiam condidit. VI. 2, 9. cum eo regnum administravit L. Tarquinius Priscus. VI. 2, 14.

C. Marcius *Figulus*, classi præest sub Q. Marcio Philippo. XXVIII. 14, 3. 15, 10. Consul, in Illyricum mittitur. XXXII. 24, 2.

L. Marcius, Scipionis legatus in pugna ad Ilipam in Hispania. XI. 23, 1.

Q. Marcius *Philippus*, legatus populi Rom. in Macedoniam & Peloponnesum. XXIV. 4, 16. excedere tandem maritimis Thraciæ locis cogit Philippum. 6, 1. in rebus Messeniacis nihil inconsultis Romanis agi vult ab Achæis, sed nil efficit. XXVI. 2, 12 *sq.* legationem renunciat, & Achæos accusat. XXIV. 10, 4 *sqq.*

denuo legatus, cum A. Atilio, ad explorandum animum populorum Græciæ intuitu belli Persici. XXVII. 1 *seq. Conf. Adnot. ad* XXVII. 1, 1.

Consul (*iterum*) ad bellum Persicum missus, auxilia Achæorum per Polybium legatum oblata recusat. XXVIII. 10 *seq.* per Polybium verat, ne Achæi Appio Centoni postulata auxilia mittant. 11, 7. Rhodiorum legationem accipit in urbe Heracleo Macedoniæ. *cap.* 14 *seq.* Achæos per literas hortatur, ut pacem inter Ptolemæos & Antiochum Epiphanem conciliare tentent. XXIX. 10, 2 *&* 5. eidem senatus mandaverat, ut ad Ptolemæum Philomet. scriberet de bello cum Antiocho Epiph. pro Cœlesyria. XXVIII. 1, 9.

Marcus

Marcus Cerynenſis *vel* Carynenſis, Achæus, tyrannum Buræ occidit, & Cerynææ tyrannum abdicare tyrannidem cogit. II. 41, 14. primus Prætor creatur Achæorum poſt inſtauratum fœdus Achaicum. 43, 2. perit in pugna navali Achæorum, Coryræis auxilio profectorum, cum Illyriis, ad Paxos; vir de communi Achæorum optime meritus. II. 10, 5. *n.*

Marcus, *prænomen Romanum. Vide* M. Atilius Regulus, M. Claudius Marcellus, M. Fulvius Nobilior, *& alia nomina, quæ in latina verſione plerumque adjecimus, ubi ſolo prænomine uſus eſt Polybius.*

Marcus *ille qui ſit, qui* XXV. 2, 7. *commemoratur, non liquet.*

Alius Marcus *neſcio quis,* bello cum Luſitanis liberatus, alio transfert bellum ubi minus fuit periculi. *Fragm. hiſt.* 27. *Videtur autem* M. Claudius Marcellus *fuiſſe, de quo vide* XXXV. 2, 1 *ſq. & cap.* 3, 4.

Mare ingredi (*id eſt*, armatam claſſem parare) primum cogitant Romani. I. 20. *conf.* Claſſis.

mare nemo trajicit eo ſolo fine ut trajiciat. III. 4, 10. mari ſimile vulgus. XI. 29, 9 *ſqq.* XXII. 14, 9 *ſqq.* maris imperium penes Pœnos. I. 7, 6. 16, 7. 20, 5 *&* 13. 39, 10.

Mare Ægæum, Atlanticum, Etruſcum *&c. vide ſuo loco, in* Ægæum, Atlanticum *&c.*

Mare externum & magnum, ἡ ἔξω καὶ μεγάλη θάλαττα. III. 37, 9 *ſqq.* 59, 7. *idem quod* Atlanticum & Oceanus. XVI. 29, 6.

Mare *Inferum; vide* Etruſcum.

Mare Internum, ἡ ἔσω θάλαττα. III. 39, 2. *id eſt Mediterraneum. Confer* Mare Noſtrum.

Mare Magnum. III. 37, 11. *idem quod* Externum, *&* Atlanticum.

Mare mediterraneum; *vide* Mare Internum, *&* Mare Noſtrum.

Ejus longitudo. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 2. *T.* V. *p.* 46.

Mare noſtrum, *id eſt* Mediterraneum, ἡ καθ' ἡμᾶς θάλαττα. III. 37, 9 *ſq.* 39, 4. XVI. 29, 6 *ſqq.*

Mare *Superum; vide* Adriaticum.

Margarum, Μάργαρον, *mendoſa, ut videtur, ſcriptura;* XV. 5, 14. *pro* Ναράγαρα, Naragara, *quod ex Livio reſtituimus.*

Margites, *pro* indocto & imperito homine. XII. 25, 9.

Marmora, *τὴν λιθείαν*, ex Hiero, Byzantiis ademto, aufert Pruſias. IV. 52, 7. *n.*

Maronea, Μαρώνεια, urbs maritima Thraciæ. *Conf.* Ænus.

Maronitæ, Μαρωνῖται, & Ænii, alii ad Eumenis partes inclinant, alii ad Philippi. XXII. 6, 7. 13, 9.

Thra-

Thracicas civitates (*in his Maroneam & Ænum*) tributa sibi pendere cogit Philippus. XXIII. 6, 1. Exsules Maronitæ (Μαρωνῖται) de Philippo queruntur, ut exsilii sui auctore. 6, 2. 11, 2. postquam Æno & Maronea deducere præsidia jussus est Philippus a senatu Romano; 11, 4. iram in Maronitas effundens rex, ingentem cædem Maroneæ edit. XXIII. 13 *seq.*

dono sibi a Romanis Ænum & Maroneam petit Attalus; cui indulget statim senatus, sed mox, revocato promisso, liberas eas urbes pronunciat. XXX. 3.

Marrucini, Μαρρουκῖνοι, populus Italiæ, socii Romanorum bello Gallico Cisalp. II. 24, 12.

eorum agrum, τὴν Μαρρουκίνην, devastat Hannibal. III. 88, 3.

Mars. Marti succenset Iupiter apud Homerum. XII. 26, 3.

per Martem & Quirinum jurarunt Romani in fœdere cum Pœnis. III. 25, 6.

Marsi, Μάρσοι, socii Romanorum. II. 24, 12.

Marsyas campus *s.* convallis, ὁ Μαρσύας ἀυλών, inter Libani & Antilibani radices. V. 45, 8 *sqq.* 61, 7. in magnam longitudinem extenditur illa vallis, & plura in ea sunt oppida; in exitu sunt duo castella, Gerra & Brochi. V. 46, 1 *sq.*

Martius Campus. XIII. 10, 7. *Vide* Ἄρειον πεδίον.

Masæsyli; *vide* Massæsyli.

Masatat, flumen Africæ. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 7.

Masati, populus Africæ. *ibid.*

Massaniſſa, Masiniſſa; Μασσανάσσης, Μασανάσσης, & Μασσανίσσης. III. 5, 1. *n.* XI. 21, 1. *n.* rex Numidarum *Massylorum* in Africa. XXXVII. 3, 1. *Adnot. ad* III. 33, 15. & *ad VII.* 19, 1.

cum Numidarum auxiliis adest Asdrubali, Giſconis filio ad Ilipam in Hiſp. ubi Scipionem castra ponentem adgressus cum Magone repellitur. XI. 21.

in Africa socius Scipionis, cum Lælio castra Syphacis incendit. XIV. 3 *extr.* & *seq.* & victum acie Syphacem persequitur. XIV. 8 *seq.* copiis Romanor. adjutus, regnum paternum recipit, & Syphacis regnum suo adjicit. XV. 4, 4. 5, 13. revocatur a Scipione adversus Hannibalem, XV. 4, 3. & ad eum venit. 5, 12. Numidis suis præest in pugna Scipionis cum Hannib. XV. 9, 8. & fortiter rem gerit. 12, 2 & 6. 14, 7 *sq.*

comprehenditur formula Pacis Romanorum cum Pœnis. XV. 18, 5. a Romanis augetur. XXI. 9, 7. XXII. 4, 2. contendens cum Pœnis de Emporiis circa Syrtin, juvatur a Romanis. XXXII. 2.

obitus, filii, & elogium Masiniſſæ. XXXVII. 3.

e Masiniſſa Polybius didicit avaritiam Hannibalis & Magonis Samnitis. IX. 25, 4.

Massæsyli *vel* Masæsyli, Μασσαισύλιοι

σύλιοι *vel* Μασαισύλιοι, Africæ populus. In præſidiis Hiſpaniæ relicti Asdrubali a fratre Hannibale. III. 33, 15. *n.*

eorum rex, Syphax. XVI. 23, 6.

Maſſilia, ἡ Μασσαλία, urbs Galliæ nobiliſſima, commercium exercens in remotiſſimas terras & inſulas. XXXIV. 6, 7.

a Maſſilia incipiunt Alpes & pertinent usque ad mare Adriaticum. II. 14, 6. *n.* Supra Maſſiliam Apenninus mons cum Alpibus coincidit. II. 14, 8. *&* 16, 1.

prope Maſſiliam (*ni potius* Placentiam) ſedem habent Anamares. II. 32, 1.

quinto die P. Scipio Piſis Maſſiliam cum claſſe pervenit. III. 41, 4. *cf.* 61, 2. Maſſilienſe oſtium Rhodani, τὸ Μασσαλιωτικὸν στόμα. 41, 5. Maſſilienſes naves (ναῦς ταχυλεούσας Μασσαλιωτικὰς *vel* Μασσαλιητικὰς) viæ duces erant Cn. Scipioni ad oram Hiſpaniæ. 95, 6.

Maſſilienſes, οἱ Μασσαλιῶται, cum ſæpius alias, tum præſertim bello Hannibalico, fidelem Romanis operam præſtiterunt. III. 95, 7. per legatos Romæ queruntur de Liguribus, Antipolin & Nicæam colonias ſuas obſidentibus. XXXIII. 4. eis conſulunt Romani, miſſis legatis, & domitis Liguribus. *c.* 7 *ſeq.*

Maſſyli, Μασσυλεῖς, Africæ populus. VII. 19, 1. *Eorum rex* Maſſaniſſa. *Adnot. ad III.* 33, 15. Maſſyli in Pœnorum auxiliis, quæ Hannibal fratri Asdrubali reliquerat ut Hiſpaniæ eſſent præſidio. III. 33, 15.

Maſtia, Μαστία, Africæ (*ut videtur*) oppidum, Carthagini ab occidente, ultra quod ex fœdere navigare non debuerunt Romani. III. 24, 2 *&* 4. *n.*

Maſtiani, Μαστιανοί, Hiſpaniæ populus, ex Hiſpania in Africam translati ab Hannibale. III. 33, 9. *n.*

Matho, ὁ Μάθως, Afer, mercenarius Pœnorum, belli Africi præcipuus dux & incentor. I. 69 *ſeqq.* 77. 79. ad Tunetem capit Hannibalem & cruci adfigit. 86. prælio victus ab Amilcare, capitur, & omni cruciatus genere necatur. 87 *ſeq.*

Matiani, Ματιανοί, Aſiæ populus, a ſeptemtrione Mediæ. V. 44, 9.

Matris Magnæ ſacerdotes, Galli, Γάλλοι. XXII. 20, 5.

Matronæ; *vide* Mulieres.

Maturius venire, in uno rerum genere, gravius peccatum eſt, quam tardius. IX. 14, 10.

Mauritani, Oceani accolæ, Μαυρούσιοι οἱ παρὰ τὸν ὠκεανὸν, in Hiſpaniam præſidii cauſſa transducti ab Hannibale. III. 33, 15.

Μαυρουσίους *ex conject. edidit Valeſius* XXXIX. 1, 9. *pro* Μαύρους *quod erat in cod.*

Maximorum cognomen unde obtinuerint Fabii. III. 87, 6. *n.*

Medeon. *Vide* Medion, *&* Meteon.

Media, ἡ Μηδία; *mendose non-numquam* Μήδεια *in codd. noſtris. Vide* V. 40, 6. *n.*
Medi, οἱ Μῆδοι. Mediæ deſcriptio, præſtantia regionis, & fines. V. 44. equis potiſſimum excellit. *ibid. &* X. 27, 1 *ſq.* regia olim, Ecbatana. X. 27, 3 *ſqq.*
τὰ Μηδικὰ (*id eſt* Medicum bellum) *dicitur* bellum Græciæ a Perſis illatum. IV. 31, 5. *n.*
Mediæ ſatrapa, Molo. *Vide* Molo. Mediæ, victo Molone, præficitur Diogenes. V. 54, 12.
Medi, in acie Antiochi ad Raphiam. V. 79, 7. 82, 12.
Medicus, niſi cauſſas adfectionum corporis noverit, recte curare eas non poteſt. III. 7, 5.
medicum occidit Theodotus Ætolus, Ptolemæum Philopatorem occiſurus. V. 81.
medicus Stratius; *vide ſuo loco.*
Medimnus Atticus. VI. 39, 13. medimnus Siculus frumenti in Gallia Ciſalp. conſtat quatuor obolis. II. 15, 1. Romæ conſtat 15 drachmis. IX. 44, 3.
Mediolanum, τὸ Μεδιόλανον, urbs præcipua Inſubrium. II. 34, 10. per vim capta a Cn. Scipione. 34, 13. (*Ibi erant* ſigna militaria aurea, in Minervæ templo ſuſpenſa. II. 32, 6. *n.*)
Medion *vel* Medeon, (*mendoſe vulgo* Mydionia;) ἡ Μεδίων *vel* Μεδεών; urbs Acarnaniæ, prope Ætoliam. Gentile, οἱ Μεδιώνιοι, Medionii. XVIII. 23, 5. II. 2, 5. *n.*
urbem oppugnant Ætoli, & jam de titulo manubiarum inter ſe litigant. II. 2. Medioniis ſuppetias fert Agron, rex Illyriæ, & magna clade adficit Ætolos. II. 3.
Mediterraneum mare; *vide* Mare Internum, & Mare Noſtrum.
Medo, Berœenſis, Perſei legatus ad Licinium Coſ. XXVII. 8, 5.
Megades Dymæus, bello captus ab Eleis. V. 17, 4. *n. Sic nempe vulgo ex uno cod. Bav. editum erat, idque in verſione lat. imprudentibus nobis ſervatum, cum in Græco ex aliis plerisque codicibus* Διοκλέα, Dioclem, *ediderimus.*
Megaleas, regiorum ſcribarum præfectus relictus Philippo, ex Antigoni teſtamento. IV. 87, 8. in poteſtate eſt Apellis. 87, 9. cum Apelle & Leontio conjurat de impediendis Philippi conſiliis. V. 2, 8. felici ſucceſſu Philippi dolet, Aratum lapidibus inceſſit, & in vincula conjicitur a Philippo. V. 14, 11 *ſq. & cap.* 15. dimittitur, ſponſore pro mulcta ſe offerente Leontio. 16, 8. cædem Argis patraverat poſt diſceſſum Antigoni. 16, 6.
ſeditionem excitat militum adv. Philippum. V. 25. nil ſibi opis amplius in Apelle eſſe videns, profugit Athenas, indeque Thebas, de relicto ſponſore Leontio. 26, 14. 27, 1 *ſq.* Ætolos per literas hortatur, ut in bello cum Philippo pergant.

28, 4. Thebis accusatus apud magistratum a Philippo, manus sibi infert. 29, 6 *sq.*

Megalopolis, urbs Arcadiæ; (*cujus condendæ auctor Arcadibus fuerat Epaminondas. Adnot. ad IV.* 32, 10.) *Græce constanter* ἡ Μεγάλη πόλις, *semel* Μεγαλόπολις, IV. 77, 10. *sit ibi vera lectio; certe* II. 55, 1. *ubi* τῆς Μεγαλοπόλεως *editum est, vetustissimi nostri codices* τῆς Μεγάλης πόλεως *dant, ut alias.* Megalopolitani, *οἱ* Μεγαλοπολῖται. Megalopolitanorum ager, ἡ Μεγαλοπολῖτις. II. 51, 3. IV. 25, 4. Urbs tridui via abest ab Ægio. II. 55, 1. Duplo minor urbs est quam Lacedæmon, licet circuitum habeat paulo majorem. IX. 21, 2.

Megalopolitanorum tyrannus, Lydiadas, tyrannidem sponte abdicat. II. 44, 5. Megalopolitani præ ceteris periculo a Lacedæmoniis expositi sunt. 48, 1. Macedonum amici, inde a Philippo Amyntæ filio. 48, 2. *conf.* IX. 28, 7. XVII. 14, 6 *sq.* Auxilium ab Antigono, Philippi tutore, petunt adv. Cleomenem. II. 48. 50. eis Antigonus tradit castella, a Cleomene in agro Ægytico & Belminate adv. Achæos exstructa. 54, 3.

In Megalopolin, per exsulum Messeniorum proditionem, irrumpit Cleomenes, & sævit in cives. II. 55. 64, 1. V. 93, 2. Megalopoli locus est, Colæus dictus, *ni potius* Φωλεός, *id est* latibulum. II. 55, 5. qua parte urbem jam antea clam ingressus Philippus virtute civium ejectus erat. *ibid.* Apud Megalopolitanos numquam amicum aut proditorem invenerat Cleomenem. 55, 8. Megalopolitani, qui capta urbe Messenam se receperant, generose aspernantur & repellunt invitationem Cleomenis, domum eos revocantis. 61. prædam Megalopoli a Cleomene captam mirum quantum exaggerat Phylarchus. 62.

Megalopolitani mille, Macedonum more armati, chalcaspides, in acie Antigoni adv. Cleomenem. II. 65, 3. IV. 69, 4 *sq. adde* V. 91, 7.

Megalopolin Achæos in armis convocat Aratus, ad auxilium Messeniis ferendum adv. Ætolos. IV. 7, 10. 9, 1. eamdem tentant Ætoli cum Illyriis. 25, 4.

Megalopoli & Arcadiæ contributum olim fuerat Aliphera oppidum, quod Lydiadas tyrannus Eleis concessit. IV. 77, 10.

Megalopolitanorum dissidia de instauranda urbe componit Aratus. V. 93. eis leges scripsit Prytanis Peripateticus, missus ab Antigono. 93, 8.

eis iratus est Nabis, tyrannus Laced. XIII. 8, 4 *sqq.*

Megalopoli agitur concilium Achæorum. XXIII. 7, 2. XXIV. 12, 12.

Megalopolitani de agro contendunt cum Lacedæmoniis. XXXI. 9, 7.

eorum tyrannus, Lydiadas. *vide suo loco.*

Megalopolitanus fuit Polybius noster, & alius Polybius, XI. 15, 5. *commemoratus.*

Megara, τὰ Μέγαρα, ἡ τῶν Μεγαρέων πόλις, Achæis contribuitur ab Arato prætore. II. 43, 5. dein, consentientibus Achæis, Bœotis se junxere Megarenses; ad extremum vero rursus a Bœotis ad Achæos transierunt; quare oppugnata eorum urbs a Bœotis est, sed frustra. XX. 6, 7 *sqq.*

Megarenses inhibent bellum, inter Achæos & Bœotos erupturum. XXIII. 2, 17.

Megara præsidium mittit Diæus, prætor Achæorum. XL. 2, 3.

Megaris, *id est* ager Megaricus, ἡ Μεγαρίς. (*cod. Aug.* Μεγαρῖτις.) IV. 67, 7.

Megistus, ὁ Μέριστος, Mysiæ fluvius, *alias Rhyndacus.* V. 77, 9. *n.*

Melambium, τὸ Μελάμβιον, locus in agro Scotussæo. XVIII. 3, 6. *n.*

Melancomas, Ephesius, cujus opera Achæus cum Ptolemæo consilia communicaverat, Achæum ex arce Sardium liberare studet. VIII. 17, 9. 18, 9 *sqq.* 20, 1. 21, 4.

Meleager, Antiochi Epiphanis legatus Romam. XXVIII. 1, 1. 18, 1. frater Apollonii, amicus Demetrii. XXXI. 20, 2.

Melitea, Μελίτεια, (*&* Melitæa, Μελιταία) urbs Phthiotidis in Thessalia, quam oppugnaturus Philippus, scalas adplicuit justo breviores. V. 97, 5. IX. 18, 5 *sqq.*

Cives Melitæenses, Μελιταεῖς. *ibid.* Melitæensis Phoxidas. V. 63, 11. *n.*

Melitussa, Μελίτουσσα, urbs Illyriæ. XIII. 10, 3.

Memphis, ἡ Μέμφις. V. 61, 4. XXIX. 8, 4. Memphi cum legatis Antiochi M. agunt ministri Ptolemæi Philopat. V. 63, 7. 66, 8.

Menalcidas, Lacedæmonius, captivus Alexandriæ, dimittitur in gratiam C. Popillii. XXX. 11, 2. domi Romanis favet. XL. 5, 6.

Mendacii duplex genus. XII. 7, 4 *sq.*

Meneus, *sive* Menneus, *aut* Mennæus, *Arabiæ (ut videtur) regulus.* V. 71, 2. *n.*

Menedemus, Alabandensis, dux partis copiarum Antiochi in Cœlesyria. V. 69, 4. 79, 6. 82, 11.

Menelaium, τὸ Μενελάϊον, locus & mons prope Lacedæmonem, *nomen habens a* Menelai templo. V. 18. 3. *n.* 18, 10. 21, 1. 22, 2 *&* 8.

Menestas, vide Menestratus.

Menestheus, Apollonii filius, amicus & fugæ comes Demetrii, Seleuci filii. XXXI. 21, 2.

Menestratus, Epirota, (*idem qui* Menestas; *vide Adnot. ad* XX. 20, 5.) plebem Ætolorum ad bellum cum Romanis incitaverat. XXII. 14, 13. cum sibi ab Ætolis dedi postulat M? Acilius Consul. XX. 10, 5.

Meninx, Μήνιγξ, Lotophagorum insula. I. 39, 2. XXXIV. 3, 12.

Menippus a Philippo mittitur ad defendendam Chalcidem & Eubœam. X. 42, 2.

Menithyllus vulgo invitis codicibus edebatur, pro Menyllus, *quod vide.*

Menochares, a Demetrio Sotere ad Ti. Gracchum missus ad explorandam Romanorum voluntatem. XXXII. 4, 1. ab eodem Romam mittitur. *cap.* 6.

Menœtius, Phalasarnensis ex Creta, a civibus suis occiditur. XXIII. 15, 6.

Mens una sapiens, plurium vincit manus; Euripidis dictum. I. 35, 4. VIII. 5, 3.

Menuncii filiam, Pleurato desponsatam, occiso fratre ducit Genthius. XXIX. 5, 8. *n.*

Menyllus, Alabandensis, Ptolemæi majoris legatus Romam. XXXI. 18. fugam Demetrii, Seleuci filii, adjuvat. 20, 8 *sqq.* 22, 8 *sqq.* Rursus Romam legatus, urbe excedere jubetur. XXXII. 1. *Vulgo* Menithyllus *edebatur, invitis mss tis.*

Mercatores Romani, qui Afris commeatus advexerant, invincula conjecti a Pœnis, liberantur. I. 83. III. 28, 3.

mercatores Italicos spoliant & captivos abducunt Illyrii. II. 8, 2.

Mercatus solennis Thermi. V. 8, 5.

Mercenarii Agathoclis; *vide* Mamertini.

mercenarios Syracusios hostibus objicit Hiero. I. 9.

Mercenariorum bellum cum Pœnis in Africa, Bellum in Africa, I. 13, 3. I. 65-87. Mercenariorum periculosa turba. I. 67. quid cavendum sit eis qui mercenario milite utuntur, docuit bellum Pœnorum Africum. I. 65, 7. *conf. c.* 68. Mercenarii Pœnorum, Sardiniam præsidio tenentes, deficiunt a Pœnis. I. 79.

Mercenariorum Gallicorum perfidia in cives Phœnices, Epiri oppidi. II. 5. & in alios. II. 7.

mercenarios ex omnibus gentibus mixtos, in ordine continuit Hannibal. XI. 19.

Mercenariæ Pœnorum copiæ pro alienis pugnant; Romani milites pro rebus suis. VI. 52, 4 *sqq.* Mercenarii milites liberarum Civitatum minus fortiter pugnant, quam Tyrannorum mercenarii. XI. 13.

Mercurii Fanum, Ἑρμαῖον, ad oram Europœam Bosphori Thracici, ubi fretum est angustissimum, ponte olim junctum a Dario. IV. 43, 2 *sqq.*

Mercurii Promontorium, Hermæum promont. ἡ Ἑρμαῖα ἄκρα, prope Carthag. I. 29, 2. 36, 11.

Mergana, ἡ Μεργάνη, Siciliæ oppidum. I. 8, 3. (*aliis* Margantia. *vide Adnot.*)

Meridiei imago præfertur in pompa Antiochi Epiph. XXXI. 3, 15.

Cn. Merula, Μερόλας *vel* Μερολᾶς, legatus cum T. Torquato ad reducendum Ptolemæum juniorem in Cypri regnum. XXXI. 18, 9. *n.* cum Ptolemæo

mæo in Cretam, inde in Africam trajicit. XXXI. 25. ab eodem Alexandriam mittitur ad Ptolemæum ſeniorem. 26, 3. re infecta Romam redit. 27. Romæ efficit, ut Ptolemæo ſeniori fœdus renuncietur XXXI. 1, 2 *ſq.*

Meſembriani, Μεσημβριανοὶ, libera civitas Thraciæ, fœdere Eumenis cum Pharnace comprehenſa. XXVI. 6, 13. *n.*

Meſopotamia, ἡ Μεσοποταμία, a meridie Mediæ, juxta Apolloniatidem. V. 44, 6. occupat eam Molo, usque ad Dura oppidum. V. 48, 16. *n.*

Meſſana, Μεσσήνη *vel* Μεσήνη, ἡ τῶν Μεσσηνίων πόλις, III. 26, 6. urbs Siciliæ ad fretum. I. 7, 1. a Campanis, mercenariis Agathoclis, occupatur. I. 7. qui Mamertinorum nomen ſibi adſciverunt. I. 8, 1. Hi adverſus Syracuſiorum vim, partim a Carthaginienſibus, partim a Romanis opem petierunt. I. 10, 1 *ſq.* Pœnis traditur arx; ſed illi mox a factione contraria rurſus expelluntur. 11, 4. & Appius Claudius, Conſul Romanus, in urbem recipitur. II, 4 & 9 *ſqq.* *Inde*, fugato Hierone Syracuſio, & acie victis Pœnis, qui Meſſanam obſederant, 11, 5 *ſqq.*] & 12, 1 *ſqq. conſtanter in Romanorum poteſtate permanſit Meſſana.*

Meſſanæ L. Iunius Conſul in Siciliam profectus, incrementum claſſis accipit. I. 52, 6 *ſqq.*

Meſſapii, οἱ Μεσσάπιοι, partem habitant Apuliæ. III. 88, 4. *n.* Apuli & Meſſapii, (*corrupte olim Meſapyges*) ſocii Romanorum. II. 24, 11.

Meſſena *vel* Meſſene, urbs Peloponneſi, ἡ Μεσσήνη *vel* Μεσήνη. Cives Μεσσήνιοι & Μεσήνιοι. *Per σ ſimplex fere conſtanter hæc nomina ſcribit codex Bav. & inde edit. 1 & 2. ut monui cum ad IV. 3, 6. tum paſſim alibi. Sic vero &* II. 62, 10. Μεσήνην *habet idem Bav. & edit. 1. & 2. ubi adnotare in ſcholio oblitus ſum. Sed* II. 5, 1. *in* Μεσσην. *cum duplici σσ conſentiunt omnes.*)

Meſſeniorum priſtinæ calamitates, bello Ariſtomenico; & Arcadum in eosdem fides. IV. 33. Meſſeniis oppida nonnulla, a Spartanis ademta, reſtituit Philippus Amyntæ filius. IX. 28, 7. XVII. 14, 7.

Meſſenia regio, ἡ Μεσσηνία, ſæpe incurſata ab Illyriis. II. 5, 1 *ſq.*

Arx Meſſenæ; *vide* Ithomata.

Meſſenii exſules, Megalopoli degentes, Cleomenem clam in urbem introducunt. II. 55, 3. Meſſenam ſe receperunt Megalopolitani, urbe eorum capta a Cleomene. 61, 4.

ad Meſſenen occiſus eſt Demetrius Pharius, cum in eo eſſet ut urbe per ſubitam impreſſionem potiretur. III. 19, 11. *n.*

prope Meſſeniæ fines eſt Phigalia, urbs Arcadica, ſocia

Ætolorum, sedes prædonum Messeniam infestantium, quos protexit Dorimachus Ætolus. IV. 3, 5 *sqq.* 31, 1. 76, 6 *sq.* Chironis villam, prope urbem Messenen, spoliant prædones. IV. 4, 1. cum Dorimacho expostulant Messenii. IV. 3, 11 *sqq.* 4, 2 *sqq.* Messenia sola ex omnibus Peloponnesi regionibus bello Cleomenico ab hostili populatione immunis manserat. IV. 5, 5. eamdem incursat Scopas cum multitudine Ætolorum. 6.

Messenii opem ab Achæis petunt adv. Ætolos. IV. 7, 2. 9, 2. intercedentibus Achæis, in societatem recipiuntur ab Epirotis & Philippo. 16, 1. parum digne respondent studio Achæorum. IV. 31, 1 *sq.*

Duorum maximorum Peloponnesi populorum vicini, nimio pacis studio, numquam neque cum Lacedæmoniis inimicitias satis generoso animo exercuerunt, nec amicitiam cum Arcadibus recte coluerunt; unde multæ eorum calamitates. IV. 32. Messeniis Epaminondas auctor fuit sinceræ amicitiæ perpetuo cum Arcadibus colendæ; pariter eosdem admonet Polybius. IV. 32, 10. 33, 11 *sq.*

Messenii classem jungere Philippo jubentur ad Cephalleniam, V. 3, 3. iique morem gerunt. 4, 4 *sq.* Philippum invitant in Messeniam & in Laconicam; sed is morem non gerit, auxilia vero Achæorum eis mittit. 5. Tegeam cum Achæis invitati ad expeditionem Laconicam, sero veniunt; per Argivorum fines Laconicam petunt, sed ad Glympes castris exuuntur a Lycurgo. V. 20, 3 & 5. rursus per Argos domum redeunt. 20, 10. Messeniorum castellum, Calamas, proditione capit Lycurgus, ceterum frustra invasionem Messeniæ tentat, cum jungere se non posset Pyrrhiæ, Eleorum prætori. 92.

Apud Messenios democratia obtinuit; & bona clarissimorum virorum, in exsilium pulsorum, civibus divisa sunt. VII. 10, 1.

de Messeniorum arce, Ithomata, cum Arato & Demetrio Pharios deliberat Philippus. VII. 11. in eosdem sævit idem. VIII. 10, 1 *sqq. coll.* VII. 12. violata fide. IX. 30, 2. nec tamen insigni damno adficere illos potuit, licet agrum eorum populatus. VIII. 14, 1. *conf.* III. 19, 11 *n.*

Messenii coram senatu Romano litem Achæis movent de Asine & Pylo oppidis. XVIII. 25, 7.

cum Messeniis inique egerunt Achæi, prætore Philopœmene. XXIII. 10, 5 *sq.* Messenios a societate Achæorum abstrahere conatur Dinocrates, favente T. Quintio. XXIV. 5. *n.* adversus eos frustra opem a Romanis petunt Achæi. XXIV. 10, 12 *sqq. cf. vs.* 9.

Messenæ cædem Philopœmenis ulciscitur Lycortas, & Messenii rursus tradunt se Achæis. XXIV. 12. XXVI. 2,

12

12 *sq.* in Fœdus Achaicum rursus recipiuntur, avulsis tamen nonnullis civitatibus. XXV. 1, 1 *sq.* 3, 3.

Messenii domi manent initio belli Achaici. XL. 3, 3.

Metagonia, τὰ Μεταγώνια, Africæ tractus, in quem Hannibal varios Hispaniæ populos transduci curavit. III. 33, 12. *n.*

Incolæ ejus tractus, οἱ Μεταγωνῖται. 33, 13.

Metapa, ἡ Μέταπα, urbs Ætoliæ, ad Trichonium lacum, 60 stadiis a Thermo. V. 7, 8. evertitur a Philippo. V. 13, 8.

Metapontus, τὸ Μεταπόντιον; inde præsidium submittitur Romanis in arcem Tarentinam. VIII. 36, 1. *Cives*, Metapontii, οἱ Μεταπόντιοι. X. 1, 4.

Metellus; *vide* Cæcilius.

Meteon *s.* Medeon, Μετέων, urbs Labeatidis in Illyria. XXIX. 2, 5. *Conf. Adnot. ad* II. 2, 5.

Methydrium, Μεθύδριον, oppidum agri Megalopolitani. IV. 10, 10. 11, 3. 13, 1.

Methymnæi, Μηθυμναῖοι, *cives Methymnæ, urbis Lesbi insulæ.* XXXIII. 11, 8.

Metrodorus, Philippi dux, cujus dolo Thasam cepit rex. XV. 24, 2 *sq. Conf. Fragm. hist.* 32.

Metrodorus, Persei legatus ad Rhodios. XXIX. 3, 7. 5, 1.

Metropolis, Μητρόπολις, urbs Acarnaniæ, ditionis Ætolorum, ad Acheloum, haud procul Conope. Ætoli cum in arcem se recepissent, urbem cremat Philippus. IV. 64, 4.

Micipsa, Masanissæ filius, adoptat fratrem quadriennem Stembalem. XXXVII. 3, 5.

Miccus, Dymæus, prætor Achæorum. IV. 59, 2.

Micion, Micyon, *s.* Micon, cum Euryclida consiliis suis regit Athenienses, & turpiter blanditur regibus. V. 106, 7. *n.*

Miletus, Μίλητος, Ioniæ urbs, condita a Neleo. XVI. 12, 2. *n.*

Milesiorum (Μιλησίων) colonia ex parte est Iassus. *ibid.* Milesiorum ager, ἡ Μιλησία; in eo est Neptuni templum ad Sinum Bargylieticum. XVI. 12, 1.

Milesii, post prælium ad Laden Philippo coronam offerunt. XVI. 15, 6. Milesiis facer ager restituitur a Romanis. XXII. 27, 5. Mileto legati missi Alexandriam. XXVIII. 16, 5.

Milites. *Vide* Legio.

Militum Romanorum conscriptio. VI. 19 *sq.* eorum cupiditas punita in *Astapæ* urbis incendio. XI. 24, 11. *n.* eorum incuria circa artis opera post oppugnationem Corinthi. XL. 7.

Militia Romana. VI. 19-42.

Milium. milii magna copia in Gallia Cisalp. II. 15, 2.

Milliaria signa, per octona stadia posita. III. 39, 8.

Milo, dux copiarum Persei. XXIX. 6, 6.

Miltiades, Demetrii *Soteris* legatus Romam adv. Ariarathem. XXXII. 20, 3 *sqq.*

Milyas, ἡ Μιλυάς, Asiæ minoris regio, *inter* Pisidiam & Lyciam.

Lyciam. Eam invadit Garsyeris, dux Achæi; in eadem est urbs Cretopolis. V. 72, 5.

Milyadem Eumeni dant Romani. XXII. 27, 10.

Mincius amnis, Μίγκιος, e lacu Benaco effluens, in Gallia Cisalpina. XXXIV. 10, 19.

Minervæ templum, apud Insubres *Mediolani*, in quo suspensa aurea signa militaria, quæ loco movere nefas. II. 32, 6.

Minervæ templum in agro Megalopolitano. *Vide* Athenæum.

Minervæ Chalcioecæ fanum (ὁ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλκιοίκου νεὼς, τέμενος, ἱερὸν) Lacedæmone, securitatem præstans omnibus ad illud confugientibus, etiamsi capitis fuisset aliquis condemnatus. IV. 35, 3. ad illud convenire in armis jubetur juventus omnis Lacedæmoniorum. IV. 22, 8. ad idem templum, in solenni pompa ad aram Deæ trucidantur ephori omnes. IV. 35, 2 *sq.*

Minervæ solenne ludicrum celebravit Attalus. IV. 49, 3.

Minervæ statua ænea in arce Alipheræ. IV. 78, 3.

Minervæ Itoniæ templum (τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰτωνίας) in Bœotia; (*vide Adnot. ad* XXVI. 5, 2.) spoliatum ab Ætolis. IV. 25, 2. in eo publicum edictum suspendit Perseus, quo exsules in patriam revocat. XXVI. 5, 2. *n.*

Minervæ templum in summa arce Agrigenti. IX. 27, 7.

in Minervæ templo Rhodi, in honorem populi Romani dedicatur colossus 30 cubitorum. XXXI. 16, 4.

Minervæ Promontorium Campaniæ, τὸ Ἀθήναιον. XXXIV. 11, 5.

M. Minucius, Magister equitum Q. Fabii Dictatoris. III. 87, 9. obtrectat cunctatori Fabio. 89, 6. frustra ab eodem admonetur. 94, 9 *sq.* ad Gerunium superior velitatione, propemodum captis Hannibalis castris, lætitia & spe exsultat. 101 *seq.* & laudibus tollitur Romæ. 103.

dignitate & potestate par Fabio constituitur, & cum eo dividit legiones. III. 103, 3 *sqq.* Minucii legionibus, per ducis temeritatem in summum periculum adductis, suppetias venit Fabius. 104 *seq.* Fabio reconciliatur Minucius, & legiones suas rursus cum eo conjungit. 105, 8 *sqq.*

Q. Minucius Thermus, a Cn. Manlio procos. in Syriam mittitur ad accipiendam ab Antiocho fidem. XXII. 26, 28.

Miraculosæ res; in eis narrandis modum utique tenere debet scriptor. XVI. 12, 5 *sqq.* *Conf.* Portentum.

Misdes, legatus Pœnorum Romam initio tertii belli Punici. XXXVI. 1, 8.

Misenum promontorium Campaniæ, τὸ Μισηνόν. XXXIV. 11, 5.

Mithridates, rex Cappadociæ ad Pontum, genus repetens ab uno e septem Persis qui Magum occiderant. V. 43, 1 *sq.*

ejus

ejus filia Laodice nubit Antiocho Magno. *ibid.* alia filia, pariter Laodice nomine, nupta erat Achæo. V. 71, 4. VIII. 22, 1.

Mithridates bellum infert Sinopenſibus. IV. 56. dona mittit Rhodiis, terræ motu adflictis. V. 90, 1.

Mithridates; fororis filius Antiochi Magni. VIII. 25, 3. *neſcio an filius ſuperioris. Sic fuerit ſimul ſororis filius, ſimul uxoris frater Antiochi. Confer* Laodice.

Mithridates, *Pharnacis filius, (ut nobis quidem viſum erat,) Ponti regis;* comprehenſus pace inter Eumenem & Pharnacem concluſa. XXVI. 6, 3. *n.* ex fœdere auxilia mittit Attalo adv. Pruſiam. XXXIII. 10, 1. *n.*

Mithridates, Armeniæ *minoris* præfectus. XXVI. 6, 11. *n.*

Mitylenæi, Μιτυληναῖοι; eis curæ eſt ut pax concilietur Ætolos inter & Philippum. XI. 5, 1.

Mnaſiades, Argivus, plurimarum palmarum athleta, pater Polycratis. V. 64, 6.

Mnaſias, Argivus, immerito in proditorum numerum relatus a Demoſthene. XVII. 14, 3.

Mnaſilochus, Acarnan; quem ab Antiocho ſibi tradi poſtulant Romani. XXI. 14, 7. *n.* XXII. 26, 11.

Mnaſippus, Coronæus Bœotus, Romanis imperatoribus gratulatur victoriam de Perſeo. XXX. 10, 3.

Mneſis, tibicina Alexandrina. XIV. 11, 3.

Moagetes, Cibyræ tyrannus, in Phrygia magna, ad deditionem compellitur a Cn. Manlio. XXII. 17, eidem ſubjecta erant oppida Syllium & Temenopolis. *ibid. vs.* 11.

Mochyrinum *vel* Mochyrinus, Μοχύρινος *ſive* Μοχύρινον, *pro* oppidi nomine Cyrenaicæ *habuit Caſaubonus; nos cum Reiskio* Μοχυρῖνος viri nomen *eſſe ſuſpicati ſumus.* XXXI. 26, 13. *n.*

Mociſſus, Μώκισσος, *urbs* Cappadociæ. *Cives* Μωκισσεῖς. XXV. 4, 9. *n.*

Moderatio animi res præclara. VIII. 14, 6.

Modius; *vide* Medimnus.

Mœnia; *vide* Muri.

Mœragenes, corporis cuſtos Ptolemæi Epiphanis, Agathoclis juſſu flagris cædendus, miro modo nudus evaſit. XV. 27 *ſeq.*

Molo, Mediæ ſatrapa, potentiſſimus ſub Antiocho Magno. V. 40, 7. 43, 8. cum fratre Alexandro, Perſidis ſatrapa, defectionem molitur a juvene Antiocho. 41, 1. 43, 5 *ſq.* de illa defectione quid faciendum deliberat Antiochus cum Epigene & Hermea. 41 *ſeq.*

adv. Molonem mittuntur cum exercitu Xeno & Theodotus Hemiolius; V. 42, 5. quos terret Molo, & Apolloniatide potitur. 43, 8. Tigrim trajicere non poteſt: contra eum mittitur Xenœtas; 45 *ſeq.* quem ſimulata fuga decipit, & miſera

miſera adficit clade. 47 *ſeq.* mox, trajecto Tigri, Seleucia & Suſis captis, Meſopotamia, Babylonia & regione ad Erythræum mare potitur. 48, 10 *ſqq.*

pugna cum Antiocho victus Molo, ſibi ipſe manus infert; cadaver ejus cruci adfigitur. V. 53 *ſeq.* ejus mater & liberi a Neolao fratre occiduntur. 54, 5.

Moloſſi, Μολοττοὶ, Μολοσσοὶ, populus Epiri, pontem Aoi fluvii intercipiunt ad retardandum iter Perſei adv. Aulum Hoſtilium Coſ. in Epiro. XXVII. 14, 3. ad Perſei partes traducuntur ab Antinoo, Theodoto & Cephalo. XXX. 7, 2. urbes eorum evertuntur a L. Æmilio. XXX. 15, 5 *ſq.*

Molpagoras, demagogus Cianorum, monarchicam uſurpat poteſtatem. XV. 21, 1 *ſq.*

Molycria, Μολυκρία. V. 94, 7.

Monarchia, a volentibus conceſſa, & conſilio magis quam vi & metu adminiſtrata, Regnum eſt; quæ contra, Tyrannis. VI. 3, 9 *ſq.* 4, 2. & 4, 7 *ſq.* ex Monarchia, accedente juſti honeſtique notione, oritur Regnum. VI. 5 *extr.* & 6 *ſeq.*

Monarchia, ſua natura æquabilitatem juris odit, & quamplurimos ſibi ſubjectos vult habere. XXII. 5, 8.

Monarcharum ſecuritas, in peregrino milite poſita. XI. 13, 8.

Monoxyla, μονόξυλα, lintres. III. 42, 3.

Montani Hiſpani, ὀρεῖται Ἴβηρες; *mendoſa (ut videtur) ſcriptura, pro* Oretani.

Mora. Nullum mortalibus tempus longius atque moleſtius, quam ubi mora nobis nectitur. III. 112, 5.

Mora, μόρα, Lacedæmoniorum, 900 viris conſtabat, auctore Polybio. *Fragm. hiſt.* 25.

Morbus, caſtrenſis; *vide* Limopſorus. *Conf.* Medicus.

morborum cauſſæ externæ prævidentur & curantur facile, internæ difficilius. XI. 25, 2.

Morcus, Genthii legatus ad Rhodios. XXIX. 2, 9. 5, 1.

Mores & leges continent reſpublicas. VI. 47, 1 *ſqq.*

morum diverſitas, pro vario cœli influxu. IV. 21, 2.

Mortem ſibi conſciſcere, nullius conſcium culpæ, puſilli animi eſt. XXX. 7, 8. ſed, deplorata omni ſpe ſalutis, tamen vitæ ſtudio teneri, turpe 8, 3. *Conf. Fragm. gramm.* 75.

Mortem contemnere docet vis doctrinæ & rationis. *Fragm. gramm.* 11.

Mortuorum laudatio apud Romanos pro Roſtris. VI. 53 *ſeq.* mortuorum imagines. VI. 53, 4 *ſqq.*

Morzias, *rex Paphlagoniæ.* XXVI. 6, 9. *n.*

Motieni, Μοτιηνοὶ, oppidum Hiſpaniæ, Romanorum colonia? *Fragm. hiſt.* 33. *n.*

Motus varii equitum & exercitationes, a Philopœmene equitum præfecto Achæorum inſtitutæ. X. 21. *n.*

motus ſolertes Scipionis in pugna

pugna ad Ilipam adv. Asdrubalem, Gisconis fil. XI. 23.
Mulelacha, Africæ oppidum in promontorio ad mare Atlanticum, *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 7.
Mulieres civitatum Africæ Pœnis subjectarum, mundum suum conferunt in stipendium militum adversus Pœnos. I. 72, 5 *sq.*
mulieribus Alexandrinis dira quæque imprecatur Oenanthe, & illæ vicissim huic. XV. 29, 10 *sqq.*
mulieres Apamenses uxorem Hermeæ lapidibus obruunt. V. 56, 15.
mulieres Hispanæ captivæ, liberaliter habitæ a Scipione. X. 18, 7 *sqq.*
mulieribus Romanis vinum bibere non licet. VI. 2, 3 *sqq.* mulieres Romæ in publico terrore per templa discurrunt, eorumque pavimenta passis crinibus verrunt. IX. 6, 3 *sq.*
mulieris formam habuit machina, qua Nabis usus est ad torquendos divites cives. XIII. 7. mulieres spoliare Charops Epirota consuevit matris opera. XXXI. 21, 13 *sq.*
muliebris sexus natura garrulus. XXXII. 12, 10.
L. Mummius, Μόμμιος, *Achæos debellat* pugna ad Isthmum. III. 32, 3. non patitur deleri Philopœmenis honores. XL. 8, 3. integrum & humanum se præstitit ergo Achæos. XL. 11.
Mundi quatuor plagæ. III. 36, 6 *sq.*
Munerum captatio grassatur inter Græcos. XVIII. 17, 7.
Munitionum anceps usus. *Fragm. gramm.* 9.
qua parte munitissimæ sunt urbes, ea facillime nonnumquam capiuntur, negligentia oppidanorum. VII. 15, 2 *sq.*
Murgantia, Siciliæ oppidum, *apud Polybium vulgo* ἡ Μεργάντη. I, 8, 3. *n.*
Murorum urbis mensura capienda, priusquam scalas adplicare adgrediaris. V. 98. ea mensura quomodo capiatur. IX. 19.
muros urbis obsessæ, cuniculis subfossos, sublicis suffulciebant oppugnatores, deinde incensis sublicis subruebant. V. 4, 6 *sqq.* 100, 4. XVI. 11, 5.
Musæus, Antiochi caduceator ad Scipiones missus. XXI. 13, 1. ab eodem legatus ad Cn. Manlium procos. Ephesi hibernantem. XXII. 24, 3 & 8 & 11 *sq.*
Museum, Μουσεῖον, locus circa Olympum in Macedonia. XXXVII. 1. *n.*
Museum Tarenti, ubi convivium de die celebrat Livius, urbis præfectus. VIII. 27, 11. 29, 1.
Musicæ studium & exercitium consuetum Arcadibus, necessarium ad molliendum ingenium & mores. IV. 20 *seq.*
Mutina, ἡ Μοτίνη, Romanorum colonia; obsidetur a Boiis & Insubribus, & in ea triumviri agris dividendis. III. 40, 8 *sq.* *Conf. Fragm. histor.* 33. & *ibi Not.*
Mycenæ, Μυκῆναι. XVI. 16, 4. *Mydionia & Mydionii, mendosa olim scriptura, pro* Me-

dion *vel* Medeon, *&* Medionii. II. 2-4. *Vide* Medion.

Mygdonia, ἡ Μυγδονία, *regio Mesopotamiæ*, Antiochia Mygdoniæ, *alias* Nisibis, V. 51, 1. *n.*

Myiscus, unus e ducibus copiarum Antiochi M. ad Raphiam. V. 82, 13.

Mylæus campus, τὸ Μυλαῖον πεδίον, in Sicilia, per quem decurrit Longanus amnis. I. 10, 7. *Ab eo non differt* Mylaites ager, ἡ Μυλαΐτις *vel* Μυλαιῖτις χώρα. I. 23, 2. *n.*

Mylasa *vel* Mylassa, urbs Cariæ, ἡ Μυλασέων *vel* Μυλασσέων πόλις. Mylasenses Philippo commeatum suppeditant; urbi frustra insidias struit Philippus. XVI. 24, 6 *sq.* *De nominis scriptura vide ibi not. & ad* XXII. 27, 4.

post bellum Antiochicum, immunes a tributo Mylasenses pronunciantur a Romanis. XXII. 27, 4. urbes Euromensium cum occupassent, acie vincuntur a Rhodiis. XXX. 5, 11 *&* 15.

Myndus, urbs Cariæ, ἡ Μυνδίων πόλις, ad sinum Bargylieticum. XVI. 12, 1. Myndiorum ager, ἡ Μυνδία. XVI. 15, 4.

Myrcal, Pœnus, *subscripsit* formulæ fœderis Hannibalis cum Philippo. VII. 9, 1.

Myrina, ἡ Μύρινα, urbs Æolidis, e qua præsidium suum deducere jubetur Philippus. XVIII. 27, 4. *n.* *Distinguenda a Myrina Lemni, de qua in Adnot. ad l. c. agitur; quæ huc non spectat.*

Myrrichus, Bœotus, cujus pecus abigitur ab Achæis. XXIII. 2, 15.

Myrtis, Argivus, immerito proditor vocatus a Demosthene. XVII. 14, 3.

Myrtium, prostibulum Alexandriæ. XIV. 10, 3 *sq.*

Myrto, & ejus filius Nicanor, socii Charopis. XXXII. 21, 9 *sq.* 22, 3.

Mysia, ἡ Μυσία. Mysi, οἱ Μυσοί. Ex Æolide, trajecto Lyco amne, ad Mysorum habitationes pervenit Attalus; ἐπὶ τὰς τῶν Μυσῶν κατοικίας. V. 77, 7.

Mysiæ pars, quam in Asia possidebant Byzantii, adimitur his a Prusia. IV. 50, 4. sed eis restituitur pace facta. 52, 9. Mysi a Romanis Eumeni dati, quos ipse sibi subjecerat. XXII. 27, 10.

Mysi, in exercitu Achæi. V. 76, 7. in pompa Antiochi Epiphanis. XXXI. 3, 3.

Myttistratum, τὸ Μυττίστρατον, Siciliæ oppidum munitum, captum a Romanis. I. 24, 11.

Myttonus, homo Afer, cujus opera res in Sicilia administravit Hannibal. IX. 22, 4.

Myus, Μυοῦς, *Ioniæ* oppidum, Magnetibus a Philippo donatum. XVI. 24, 9. *n.*

N.

Nabis, in Lacedæmoniorum regno succedit Machanidæ, perditissimus sævissimusque tyrannus. XIII. 6. XVI. 13. ad extorquendam civibus pecuniam, machi-

machina utitur forma muliebri, Apegæ uxoris similitudine. XIII. 7. ejus latrocinia, & initium belli cum Achæis. 8.

cum Messeniis, sociis, perfide egit. XVI. 13, 3. *n. conf. c.* 16 *sq.* Argis per uxorem latrocinia & sævitiam exercet. XVII. 17. *De eodem* Nabide *adde* XXI. 9, 10. *& Fragm. hist.* 34.

ejus filius Armenas, Romæ obses moritur. XX. 13, 4. *Conf. Adnot. ad c.* 12, 2.

Nadagara, *mendosa apud Livium scriptura, pro* Naragara, *quod vide.*

Namneres *vel* Nannetes, Ναμνῆτες *s.* Ναμνῆται, Galliæ populus. XXXIV. 10, 6.

Naragara, τὰ Ναράγαρα, Africæ oppidum, ubi castra habuit Scipio, haud procul Zama. XV. 5, 14. *n. Mendose vulgo* Μάργαρον *legebatur.*

Narava, Numida, bello Africo ad Amilcarem & Pœnos transit. I. 78. (*De nomine vide Adnot. ad* I. 78, 1.) filiam suam ei despondet Amilcar. *ibid.* fidelem Amilcari & Pœnis operam præstat. *ib. &* 82, 13. 84, 4. 86, 1.

Narbo, ὁ Νάρβων, fluvius Galliæ, ab occasu Rhodani in mare exiens Sardoum. III. 37, 8 *sq. n.* 38, 2. XXXIV. 10, 1.

Narbo, Ναρβὼν, *gen.* Ναρβῶνος, nobilis urbs Galliæ, cujus cives cum remotissimis gentibus commercium exercent. XXXIV. 6, 3 *sqq.*

Nasica. *Vide* P. Cornelius.

Nasus, Νῆσος, (*ni* Νᾶσος *dorica dialecto scripsit Polybius, quemadmodum Livius legit;*) oppidum Acarnaniæ, ademtum Acarnanibus ab Ætolis. IX. 39, 2. *ubi Casaub. in versione* Naxum *posuit ex mendosa apud Livium scriptura.*

Natura animi humani non minus, quam corporis, e rebus contrariis interdum composita est. IV. 8, 7.

Naturæ memorabilia adnotare etiam debet historicus. IV. 40, 1 *sq.*

Navarchis, *i. e.* classis præfectis, pro legatis uti amant Rhodii. XXX. 5, 5. XVII. 1, 4.

Naucratis, ἡ Ναύκρατις, urbs Ægypti. XXIII. 16, 6. XXVIII. 17, 10.

Naufragium infandum classis Romanæ ad Camarinam, ex pertinaci audacia consulum M. Æmilii & Servii Fulvii. I. 37. aliud Cn. Servilii & C. Sempronii Coss. inter Siciliam & Romam. I. 39. L. Iunius Cos. inter Pachynum & Lilybæum totam classem naufragio perdidit, ut ne tabula quidem superesset. I. 54. eamdem tempestatem Punici gubernatores sua peritia & providentia effugiunt. *ibid. vs.* 6 *sq. Conf.* Tempestas.

Navis. *Vide* Acatium; Classis; Deceris; Ἑκκαιδεκήρης, Enneris; Hepteris; Hexeris; Hippagines; Lembus; Linter; Monoxylon; Parones; Octeris; Pistris; Quadriremis; Quinqueremis; Ratis; Triemioliæ; Triremis; *& similia.*

Actuaria navis quinquaginta remo-

remorum, πεντηκόντορος. I. 20, 14. 73, 2. πεντηκοντόριον πλοῖον. XXV. 7, 1. cujus pretium æstimatur talenti. *ibid. vs.* 2. actuaria navis triginta remis acta, τριακοντάκωπος. XXII. 26, 3.

δεναῦα, decem navium classis. XXIII. 7, 4. XXV. 7, 1.

naves longæ tectæ, νῆες μακραὶ κατάφρακτοι. I. 25, 7. navis rostrata, ἐπίπλους ναῦς. I. 27, 5. *n.* oneraria, φορτηγός. I. 52, 6. navis prætoria, ναυαρχὶς, XVI. 3, 3. speculatoria navis, *ex Casauboni interpretatione*, ναῦς ταχυπλοοῦσα. III. 95, 6.

Naves bellicæ a Romanis primum fabricari cœptæ bello primo Punico, cum nullam antea neque tectam navem habuissent, neque longam omnino, (*id est*, ad bellum instructam,) & ne lembum quidem. I. 20. navis una Pœnorum, quæ litori impacta in potestatem venerat Romanorum, pro exemplo his fuit ad naves bellicas ædificandas. I. 20, 15. navis quæque in classe M. Reguli capiebat 300 remiges, & 120 milites. I. 26, 7. naves Romanorum ad motum minus habiles, quam Pœnorum. I. 22, 3. 51, 6.

naves per Isthmum transductæ, ad Corinthum; IV. 19, 7 *sqq.* V. 101, 4. Tarenti. VIII. 36.

Naupactus, Ναύπακτος, ἡ τῶν Ναυπακτίων πόλις, urbs Ætoliæ cum portu, ex adverso Panormi, portus Peloponnesi. V. 102, 9. eo cum 40 lembis venit Scerdilædus, cum Ætolis se jungens. IV. 16, 9.

Naupacti agrum, τὴν Ναυπακτίαν, populantur Achæi. V. 95, 11. Naupacti congregati Ætoli, de pace agunt cum Philippo & Achæorum legatis. V. 103 *seq.*

Naupactia Cœla, τὰ Κοῖλα τῆς Ναυπακτίας. V. 103, 4. inter Naupactum & Callipolin est mons Corax. XX. 11, 11. *De* Naupacto *adde* XX. 10, 5. XXIV. 5, 16. XXXVIII. 5, 9.

Naupactius, Ναυπάκτιος, Cleonicus. V. 95, 12. Agelaus. V. 103, 9.

Nautica militia apud Romanos legitur ex eis qui infra 4000 æris censi sunt. VI. 19, 2.

Naxus. Sic ex mendosa apud Livium lectione scripserat Casaub. in Polybii versione, IX. 39, 2. *pro* Nasus, *quod vide. Confer Gronov. ad Liv. XXVI.* 25.

Neapolis, ἡ Νεαπολιτῶν πόλις, ex celeberrimis & pulcerrimis urbibus in ora Campaniæ. III. 91, 4. in eam impune exsulatum abire licet civibus Romanis, criminis capitalis reis. VI. 14, 8.

Neapolitani naves præbuerunt Romanis, initio primi belli Punici. I. 20, 4.

Νέα πόλις, & παλαιὰ πόλις; partes Panormi urbis. I. 38, 9.

(*Nova Carthago, est* Καινὴ πόλις. II. 31, 1. III. 39, 6. *nisi* II. 31, 1. *pro simplici* Καρχη-

Καρχηδόνα, Νέαν Καρχηδόνα *ſcripſit Polybius.*)

Neleus, Mileti conditor; cujus filius a Iaſſenſibus advocatur ad coloniam Iaſſum deducendam. XVI. 12, 2.

Nemea, Nemeorum ſolennia, ἡ τῶν Νεμέων πανήγυρις, ὁ τῶν Νεμέων ἀγών, Argis celebrata. Ad ea ſe confert Antigonus *Doſon.* II. 70, 4. Philippus. V. 101, 5. rurſus. X. 26, 1. Q. Cæcilius, legatus Romanorum. XXIII. 10, 1 *ſq. n.*

Neo; *vide* Neon,

Neocretes, Νεοπῆτες. V. 3, 1. 65, 7. 79, 10.

Neolaidas, Ptolemæi ſenioris legatus Romam. XXXIII. 5, 4.

Pheræ, urbs Thessaliæ, αἱ Φεραὶ, ἡ τῶν Φεραίων πόλις. Prope eam acris incidit velitatio inter copias T. Quintii & Philippi, paucis diebus ante pugnam ad Cynoscephalas. XVIII. 2.

Pheræorum & Pharsaliorum agro opportune imminet urbs Larissa. V. 99, 3. *cf.* XVIII. 2.

De Pherarum urbe *contendisse coram Romanis Ætolos cum Achæis, temere scripsit Casaub. in vers. lat. Legat. VI. nobis lib.* XVIII. 25, 7. *ubi in Græco tamen recte tenuit Vrsini lectionem* Ἡραιέων. *Intellexerat puto Casaubonus* Pharas *vel* Pheras Messeniæ, *de qua vide supra in* Pharæ.

Phiala, præmium peditis qui hostem prostravit, & spolia ei detraxit. VI. 39, 3. *n.*

Phialia; *vide* Phigalia.

Phialephoros, ἡ Φιαληφόρος, apud Locrenses. XII. 5, 9 *sqq.*

Phibotides urbes; *vide* Phœbatides.

Phidias Iovem Homericum expressit. XXX. 15, 4.

Phigalea, Phigalia, Phialia, Φιγαλέα, Φιγαλία, Φιαλία, ἡ τῶν Φιγαλέων *vel* Φιαλέων πόλις. IV. 3, 5. *n. & vs.* 8. *n.* IV. 80, 3. Peloponnesi urbs *in Arcadia*, prope fines Messeniorum, cum Ætolis faciens, & in eorum potestate. IV. 3, 5 *sq.* 31, 1.

In ea residet Dorimachus nomine Ætolorum, bellum moliens Messeniis. IV. 3, 5 *sqq.* 6, 10. in eamdem confluunt Ætoli piratæ, qui ex Messenia prædam faciebant. IV. 3, 8. 79, 6 *sq.* in eadem sedem belli figit Scopas cum Ætolis, incursionem in Messeniam faciens. IV. 6, 10 *sq.*

Phialenses, deserentes Ætolos, urbem suam Philippo tradunt; IV. 79, 5 *sqq.* præsidium urbi imponit Philippus. IV. 80, 3. post ereptam Ætolis Phialiam, non recusant Messenii societatem belli Socialis. V. 4, 5.

Philæni aræ, οἱ Φιλαίνου βωμοὶ, prope majorem Syrtin, terminus ditionis Pœnorum in Africa. III. 39, 2. *n.* X. 40, 7.

Philænis, femina, de rebus obscœnis scripsit. XII. 13, 1. *n.*

Philammon, qui cædi Arsinoës reginæ præfuerat, occiditur a mulierculis cum filio & uxore. XV. 33, 11 *sq. adde Adn. ad c.* 36, 1.

Philemenus cum Nicone Tarentum prodit Hannibali. VIII. 26 *seqq.* velut a venatione rediens cum apro, noctu urbem intrat. 31.

Philetærus, Eumenis frater, favet Pytheæ Thebano. XL. 1. *Adde Not. ad* XXXII. 23, 6.

Philia-

Philiades, Meſſenius, pater Neonis & Thraſylochi. XVII. 14, 5 & 12.

Philidas, (*vulgo minus recte* Phylidas) dux Ætolorum & Eleorum adv. Philippum, poſt Euripidam. IV. 77, 6. *n.* 78, 1. *n.* ipſos ſocios Eleos diripit. 79, 2. Lepreo, & mox etiam Samico, cedere cogitur Philippo. IV. 80.

Philinus, ſcriptor hiſtoriæ primi Belli Punici, effuſum favorem prodit in Pœnos. I. 14. *n.* Philini errores. I. 15. III. 26.

Philinus Corinthius, a Diæo, prætore Achæorum, virgis cæſus. XL. 5, 6.

Philippi, Φίλιπποι, urbs Macedoniæ. *Civis* Philippenus, Φιλιππηνός. *Fragm. hiſt.* 41.

Philippicum bellum, ὁ Φιλιππικὸς πόλεμος. III. 32, 7 *ſq.* natum ex bello Hannibalico; tum ex Philippico oritur Antiochicum. *ibid.* *Vide* Philippus, Demetrii fil.

Philippopolis, Φιλίππου πόλις, eadem quæ Thebæ Phthiæ in Theſſalia. V. 100, 8. *n.*

Philippopolis Thraciæ, Φιλίππου πόλις, in Odryſis, qui Philippi præſidium inde expellunt. XXIV. 6, 5 *ſqq.*

Philippenſes Φιλιππηνοὺς *a Polybio dici, monuit Stephanus Byzant. in* Φίλιπποι. *Conf. Not. ad V.* 100, 8, *Tom.* V. *p.* 284. (*ubi ſub finem pag. pro* XXVI. 6, 5. *ſcribi debuit* XXIV. 6, 5.)

Philippus, Amyntæ fil. rex Macedon. beneficia contulit Megalopolitanis, Meſſeniis, Tegeatis, Argivis, oppida eis reſtituens quæ Spartani eisdem ademerant. II. 48, 2. XVII. 14, 6 *ſqq.* *cf.* IX. 28, 7. 33, 8 *ſqq.*

multa præparaverat ad bellum adv. Perſas. III. 6, 5 & 12 *ſqq.* cum victis ad Chæroneam Athenienſibus humaniſſime egit. V. 10, 1 *ſqq.* XVII. 14, 13 *ſq.* in eum maledicentiſſimus eſt Theopompus. VIII. 11-13. Græcis cauſſa & principium fuit ſervitutis. IX. 29. defenditur ab iſta culpa. IX. 33.

Philippus Demetrii filius, Antigoni Gonatæ nepos, pater Perſei; ſub tutela eſt Antigoni *Doſonis patrui.* II. 45, 2. & ab eo præclare regitur. IV. 87, 6. Alexandri & Philippi Amyntæ filii genere prognatus videri ſtuduit. V. 10, 10.

ſuccedit in regnum, mortuo Antigono. II. 70, 8. etiam tum puer, annum ætatis ſeptimum decimum nondum egreſſus. IV. 2, 5. 5, 3. 24, 1. cui Apelles aliique tutores relicti erant ex Antigoni teſtamento. II. 87, 8.

ad Philippum legatos mittunt Achæi, de Ætolis conquerentes, & auxilia ab eo ex ſociali fœdere poſtulantes. IV. 15, 1 *ſq.* Ætolis, utpote pro more agentibus, non nimis iraſcitur Philippus. 16, 2 *ſqq.* Ad Sociale bellum gerendum cum exercitu Corinthum venit; domum jam reverſis Ætolis, inde Tegeam movet, verſus Laconicam. IV. 22. non im-

miſcens ſe Lacedæmoniorum internis ſeditionibus, ſocietatem cum populo firmat; 23 *ſeq.* & Corinthum redit, ſociorumque de Ætolis querelas audit. 24 *extr. & ſeq.*

Ægii in concilio avita amicitiæ jura cum Philippo renovant Achæi. IV. 26, 7 *ſq.* hibernans Philippus in Macedonia, fœdus facit cum Scerdilæda. IV. 29. Philippus & Achæi fœdus de ſocietate ineunt cum Polyrrheniis & Lampæis Cretenſibus. IV. 55, 1 *ſq.*

Ætoliam, per Theſſaliam & Epirum, petit Philippus. IV. 57, 1. & Ambraciam obſidet. 61. eamque & Phœtias capit. 63. Ad Stratum cum exercitu morantem invitant Achæi, ut trajecto Rhio Elidem invadat. 64, 2. captis nonnullis Ætolorum urbibus, cum ei nunciaretur Dardanios invaſionem parare in Macedoniam, domum redit, dein Lariſſæ in Theſſalia hibernat. IV. 64-66. Oeniadas, oppidum & arcem cum portu, in Ætoliæ & Acarnaniæ confinibus, communit. 65, 7 *ſqq.* Demetrium Pharium, ad ſe confugientem, benigne recipit. 66, 4 *ſq.*

circa brumam, cum parte exercitus, in Peloponneſum venit. IV. 67, 6 *ſqq.* moxque Eleos ad Apelaurum montem vincit. 69. Pſophidem & alias eorumdem urbes capit. 70 *ſeqq.* Apellem prohibet, Achæos in ſervitutem redigere conantem. 76. & Aratum adv. Apellis calumnias tuetur. *vide* Aratus.

egregia & vere regia Philippi juvenis indoles. IV. 77, 82, 1. ex optimo principe dein in ferum tyrannum mutatus. IV. 77, 4. VII. 12 *ſeqq.* IX. 23, 9.

de ſolvendo ſtipendio exercitui Philippi fit decretum Achæorum. V. 1, 11 *ſq.* Bellum Sociale mari gerere adgreditur Philippus. V. 2 *ſeqq.* Cephalleniam petit, ubi per Leontii perfidiam Palunte urbe non potitur. V. 3 *ſq.* Thermum Ætoliæ petit, & templum ibi evertit & comburit, vindictæ nimis ferociter indulgens. V. 6 *ſeqq.*

ex Ætolia reverſus, mira celeritate in Laconicam rurſus irrumpit, eamque usque ad Tænarum populatur. V. 16 *ſeqq.* ex Laconica Corinthum redit. 24, 1 *ſqq.* Legatis Rhodiorum & Chiorum, ad pacem cum Ætolis faciendam invitantibus, paratum ſe eſſe, reſpondet, ſi velint Ætoli. 24, 11. in Phocide rei magnæ gerendæ ſpem habet; 24, 12. ſed ea ſpes irrita eſt. 26, 1 & 16. ex Elatea Phocidis revertens, Sicyonem devehitur, ibique apud Aratum divertit. 26, 16. 27, 3. Leontium proditorem occidi curat. 27, 4 *ſqq.* inducias facit cum Ætolis, ſed pax non convenit. 28 *ſeq.* hibernat in Macedonia. 30, 1.

Bylazorem urbem Pæoniæ occupat adv. Dardaniorum incurſiones. V. 97. Melitæam oppugnaturus, ſcalas juſto bre-

breviores adplicat. *ibid.* Thebas Phthias expugnat. 99 *seq.* in Peloponnesum cum classe & exercitu reversus, accepto nuncio cladis Romanorum ad Trasimenum lacum, Pacem facit cum Ætolis, & Bello Sociali finem imponit. 101 - 105.

oppida Illyriæ, Macedoniæ vicina, capta a Scerdilæda, recipit & præsidiis firmat. V. 108. dein classe Illyriam petens, (& ipsi Italiæ inhians, instigatus a Demetrio Phario, V. 108, 4 *sq.*) Apolloniæ Panico territus, re infecta, non sine ignominia, in Macedoniam redit. V, 109 *seq.*

Fœdus facit Philippus cum Hannibale & Pœnis; III. 2, 3. cujus formula *exhibetur* VII. 9.

adversus Messenios primum pravos mores nudavit. VII. 12, 1. *conf. Adn. ad c.* 10, 2. adamatus antea omnibus Græcis, 12, 4 *sqq.* a Cretensibus προστάτης insulæ electus. 12, 9. deinde exosus omnibus. 12, 10 *sqq.* Natura bonus, procedente ætate in vitia incidit. X. 26, 7 *sq.* quoties Demetrio Phario & Taurione consultoribus usus est, pessimus fuit Philippus; quoties Arato aut Chrysogono, optimus. VII. 13 *seq.* IX. 23, 9. V. 12, 5 *sqq.*

Aratum veneno necat. VIII. 14. Lissum & Acrolissum capit, & multas Illyriorum urbes in deditionem accipit. 15 *seq.*

Cum Ætoli, Romani & Attalus fœdus fecissent contra Philippum & Achæus; IX. 30, 6 *sq.* (ad quam societatem etiam Lacedæmonios invitarunt Ætoli. IX. 28 *seqq.*) Philippus Echinum urbem, quæ in Ætolorum erat potestate, oppugnavit cepitque; IX. 41 *seq.* & Achæis aliisque sociis, opem ejus contra illos implorantibus, strenue providit. X. 41 *seq.* postquam Argis, ubi hiemavit, effrenatæ libidini indulsisset. X. 26.

iterum Thermum Ætoliæ & Apollinis ibi templum vastat. XI. 4. per legatos (*in concilio nescio quo, fortasse Achæorum*) declarat, paratum se esse ad pacem cum Ætolis æquis conditionibus faciendam. XI. 7, 9 *sq.*

Pacem cum Ætolis facit *Phœnicæ* in Epiro. *Adnot. ad XIII.* 1. *coll.* XV. 23, 8. XVII. 1, 14. *n.*

Heraclidis opera classem Rhodiorum in ipsorum portu incendio corrumpit. XIII. 4, 1 - 3. *& cap.* 5, 1 - 3. Cretenses ad bellum adv. Rhodios concitaverat. XIII. 4, 2, 5, 1. Bellum in Thracia gerit. XIII. 10, 6 - 9. *n.*

Philippus, conjuratione facta cum Antiocho M. de partiendo Ptolemæi Epiphanis regno, Cariam, Chium & Samum ad se rapit. III. 2, 8. *n.* XV. 20. licet pacem fecisset cum Ætolis, tamen Cium urbem, sociam Ætolorum, copiis cum Prusia genero junctis, expugnat capitque. XV. 21 - 23. XVII. 3, 12. 4, 7. Rhodios dolosa legatione decipit. XV. 22, 5. *&*

23, 1 *sqq.* Thasios violata fide subigit. XV. 24. Paulo ante id tempus Lysimachiam, Ætolorum sociam, sibi subjecerat; moxque Calchedonem. XV. 23, 8. XVII. 3, 11.

Pergamenum agrum & loca sacra vastat, Attalo ægre e manibus ejus elapso. XVI. 1. Sami classem habuit. XVI. 2, 4 & 9. Pugna navali ad Chium victus ab Attalo & Rhodiis, victoriam sibi tribuit. XVI. 2-8. Cariam invadit. XVI. 11 *seq.* III. 2, 8.

Philippo bellum indicunt Romani, ni a Græcis injuria lacessendis absistat. XVI. 27. Ille forti & constanti animo persequitur incepta. 28. Abydum oppugnat expugnatque. 29-34. legatum Romanum, ad Abydum secum expostulantem, non audit, sed ut juvenem ridet. XVI. 34. Achæos concitare studet ad bellum cum Romanis. XVI. 38.

Ex Epiri faucibus propere se recipere coactus Philippus a T. Flaminino; plurimas Thessaliæ urbes vastavit. XVII. 3, 9. XVIII. 6, 4. XXVII. 13, 2.

Colloquium instituit cum Tito, & cum Ætolorum, Rhodiorum & Attali legatis ad sinum Maliacum. XVII. 1-9. jocis ludit adversarios. 4, 4 *sqq.* induciis pactis, legatos Romam mittunt partes omnes. 10 *seq.* Bellum cum Philippo durare decernit senatus. 12. a Philippi societate Achæos ad Romanorum partes traduxit Aristænus. 13, 8 *sq.*

Pugna ad Cynoscephalas victus Philippus; XVIII. 4-10. in Macedoniam profugit, combustis Lariss chartis regiis. XVIII. 17, 1 *sq.* pactis induciis. XVIII. 17, 4 *sqq.* denuo colloquitur cum Quintio ad Tempe de pacis conditionibus. 19-21. conditiones Titi accipit Philippus, & filium suum Demetrium obsidem dat. 22. Pax Philippo data a Quintio confirmatur Romæ. 25. Senatusconsultum de Pace. 27.

Bello Antiochico fidelem Romanis operam præstat Philippus; cujus gratia Demetrius fil. & ceteri obsides ei restituuntur, tributum remittitur, & plures urbes redduntur. XX. 13. XXI. 9, 9.

Philippus queritur apud Romanos ereptam sibi ab Ætolis Athamaniam & Dolopiam; & frustra impedire conatur pacem Ætolis datam. XXII. 14, 4.

cum Philippo contendunt Thessali, Parrhæbi, Athamanes, & Eumenes, judicibus Romanis. XXIII. 4 *sq.* & *cap.* 11, 1 *sq.* Maroneæ cædem edit Philippus; & Casandrum, cujus opera in ea re usus erat, veneno tollit. XXIII. 13 *seq.* Romanis jam tum infensus, Demetrium filium Romam mittit ad purganda crimina. 14, 7 *sq.* XXIV. 1. Byzantiis adv. Thraciæ regulos auxilia promittit. XXIII. 14, 12.

ad accusandum Philippum multæ legationes Romam conveniunt. XXIV. 1. Demetrii causa patri veniam dant Romani.

mani. 2. inde Philippi & Perſei, majoris filiorum, odium in Demetrium, & inſidiæ. *cap.* 3 *&* 7. Pruſiæ auxilia miſerat ad bellum cum Eumene. XXIV. 1, 4. 3, 1. invitus ex Thraciæ urbibus excedit tandem. XXIV. 6. Thracibus mediterraneis bellum facit, Philippopolin præſidio munit, quod tamen paullo poſt ab Odryſis expellitur. *ibid.*

veluti furiis agitatus, inſana conſilia capit; Macedonas in Emathiam transducit; civium ſuo juſſu olim interfectorum liberos cuſtodiæ tradit; ſimultate mutua filiorum cruciatur. XXIV. 8.

Alia nonnulla ad Philippum pertinentia *vide in Fragm. hiſtor.* 42-45.

Philippus, Achæorum legatus in Macedon. ad gratulandam Romanis victoriam de Perſeo. XXX. 10, 3.

Philippus, Antiochi M. *σύντροφος*, elephantis præfectus ad Raphiam. V. 82, 8.

Philippus, Perſei legatus Rhodum. XXVII. 4, 3 *ſqq.*

Philo, Agathoclis adulator, miniſtri Ptolemæi Eupatoris & Epiphanis. XIV. 11, 1. *inter* cognatos Agathoclis *refertur* XV. 30, 5. (*ni ibi* Φιλάμμωνος *pro* Φίλωνος *legendum. Vide Not.*) occiditur in tumultu. XV. 33, 1 *ſqq.*

Philo, Chalcidenſis. Eum Romanis dedere jubetur Antiochus ex pacis lege. XXI. 14, 7. XXII. 26, 11.

Philo Cnoſſius, Neocretibus præeſt in exercitu Ptolemæi Philopatoris. V. 65, 7.

Philo, Theſſalus, pacis conditiones a Metello adfert Diæo, quas ille reſpuit. XL. 4, 3 *ſqq.*

Philocles, amicus Philippi, Demetrium Philippi filium Romam comitatur. XXIII. 14, 7. XXIV. 1, 5. jam antea Romam a Philippo fuerat miſſus, occaſione belli Pruſiæ cum Eumene. XXIV. 3, 2. ejusdem opera inſidias Mylaſenſibus fruſtra ſtruxerat Philippus. XVI. 24, 7.

Philocrates, Rhodiorum legatus Romam. XXX. 4, 1. 5, 1.

Philodemus, Argivus, Hieronymi legatus ad Hannibalem. VII. 2, 2 *ſqq.*

Philomelienſes, Φιλομηλεῖς; *cives urbis Phrygiæ majoris, cui* Philomelium *nomen.* XXII. 18, 4.

Philomelus & Onomarchus templum Delphicum ſpoliant; tyrannos illos tollit Philippus Amyntæ fil. IX. 32, 4 *ſqq.*

Philophron, Rhodiorum legatus ad X. legatos Romanos poſt bellum Antiochicum. XXIII. 3, 2. eidem non placet ut Rhodii rebus Perſei ſe immiſceant. XXVII. 11, 2. Romanis favet. XXVIII. 2, 3. 14, 3. Romam legatus mittitur, ad deprecandam iram Romanorum poſt bellum Perſicum. XXX. 4, 1 *ſqq. & cap.* 19, 4 *ſq.*

Philopœmen, Megalopolitanus, promotor & conſummator fœderis Achaici. II. 40, 2. juvenis, prudenter fortiterque rem

rem gerit in pugna Antigoni cum Cleomene ad Sellasiam. II. 67-69. de Philopœmene tres libros separatim edidit Polybius. X. 24, 5 *sq.*

nobilissimo Arcadiæ genere ortus, institutus est a Cleandro Mantinensi, *&c.* X. 25, 1 *sqq.* Præfectus equitum creatus Achæorum, corruptam disciplinam restituit, & perpetuis exercitationibus equites suos præstantiores hostibus reddidit. X. 25, 6 *sqq.* *& cap.* 21 *&* 22. *quæ duo capita post cap.* 25. *reponi debuerant, & ad* Philopœmenem *referri, non ad Scipionem.*

Prætor Achæorum, XI. 10, 7. ad armorum cultum hortatur Achæos, & disciplinam omnem militarem restituit. XI. 8-10. ipse moribus simplicibus utens, & magna apud suos auctoritate. XI. 10, 1-7. Milites in itinere adsuefacit ad parce utendum cibariis. *Fragm. hist.* 46. Machanidam, Lacedæmoniorum tyrannum, acie ad Mantineam vincit. XI. 11 *seqq.* & fugientem sua manu confodit. 18.

rursus Prætor Philopœmenes, in unum diem juventute omni Achæorum, insciis omnibus, Tegeam convocata, incursionem in Laconicam fecit, & hostes insidiis circumvenit. XVI. 36 *sq.*

rursus Prætor, octoginta Spartanos ad Compasium occidit, muros Spartæ dejecit, & veteres exsules in urbem reduxit. XXII. 23, 2. *n. coll.* XXIII. 1, 1. 7, 5 *sq.* qua caussa Romæ accusatur. XXIII. 1, 1. simul ipse legatos Romam mittit. 1, 4. Achæis facultatem dat, res a Bœotis per vim repetendi. XXIII. 2, 13. in renovanda societate cum Ptolemæo Epiphane levitatem committit. 9, 11. a Philopœmene in repub. dissident Aristænus & Diophanes. XXIII. 10.

rem Lacedæmone gestam Philopœmen defendit coram Q. Cæcilio. XXIII. 10, 8. Infensus est ei T. Quintius. XXIV. 5, 2. & frustra ab eo petit, ut gentis concilium sibi cogatur. 5, 15 *sqq.*

Moritur Philop. eodem anno cum Hannibale & Scipione. XXIV. 9. *conf. Spicileg. ex lib.* XXIV. *num.* 2. *T. V. p.* 43. captus a Messeniis & interfectus. XXIV. 12, 13. annos 70 natus. *Fragm. gramm.* 31 *&* 34. *Conf. Valesii Adnot. ad* XXIV. 9, 3. Cædem Philopœmenis Messenæ ulciscitur Lycortas. XXIV. 12. *Conf. Spicileg. ex lib.* XXIV. *num.* 3. *T. V. p.* 44.

Philopœmen & Aristænus inter se collati. XXV. 9.

Philosophi tres, Athenis Romam legati. *Spicileg. ex lib.* XXXIII. *T. V. p.* 45.

Philostratus, præfectus quinqueremis Rhodiæ, in pugna ad Chium. XVI. 5, 1 *sqq.*

Philostratus, *Molossus Epirota (ut videtur)* A. Hostilium Cos. per Epirum proficiscentem Perseo

ſeb prodere molitur. XXVII. 14.

Philoteria, ἡ Φιλοτερία, oppidum Cœleſyriæ ad lacum *Tiberiadis*, in quem Iordanes influit. V. 70, 3 *ſq. n.* eam in deditionem accipit Antiochus M. *ibid.*

Philotis, mater Charopis Epirotæ, cujus opera ille mulieres ſpoliare conſueverat. XXXI. 21, 13 *ſq.*

Philoxenus, *dithyrambicus poëta & muſicus; de quo vide Suidam, & auctores laudatos a Fabric. Bibl. Græc. T.* I. *p.* 686 *ſq. & Albert. ad Heſych. in* Δούλωνα. Carmina ejus modosque vulgo addiſcunt Arcades. IV. 20, 9.

Phlegræi campi, circa Capuam & Nolam, ab Etruſcis olim poſſeſſi. II. 17, 1 *ſq.* III. 91, 7.

Phlias corrupte vulgo legebatur. IV. 9, 9. *pro* Pheias, *quod vide.*

Phlius, Φλιοῦς, *gen.* Φλιοῦντος, oppidum Peloponneſi, *inter Sicyoniam & Argolidem;* occupatur a Cleomene. II. 52, 2.

Phliaſiorum tyrannus, τῶν Φλιασίων, Cleonymus, tyrannide abdicata, Achæis ſe jungit. II. 44, 6.

Phliaſiorum ager, ἡ Φλιασία; in eo ad Dioſcurium caſtra ponit Philippus. IV. 67, 9.

Phocæa, Φώκαια, civitas Æolica, ab Achæi partibus ad Attalum tranſit. V. 77, 4.

Phocæenſes, Φωκαιεῖς, alii cum Antiocho, alii cum Romanis facientes, legatos mittunt ad Seleucum, Antiochi filium. XXI. 4. Phocæenſibus poſt bellum Antiochicum priſtinas leges & agrum reddunt Romani. XXII. 27, 7.

Phocis, ἡ Φωκίς. Phocenſes, Φωκεῖς.

Phocenſes fœdere Antigoni cum Achæis comprehenſi. IV. 9, 4. 15, 1 *ſq.* queruntur de vi ab Ætolis facta. IV. 25, 2.

in Phocide rem quamdam magni momenti gerere ſe poſſe, ſperat Philippus. V. 24, 12. ſed irrita ea ſpes fuit. 26, 1 & 16. e Phocide ad Philippum mittuntur literæ Megaleæ, clam ad Ætolos ſcriptæ. V. 28, 4.

Phocidem adv. Ætolos tuetur Philippus. X. 42, 2. Phocide & Locride e veſtigio deducere præſidia tenetur Philippus per inducias cum T. Quintio pactas. XVII. 10, 4. Phocenſes tuti non ſunt, quamdiu Philippus Chalcidem tenet. XVII. 11, 6. liberi renunciantur ex SC. Romanorum. XVIII. 29, 6. ita tamen, ut Ætolorum concilio ſint contributi. 30, 9.

in Phocide Patrenſes præſertim magnam cladem paſſi ſunt bello Achaico. XL. 3, 4. *ſcil.* in pugna qua Metellus Achæos vicit, (*conf. c.* 6, 11.) & Diæum cum exercitu oppreſſit. *Spicileg. ex lib.* XL. *T.* V. p. 50.

Phœbatides urbes, Illyrici, αἱ Φοιβάτιδες πόλις, *alii codices* Φιβώτιδες. V. 108, 2.

Phœ-

Phœbidas, Lacedæmonius, Cadmeam per dolum occupat. IV. 27, 4. *n.*

Phœnice, ἡ Φοινίκη, urbs Epiri munitissima & opulentissima. II. 5, 8. 8, 4. XXXII. 22, 2. proditione mercenariorum Gallorum capitur ab Illyriis. II. 5.

Romanorum legati ibi cum Epirotis agunt de Philippo. XVI. 27, 4. Phœnice ex Epiro Romam mittuntur legati. XXXII. 24. *conf. c.* 22, 1 *sq.*

Phœnice, Φοινίκη, *perperam Casaubonus ediderat* IV. 68, 1. *pro* Φενικὴ, *id est*, Pheneensium ager.

Phœnicia *vel* Phœnice, regio Asiæ, ἡ Φοινίκη. *Interdum communi* Cœlesyriæ *nomine comprehenditur* Phœnicia; *ut* V. 80, 3. *& sæpius alias; alias utrumque nomen conjungitur, ut* V. 66, 6. VIII. 19, 11. XXVIII. 1, 2.

inter Ciliciam & Phœniciam sita est Seleucia ad Mare. V. 59, 4 *sq.*

Antiochus Phœniciæ & Cœlesyriæ manus injicit. III. 2, 8. Phœniciam & Cœlesyr. ex Ptolemæi Lagi jure ad reges Ægypti pertinere, contendunt Legati Ptolemæi Philopat. adv. Antiochum Magnum. V. 67, 10. *Conf.* Cœlesyria.

Phœteæ, Φοιτεῖαι, *sive* Phœtiæ, Φοιτίαι, *Acarnaniæ* oppidum in potestate Ætolorum, captum a Philippo. IV. 62, 7. *n. & vs.* 10.

Phœteum; *vide* Phyteum.

Φωλεὸς, lustrum, latibulum, spelunca; locus sic dictus in urbe Megalopoli prope murum. IX. 18, 1. II. 55, 5. *n.*

Phorunna, ἡ Φόρουννα, oppidum Thraciæ. IX. 45, 4.

Phoxidas, Achæus, dux Græcorum mercenariorum Ptolemæi Philopat. V. 65, 3 *sq.* 85, 2 *sqq. Conf. Artic. seq.*

Phoxidas, Melitæensis, centuriat copias Ægyptiacas. V. 63, 11. *n. Videtur idem esse cum superiore. Conf.* Achæi Phthiotæ.

Phrixa, ἡ Φρίξα, oppidum Triphyliæ. IV. 77, 9. in deditionem accipitur a Philippo. IV. 80, 13.

Phrygia ad Hellespontum, Φρυγία ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντου. XXII. 5, 14. *distinguitur* a Phrygia Majori. XXII. 27, 10. utraque regno Eumenis adjicitur a Romanis post bellum Antiochicum. *ibid.*

Phthiotæ; *vide* Achæi Phthiotæ.

Phthiotis; *vide* Eretria Phthiotidis, *&* Thebæ Phthiæ.

Phylarchus, historicus, contraria scribit Arato, & multas tragœdias facit de casu Mantinensium, & de Aristomacho Argivo. II. 56-59. *conf. Not. ad* II. 56, 1. Alia in eodem Phylarcho reprehendit Polybius II. 60-63.

Phylidas; *vide* Philidas.

Phylomachus (*aliis* Phyromachus, *&* Pyromachus) statuarius, Æsculapii signum in templo Pergameno confecit. XXXII. 25, 4. *n. Conf. Harduin. ad Plin. XXXIV.* 8. (19,) 20. *T.* II. *p.* 656.

Physcon. XXXIV. 14, 6. *Vide* Ptolemæus.

Phyſſias, nobilis Eleus, bello captus a Lyco, proprætore Achæorum. V. 94, 6.

Phytæum, Phyteum, *vel* Phœteum, Φύταιον, Φύτεον *vel* Φοίτεον, Ætoliæ oppidum, in media Ætolia. V. 7, 7. *n.* XI. 4, 4. *Conf. Add. ad* IV. 62, 7.

Phyxium, τὸ Φύξιον, locus Elidis. V. 95, 8.

Picenus ager, ἡ Πικεντίνη χώρα, devictis Senonibus ademtus, civibus Romanis diviſus. II. 22, 7. Picenum populatur Hannibal, τὴν τῶν Πικέντων χώραν. III. 86, 9.

Pictones, Πίκτονες, populus Galliæ. XXXIV. 10, 6.

Pieriam vaſtat Scopas prætor Ætolorum, τὸ πεδίον τὸ κατὰ τὴν Πιερίαν. IV. 62, 1. *Mssti* τὸν τέριον (*alii* τὸν τέριτον) τὸν κατὰ τὴν Πιερίαν.

Pignora fidei. *Vide* Fides.

Pilum Romanum, ὁ ὖσσός. VI. 23, 8 *ſqq.* I. 40, 13. Triarii, pro pilo, haſta utuntur. VI. 23, 16.

Pinarus, ὁ Πίναρος, Ciliciæ fluvius. XII. 17, 3. *mendoſe* Πύρον *vocant editi.*

Pindari laudatio Pacis, parum honeſta. IV. 31, 5 *ſqq.*

Piræeus, Πειραιεύς, portus Athenarum. XVI. 26, 2 & 4.

Piratæ, *vide* Ætoli & Illyrii. *Adde Fragm. Gramm.* 83.

Piſa *vel* Piſæ, ἡ Πίσα & αἱ Πίσαι, prima urbs Etruriæ, a Liguria venientibus. II. 16, 2. e Sardinia Piſas adpellit C. Atilius Coſ. II. 27, 1. 28, 1. P. Scipio, Liguriæ oram legens, quinto die Piſis Maſſiliam venit. III. 41, 4. *n.* Piſas inde redit. III. 56, 5.

Piſæi equites, ἱππεῖς Πισαῖοι. *Sic olim legebatur* XXXI. 3, 6. *pro quo* Νισαῖοι, Niſæi, *edidimus.*

Piſatis, Piſæus ager, ἡ Πισᾶτις γῆ, pars Elidis in Peloponneſo. IV. 74, 1. *Conf.* Olympia.

Piſces ſub terra, in Galliæ campis verſus Pyrenæum montem. XXXIV. 10, 4. *Conf. Adpend. Adnotat. ad lib. XXXIV. Tom. VIII. p.* 118.

Piſcium vitam vivere, proverbium. XV. 20, 3. *n.*

Piſidia, ἡ Πισιδική. Eam populatur Achæus. V. 57, 7. Piſidiæ incolas ad arma ſecum ſocianda adv. Selgenſes hortatur Garſyeris, nomine Achæi. V. 72, 9. 73, 3. *ubi commemorantur Piſidiam incolentes* Etennenſes, Sidetæ, Pedleniſſenſes, Selgenſes.

Piſidiam poſt bellum Antiochicum Eumeni dari a Romanis, conſentiunt Rhodii. XXII. 5, 14. & datur ei Milyas, *quæ Piſidiæ accenſebatur.* XXII. 27, 10.

Piſſæum, Πισσαῖον, Pelagoniæ oppidum, direptum a Scerdilæda. V. 108, 1. *Conf. Artic. ſeq.*

Piſſantini, Πισσαντῖνοι, populus Illyricus, cujus oppidum Orgyſum Scerdilædæ eripuit Philippus. V. 108, 8. *Nil vetat dentur hi commune cum* Piſſæo *habere ſupra memorato,*

to, quod Pelagoniæ πόλισμα, id eſt parvum oppidum vocat Polybius.

Placentia, Πλακεντία, ἡ τῶν Πλακεντίνων πόλις, colonia Romanorum ad Padum in Gallia Cispadana. III. 40, 5. 66, 9. Prope *Placentiam (ſic legendum videtur pro vulgato* Maſſiliam) erat ſedes Anamarum. II. 32, 1. *n.*

ad Placentiam caſtra ponit Scipio. III. 66, 9. eodem ſe recipiunt qui e pugna ad Trebiam evaſerunt. 74, 6.

Placentiam convenire exercitum jubet Conſul, Liguribus bellum illaturus. XXXIII. 8, 1.

Plagæ quatuor mundi. III. 36, 6 *ſq.* hiſtoriam legentes, cogitatione convertere oculos debemus in eam mundi terræque plagam, ubi quæque res geſta eſt. III. 36, 4 *ſq.*

Platanus, Πλάτανος, oppidum Phœniciæ: fauces ad Platanum. V. 68, 6. *n.*

Plato converſionem rerumpub. ex alio genere in aliud adcurate explicavit. VI. 5, 1. *n.* rempub. Cretenſium ſimilem eſſe ait reipub. Laconicæ. VI. 45, 1. Platonis respub. 47, 7 *ſqq.*

Fabula Arcadica a Platone citata, de hominibus in lupos mutatis. VII. 13, 7. ejusdem dictum, (beatos fore homines, ſi philoſophi regnarent) ad hiſtoriæ ſcriptionem adplicat Polybius. XII. 28, 2. *conf. cap.* 27.

Plator, dux Illyriorum, quos Philippus ſubſidio miſit Cretenſibus. IV. 55, 2.

Pleiades, *vide* Vergiliæ.

Pleuratus, Illyriæ rex, pater Agronis; II. 2, 4. *& Scerdilædæ. Vide Adnot. ad* II. 5, 6.

Pleuratus, *Scerdilædæ filius, Pleurati nepos, pater Genthii, (vide Adn. ad* II. 5, 6.) Πλευράτος *vel* Πλεύρατος, cum Scerdilæda copias educit adv. populos Epiri, Philippi ſocios. X. 41, 4. ei parent Dalmatæ. XXXII. 18, 3 *ſq.* eidem a T. Quintio dantur Lychnis & Parthini, Illyriæ civitates, quæ in Philippi fuerant poteſtate. XVIII. 30, 12. XXI. 9, 7. XXII. 4, 3.

Pleuratus, *Pleurati filius*, Genthii frater, a fratre occiditur. XXIX. 5, 8.

Pleuratus, exſul Illyricus, Perſei legatus ad Genthium regem. XXVIII. 8, 1.

Plumis incenſis Romani e cuniculis pelluntur ad Ambraciam. XXII. 11, 15 *ſq.*

Pœnæ militares. VI. 37 *ſeq. Conf.* Deſertores.

Pœni. *Vide* Carthaginienſes.

Poëſis tribus partibus conſtat, hiſtoria, diſpoſitione, fabula. XXXIV. 4, 1 *ſqq.* Homeri poëſis, eſt ſcriptio philoſophica. XXXIV. 4, 4 *ſqq.*

Poëtæ in fabularum exitu deo ex machina utuntur. III. 48, 4. poëtas & fabularum ſcriptores teſtes advocare rerum ignotarum, turpe eſt. IV. 40, 2.

Polemarchi, πολέμαρχοι, magiſtratus civitatum Peloponneſi, qui claves urbis in ſua poteſtate habent, & interdiu in ſtatione ad portas verſantur, IV. 17,

17, 2. Eosdem IX. 17, 3. *vocat τοὺς ἄρχοντας τοὺς εἰθισμένους τηρεῖν τὰς πύλας.*

Cynæthensium polemarchi urbem Ætolis prodiderunt. IV. 17, 3.

Polemarchorum curia, *τὸ Πολεμάρχειον vel Πολεμαρχεῖον*, Phigaliæ. IV. 79, 5.

Polemarchus, Arsinoënsis, Ætolorum legatus Romam. XVII. 10, 8.

Polemocles, Rhodiorum navarchus adv. Byzantios missus. IV. 52, 2. cum classe in Cretam mittitur petentibus Cnossiis. 53, 1. ab Eleuthernæis Cretensibus incusatur occidisse Timarchum, civem Eleuthernæum. 53, 2.

Polemocrates, pater Limnæi. XXIX. 3, 6.

Poliasium, *τὸ Πολιάσιον*, locus *nescio quis* Laconicæ. XVI. 16, 2.

Polichna, *ἡ Πολίχνα*, oppidum ditionis Argivorum, captum a Lycurgo, Spartæ rege. IV. 36, 5. *Confer* Prasiæ.

Politicum virum res inter homines gestas scire juvat. IX. 1, 4.

Polyænus, *Achæus*, bello Persico, temporis rationem habendam censet respectu Romanorum. XXVIII. 6, 8.

Polyænus, Cyparissensis, comes Philopœmenis Machanidam persequentis. XI. 18, 2.

Polyaratus, Rhodius, cum Dinone frustra Rhodios ad Persei partes a Romanis abstrahere conatur. XXVII. 6. *conf. c.* 11, 2. Ptolemæos Popillius jubet Polyaratum Romam mittere. XXIX. 11, 9. Rhodum, & post varia fata Romam tandem transportatur. XXX. 9.

Polybius, Megalopolitanus, *diversus a nostro, ac fortasse avus ejus sive patruus*; unus e ducibus Achæorum sub Philopœmene, in pugna ad Mantineam cum Machanida. XI. 15, 3. *n.*

Polybius *noster*, Megalopolitanus, historiarum scriptor; Lycortæ filius. XXIII. 1, 6. *De eo confer* Testimonia Veterum de Vita & Scriptis Polybii, *initio Tomi V. hujus editionis historiæ Polyb. Vide etiam quæ notantur in Artic.* Historia, *ad Polybium pertinentia. Tum quæ* de Polybio *passim Strabo commemorat, & in eo vel laudat vel reprehendit, collecta habes* libro XXXIV.

Historiam suam Polybius scripsit in usum maxime Græcorum. I. 3, 7 *sq.* historiæ suæ molem, cum XL. libris constet, excusat. III. 32, 1 *sqq.* visendi studio & veritatis cognoscendæ, iter per Alpes suscepit. III. 48, 3. eodem consilio Africam, Hispaniam, Galliam peragravit, & Atlanticum quoque navigat oceanum. III. 59, 7. eas res in historia sua descripsit, quæ partim ipsius, partim patrum memoria acciderunt; quarum aliis ipse interfuit, alias a testibus oculatis accepit. IV. 2, 2.

Polybii ætate terra & mari omnia patebant, & pleræque artes

artes ita erant perfectæ, ut certa quadam via ac ratione addiſci præcepta earum poſſent. IX. 2, 5. X. 47, 12.

Tactici Commentarii. IX. 20, 4. Pyrſiarum ratio a Polybio emendata. X. 45, 6 *ſqq.*

de Locris bene meritus eſt. XII. 5, 1-3. Zenonem Rhodium de errore in ipſius hiſtoria commiſſo amice admonet; & ab aliis, ut idem ſibi faciant, poſtulat. XVI. 20, 5 *ſqq.*

legatus nominatur ad Ptolem. Epiph. cum Lycorta & Arato, licet tunc nondum ea ætate eſſet Polybius, qua ex lege alias respub. capeſſi poſſet; neque vero locum habuit ea legatio. XXV. 7.

Polybium ridet Poſidonius ſcribentem, 300 urbes Celtiberiæ everſas eſſe a Ti. Graccho. XXVI. 4.

ſuſpectus videtur Romanis. XXVIII. 3, 7. Præfectus equitum nominatur Achæorum, prætore Archone. XXVIII. 6, 9. pro reſtituendis Eumenis honoribus verba facit. *cap.* 7, 8 *ſqq.* legatus mittitur ad Q. Marcium Philippum Coſ. in Theſſaliam, ut auxilia ei offerret Achæorum, quæ ille tamen non accepit. 10 *ſeq.* ſed in caſtris Romanis manens Polybius, rebus tunc geſtis interfuit. 11, 6. Appio Centoni, juſſu conſulis, negat auxilia Achæorum, quæ ille poſtulavit. 11, 7 *ſqq.*

per ſingulos annos, quæ apud quemque populum quoque anno geſta ſunt, deſcripſit Polybius; incipiens cujusque anni hiſtoriam a Rebus in Italia geſtis. XXVIII. 14, 9 *ſqq.*

Ptolemæis fratribus auxilia adv. Antiochum mittenda cenſet. XXIX. 8, 2. 9, 1 *ſqq.* Equitum auxiliarium præfectum ab Achæis petunt Ptolemæi Polybium; 8, 5. ſaltem ſuarum copiarum ducem, ſi auxilia non mitterent Achæi. 10, 7.

Romæ inter exſules (ob belli Perſici culpam vel ſuſpicionem) verſans, (*conf.* XXXII. 9, 5.) Demetrio Seleuci filio, Romæ obſidi, ſuadet ut fuga in Syriam evadere & regnum ibi capeſſere conetur. XXXI. 19-24. venationem ſingulariter amat. XXXI. 22, 3. XXXII. 15, 8. pro Polybio maxime & Stratio, exſulibus Romæ, deprecantur legati Achæorum. XXXII. 7, 14.

conſuetudinis Polybii cum Scipione initium, incrementum & perpetuitas. XXXII. 9 *ſeq.* Fabius & Scipio, fratres, cum ceteri græci exſules per Italiæ civitates diſtribuerentur, apud prætorem effecerant, ut Polybio Romæ manere liceret. XXXII. 9, 5.

libertas ei datur Roma domum redeundi cum ceteris exſulibus; ampliora ille petit pro exſulibus, ſed ridetur a Catone. XXXV. 6.

Scipione res in Africa gerente, claſſe ab eo accepta, ſcrutandi illius partis orbis terrarum cauſſa circumvectus eſt. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.*

num. 7. cum Maſaniſſa converſatus eſt. IX. 25, 4. adeſt Scipioni in everſione Carthaginis. XXXIX. 3, 6.

Corinthi expugnationi intereſt, aut paullo poſt ſupervenit. XL. 7, 1. *Conf. Teſtim. de Vita Polyb. T. V. p.* 12. *num.* 2. *adde Spicileg. reliq. libri* XL. *Tom. V. p.* 50. Philopœmenis honores vindicat. XL. 8. *item* Arati & Achæi. *ibid. vs.* 10. de Diæi bonis nihil eorum, quæ ei a legatis Romanis oblata ſunt, accipit. XL. 9, 1. Achaiæ ſtatum ordinat ex mandato decem legatorum Romanorum. XL. 10. honoribus a popularibus ſuis cumulatur. *ibid. vs.* 4 *ſqq.* ſtatuæ ei poſitæ. *Tom. V. p.* 13 *ſq.*

regnante Ptolemæo Evergeta Phyſcone in Ægypto fuit. XXXIV. 14, 6. Sardibus in Aſia collocutus eſt cum Chiomara, Ortiaginis uxore, Gallorum reguli. XXII. 21, 12. *quod poterat adjici ad caput de Peregrinationibus Polybii, in Teſtim. Vet. de ejus Vita, Tom. V. p.* 11 *ſq.*

Separatim a ſua hiſtoria ſcripſit Vitam Philopœmenis, tribus libris. X. 24, 5 *ſq.* Bellum Numantinum, *T. V. p.* 23 *ſq.* Tactica. *Tom. V. p.* 24 *ſq.* de Habitatione ſub Æquatore. *ibid. p.* 25-28. de Zonis & Polis mundi. *ibid.*

Mortuus eſt domi, anno ætatis 82. *Tom. V. p.* 15.

Polycletus, Cyrenenſis, Hieronymi legatus ad Hannibalem. VII. 2, 2 *ſqq.*

Polycrates, Argivus, Mnaſiadæ filius, hortatur milites Ptolemæi Philopat. V. 63, 5 *ſqq.* equites exercet. 65, 5. eisdem præeſt in prælio ad Raphiam. 82, 3. 84, 8.

Cypro præficitur, & fideliter eam adminiſtrat. XVIII. 38, 5 *ſq.* ejus cognatæ, cum conſolari vellent Oenanthen, Agathoclis matrem; male ab ea accipiuntur. XV. 29, 10.

e Cypro reverſus, Scopam accuſat. XVIII. 37, 1. Anacleteria Ptolemæi Epiph. parat, & magnam Alexandriæ poteſtatem obtinet. 38, 3 *ſqq.* ſed procedente tempore in omne genus libidinis prolabitur. *ibid.* Rebelles optimates Ægyptiacos in poteſtatem regis redigit. XXIII. 16, 3 *ſq.* ejus pravo conſilio juvenis rex nullam partem rei militaris attingit. XXIII. 16, 7.

Polycritus, Neptuni templum Mantineæ ſpoliavit. IX. 34, 10.

Polymedes Ægienſis, bello capitur ab Eleis. V. 17, 4.

Polyphantas, cum copiis mittitur a Philippo ad defendendam Phocidem & Bœotiam. X. 42, 2.

Polyphontes, Lacedæmonius, effugit cædem factam a factione Ætolica, & ad Philippum evadit. IV. 22, 12.

Polyrrhenii, Πολυρρήνιοι, Cretenſes, a Cnoſſiorum ſocietate ad Lyttios deficiunt. IV. 53, 6. quingentos (*s.* trecentos)

Cretenſes Philippo & Achæis auxilio mittunt. IV. 55, 5 *ſqq.* 62, 1. *n.*

Polyxenidas, Rhodius, dux Cretenſium in exercitu Antiochi, Labum montem ſuperantis. X. 29, 6.

Pompa magnifica Antiochi Epiphanis. XXXI. 3.

Pompidas, exſul Thebanus, Chalcide apud legatos Romanos accuſat Neonem & Hippiam eorumque ſocios. XXVII. 2, 1 *ſqq.*

Pons fluvio Bacaræ *s.* Macari impoſitus a Mathone, & urbs ad pontem exſtructa. I. 75, 5. pons Alphei a Philippo inſtauratus. IV. 77, 5. pons Tiberis ab Horatio Coclite reſciſſus. VI. 55.

Pontus Euxinus, *ὁ Πόντος, Πόντος Εὔξεινος.*

a navigantibus in Pontum vectigalia exigunt Byzantii. III. 2, 5. oſtium Ponti in poteſtate eſt Byzantiorum, IV. 38, 2 *ſq.* & gratias illis merito habent Græci omnes; 38, 10. quibus regiones ad Pontum ſitæ multa, cum ad neceſſarios vitæ uſus, tum ad lautitiam, ſuppeditant. IV. 38, 3 *ſq.* Pontica ſalſamenta. XXXI. 24, 1.

Ponti ambitus; ejusdem duo oſtia, Bosporus Thracicus & Cimmerius. IV. 39, 1 *ſqq.* menſura Ponti, a Bosporo Thrac. ad Cimmerium. *Spicileg. ex lib. XXXIV. num.* 5. cur continuo effluat Pontus, duplex cauſſa. IV. 39, 7 *ſqq.* olim opplebitur. 40, 4 *ſqq.* & inſtar lacus & paludis erit, ſicut Mæotis palus. 42. Ponto, ſupra regionem quæ Phaſi fluvio adluitur, ſuperne imminet regnum Artabazanis. V. 55, 2.

Ponti regnum, apud Polybium vocatur Cappadocia ad Pontum. V. 43, 1 *ſq.*

C. Popillius (*vel* Popilius) *Lænas*, ab A. Hoſtilio procoſ. legatus mittitur ad Thebanos, Achæos, Ætolos & Acarnanes, belli Perſici cauſſa. XXVIII. 3-5. legatus a ſenatu in Ægyptum miſſus, Antiochum Epiphanem, Syriæ regem, circulo inſcribit XXIX. 11. copias Antiochi Cypro ejicit. *ibid. vs.* 10. Ptolemæos fratres jubet Polyaratum Rhodium Romam mittere. XXIX. 11, 9. XXX. 9, 2. ejus rogatu Menalcidas e cuſtodia dimittitur a Ptolemæis. XXX. 11, 2.

Popillius Lænas, *Ποπίλλιος Λαινᾶτος*, legatus Romanorum in Liguriam. XXXIII. 7, 1.

Populus arbor. Populorum arborum lacrymæ. II. 16, 13.

Populus Romanus; *vide* Romani, & Romanorum Respublica.

Popularis ſtatus; *vide* Democratia. Populi poteſtas in repub. Romanorum. VI. 14. populus Romæ obnoxius eſt ſenatui. 17.

M. Porcius Cato, *Μάρκος Πόρκιος Κάτων.* XL. 6, 5. conſul, in Hiſpania, uno die muros omnium cis Bætin urbium dirui jubet. *Reliq. lib.* XIX. Indignatur ob peregrinum luxum, Romam introductum.

XXXI. 24. ejus duplex dictum festivum, in Achæos exsules domum dimittendos, & in Polybium majora postulare conantem. XXXV. 6.

ejusdem judicium honorificum de Scipione Æmiliano, in Africa militante. XXXVI. 6, 6.

reprehensio Postumii Albini, græce historiam scribentis, & tamen imperitiam sermonis deprecantis. XL. 6.

Porcorum magna copia in Italia, maxime in ora maritima Etruriæ & Galliæ Cisalpinæ. II. 15, 2 *sq.* XII. 4. buccina ibi convocantur porcorum greges. XII. 4, 11 *sqq.*

Porphyreon, Πορφυρεὼν, Phœniciæ oppidum. Angustiæ ad Porphyreonem. V. 68, 6. *n.* De eisdem angustiis, a Nicolao Ptolemæi duce obsessis, *conf.* V. 69, 1.

Porta Persis, Sardibus. VII. 17, 6. Porta Tegeatis Messenæ. XVI. 17, 3. porta Temenis, Tarenti. VII. 27, 7. 30. 2.

Adde Pylæ.

Portenta ante pugnam Cannensem. III. 112, 8. Portenta & prodigia referre in sua historia dedignatus est Polybius. *Testim. Vet. de Polyb. T. V. p.* 21 *sq.*

Porticus, ἡ στοὰ, *vinearum series longior, opus vineis contextum.* I. 48, 2. *n.* IX. 41, 1. *n.* & 3. XXII. 11, 6 *sqq. Fragm. gramm.* 102.

Porticus Scythica, *ni potius* Tychica, Syracusis. VIII. 5, 2. *n. Posidonius ridet Polybium, scribentem,* trecentas urbes eversas esse in Celtiberia a Ti. Graccho. XXVI. 4.

Aulus Postumius, Cos. cum Cn. Fulvio, anno urbis 525. II. 11, 1. *Sed mendosum est prænomen,* & Lucius *scribendum,* Λεύκιος, *pro vulgato* Αὖλος, *ut docuit Pighius in Annal. Rom. T. II. p.* 108. *Vide infra in* L. Postumius.

A. Postumius *Albinus*, (*idem qui Consul fuerat A. V.* 574.) legatus mittitur ad Dardanios & Thessalos adv. Perseum & Bastarnas. XXVI. 9.

A. Postumius *Albinus*, prætor urbanus. XXXIII. 1, 5. *n.* legatus ad pacem componendam inter Attalum & Prusiam. XXXIII. 11. Consul cum L. Lucullo. XXXV. 3, 7. homo vanus, græcarum literarum ridicule studiosus. XL. 6. & *ibi Not. ad vs.* 1.

L. Postumius *Albinus*, *idemque Magellus cognomine*, Consul cum Q. Mamilio, obsidet capitque Agrigentum. I. 17-19.

Idem Lucius Postumius, *cui in Polybianis libris perperam prænomen* Aulus *datur*, consul *iterum* cum Cn. Fulvio. II. 11, 1. *n.* (*cf. Pigh. Annal. Rom. ad A. V.* CDXCI. & DXXIV.) plures civitates Illyrici in deditionem accipit, & duram pacem Teutæ & Illyriis imponit. II. 11 *seq.*

L. Postumius *Albinus*, prætor, mittitur in Galliam Cisalpinam. III. 106, 6. cum universa

verſo exercitu occidione delectur. 118. 6.

Pothine, Ποθεινὴ, celebris tibicina Alexandrina. XIV. 11, 3 *ſq.*

Pothion, Ποθίων, Rhodiorum prytanis. XXIII. 3, 10.

Prædæ tertia pars apud Lacedæmonios regibus cedebat. II. 62, 1. apud Romanos præda divendita æqualiter dividitur, prudenti inſtituto. X. 15, 4 *ſqq. & cap.* 16 *ſeq.* Prædæ cupiditas ſæpe victoriam jam partam perdidit. X. 17, 4.

Præfecti ſociorum. VI. 26, 5 *ſq.* eorum poteſtas infligendarum pœnarum. 37, 8. Præfectus turmæ equitum. VI. 25, 1 *ſq.*

Præmiorum (*ſcil.* honorum) & pœnarum apud Romanos arbiter eſt populus. VI. 14, 4-8.

Præmia militaria. VI. 39. *Fragm. hiſt.* 47.

Prænesſe, ἡ Πραινεστινῶν πόλις, una ex urbibus Italiæ, in quas impune exſulatum abire licet civi Romano, capitalis criminis reo. VI. 14, 8.

Præparatio *s.* Introductio Polybii ad principalem ſuam hiſtoriam, duobus libris comprehenſa. I. 3. II. 14, 1. 16, 14. 37, 2. 71, 7. ejusdem Præparationis pars prior. I. 5-12. pars poſterior. *lib.* I. *cap.* 13. *usque ad finem libri* II. ſumma rerum, parte poſteriori contentarum. I. 13. (*Vide Introitum Adnotationum noſtrarum in Polyb. T. V. p.* 109-112.) Præparationem ſuam omni ex parte ſibi ſimilem facere vult Polybius. II. 37, 3.

Præſens abeſt, & apertis oculis cæcutit Timæus. XII. 24, 6.

Præſidia validiora mercenariorum, præſertim barbarorum, in urbes numquam ſunt recipienda. II. 7, 12. IX. 37, 9. *Conf.* Mercenarii.

Prætextus diſtinguendus a cauſſa. III. 6, 6 *ſqq.*

Prætor urbanus Romæ, abſentibus conſulibus, legatos exterarum gentium & regum in ſenatum introducebat. Adn. ad XXI. 1, 3. *& ad* XXIV. 1, 8.

Prætores Achæorum quotannis primum duo, mox nonniſi unus. II. 43, 1 *ſq.* Prætoria comitia Achæorum, circa Pleiadum ortum, initio æſtatis; Ætolorum autumno. IV. 37, 2 *ſq.* (*coll.* III. 16, 7. 17, 1.) V. 1, 1. 30, 7.

Ætolorum prætor, quo die nominatur, eodem magiſtratum init. II. 3, 1.

Prætorium in caſtris Romanis. VI. 27, 1. 41, 2. cuſtodia prætorii. VI. 33, 12. 35, 2.

Prætutianus ager, ἡ Πραιτεττιανή. III. 87, 3.

Pragmatica hiſtoria; *vide* Hiſtoria.

Praſiæ, αἱ Πρασίαι, (*ſive* Πρασιαὶ) oppidum ditionis Argivorum, captum a Lycurgo rege Spart. IV. 36, 5. *De quo oppido vide auctores laudatos a Cellario in Geogr. Antiq. lib. II. cap.* 13. *p.* 1198. *& a Dukero ad Thucyd.* II. 56. *Laconicæ illud quidem accen-*

accenſetur, cum ante hoc tempus de quo Polybius nunc agit, a Thucydide loco citato, tum poſt a Ptolemæo & Pauſania. Sed credi Polybio poteſt, fuiſſe illud nunc in poteſtate Argivorum, his vero ademtum a Lycurgo, & Spartanis rurſus vindicatum. Quod vero Thucydidis etiam ætate Lacedæmoniorum fuerat, fuit fortaſſe in illorum numero oppidorum, quæ, Lacedæmoniis ademta & Argivis adtributa eſſe a Philippo Amyntæ filio, Polybius ſcribit IX. 29, 7. XVII. 14, 6-8. *Eadem ratio illius oppidi eſt, cui* Cyphanta *nomen, quod eodem loco apud Polybium commemoratur.*

Pratio, Rhodiorum legatus ad Antiochum Epiph. in Ægyptum, de pace cum Ptolemæis facienda. XXVIII. 19, 1.

Πρέπιον. *Mendoſa ſcriptura* IX. 17, 1. *ὡς ἐπὶ* Πρεπίου, *pro ἐπ' ἄρυτου, vel ἐφ' Ἡρείου.*

Prienenſes, Πριηνεῖς, *cives Prienes, Ioniæ urbis*; pecuniam, ab Oroferne depoſitam, Ariarathi tradere nolunt; male idcirco ab eo multati. XXXIII. 12.

Prinaſſus, ἡ Πρινασσός, Cariæ urbs, a Philippo obſeſſa & capta. XVI. 11. *Cives* Prinaſſenſes, Πρινασσεῖς. *ibid. vs.* 5.

Principes, in legione Romana, 1200 numero. VI. 22, 7 & 9. eodem modo armati quo haſtati. 23, 16. eorum ſedes in caſtris. 29, 6 *ſqq.* miniſterium caſtrenſe. 33, 3 *ſqq.*

Principium, cauſſa & prætextus, quid differant. III. 6 *ſeq.*

principiis obſtari facile poteſt. III. 7, 7.

Principium, dimidium totius; quin & ad ipſum finem pertinet. V. 32, 1 *ſqq.*

Prion, ὁ τόπος ὁ Πρίων καλούμενος, *id eſt Serra*; collis in Africa, ubi conciſus eſt exercitus Spendii & Autariti. I. 85, 7.

Prion, locus Sardibus, ubi urbs arci jungitur. VIII. 15, 6.

Priſtes, πρίστεις, navigiorum genus; cum lembis numerantur. XV. 2, 9. *n.* ſed majora erant lembis. XVII. 1, 1. *n.*

Proagoræ, Megalopolitani, armenta abigit Nabis. XIII. 8, 7.

Proander, Ætolus, amicum ſe Romanorum ſimulat. XXVIII. 4, 3 *ſq.*

Prodigia ante pugnam Cannenſem. III. 118, 8. prodigia animis militum religionem injecerunt. *Fragm. gramm.* 3. Prodigia in hiſt. ſua referre dedignatus eſt Polyb. *Teſtim. Vet. de Polyb. T. V. p.* 21 *ſq.*

Proditio ſimulata urbis Phanotenſium. V. 96, 4 *ſqq.*

Proditor quis cenſendus ſit, quis non? XVII. 13-15. multos immerito in Proditorum numero nominavit Demoſthenes. XVII. 14. Proditores ſæpe ab eisdem ipſis, qui eorum opera ſunt uſi, merita pœna adfi-

ciuntur. 15, 8 *sqq.* sic, qui Cynætham Ætolis prodiderant, primi ipsi ab Ætolis interfecti sunt. IV. 18, 7.

Proditor patriæ Logbasis Selgensis. V. 74. proditor Philippi, Apelles. *vide suo loco.* proditor gentis Achæorum, Callicrates. *vide suo loco.*

Prolaus; vide Proslaus.

Promontoria præcipua Europæ recensentur ab Eratosthene & Polybio. XXXIV. 7, 11 *sq.*

promontoria Siciliæ tria. I. 42.

Promontorium Hermæum, *vide* Mercurii promontorium. Promont. Pulcrum, Argennum, *&c. vide* Pulcrum, Argennum *&c.*

Pronni, *οἱ Πρόννοι*, oppidum Cephalleniæ cum porta. Illud ægre obsideri posse videns Philippus, Pæluntem pergit. V. 3, 3 *sq.*

Propontis, *ἡ Προποντίς*, per Bosporum Thracicum jungitur Ponto. IV. 39, 2 & 4. 43, 1. per Hellespontum intratur in Propontidem. XVI. 29, 7 *sq.* Propontidis fauces, ad Sestum & Abydum. IV. 44, 6. Adv. Thracum regulos ad Propontidem, auxilia Byzantiis promittit Philippus. XXIII. 14, 12.

Propus, *Πρόπους*, eminens collis in Oligyrto monte Arcadiæ. IV. 10, 6.

Proserpinæ & Cereris ædes, Thesmophorium, Alexandriæ. XV. 29, 8.

Proslaus, Sicyonius, arci Psophidis præficitur ab Achæis. IV. 73, 9. *Suspectum nomen Reiskio.* (Prolaus, *Eleus, memoratur apud Pausan. p.* 378.)

Proverbia & sententiolæ proverbiales, *quæ a Polybio citantur vel usurpantur;*

In sola Sicilia, velut in Acetabulo, *καθάπερ ἐν ὀξυβάφῳ*, gloriam quæsivit Timoleon. XII. 23, 7.

in Amentiam & in nihilum abit Audacia nimia. *τολμᾶν περιττὸν, εἰς τὸ μηδὲν καταντᾷ.* IV. 34, 2.

nihil ad Bacchum. XL. 7, 3.

multa in Bello vana. *πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου.* XXIX. 6, 10.

hastam simul & Caduceum mittere. *καὶ τὸ δόρυ καὶ τὸ κηρύκειον ἅμα πέμπειν.* IV. 52, 2.

in Care faciendum periculum. *δεῖ ἐν Καρὶ τὸν πεῖραν γίγνεσθαι.* X. 32. 1.

qui utrumque Cornu tener, bovem in potestate habet. *ἑκατέρων τῶν κεράτων κρατῶν, ὑποχείριον ἔχει τὸν βοῦν.* VII. 11, 3.

cum Cretense cretissare. *πρὸς Κρῆτα κρητίζειν.* VIII. 21, 5.

Cygni cantum edere. *τὸ κύκνειον ἐξηχεῖν vel ἐξᾴδειν.* XXX. 4, 7. XXXI. 20, 1.

quod Dextra manu datur, læva accipere. *τὰ διδόμενα τῇ δεξιᾷ, δέχεσθαι τῇ λαιᾷ χειρί.* XXXVIII. 2, 9.

occurrat Forti qui mage fortis erat. *ἰσθλὸς ἐὼν, ἄλλου κρείττονος ἀντέτυχεν.* XV. 16, 6.

non solum Frenum, sed etiam sessorem accipere. *οὐ μόνον τὸν χαλινὸν ἀναδέξασθαι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀναβάτην.* XXI. 12, 9.

Initium, dimidium totius. Dimidium facti, qui bene cœpit, habet. *Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ πάντων.* V. 32, 1.

est alicujus lustitiæ oculus. *ἔστι τις Δίκης ὀφθαλμός.* XXIV. 8, 3.

Lupi vitam vivere. *λύκου βίον ζῆν.* XVI. 24, 4.

ex

ex homine Lupus. λύκος ἐξ ἀνθρώπου. VII. 13, 7.

Majorum præclare facta tueri. διαφυλάξαι πατέρων εὖ κείμενα ἔργα. XV. 4, 11.

Malum malo senare κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι. V. 11, 1.

relicto virorum conclavi, Mulierum foribus insultare. ἐκνεύσαντα τὴν ἀνδρωνῖτιν, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν κωμάσαι. *Fragm. hist.* 27.

Occasio præceps. καιρὸς ὀξύς. V. 7, 4.

amentia est cum malitia conjuncta, putare, si tu Oculos claudas, ne alterum quidem videre. ἄνοια μετὰ κακίας, τὸ δοκεῖν, ἐάν τις αὐτὸς ἐμαυτῷ, μηδὲ τοὺς πέλας ὁρᾷν. IV. 27, 7.

fluitus est, mactato sobolem qui Patre relinquit. νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, υἱοὺς καταλείπει. XXIV. 8, 10

Piscium vitam æmulari. προσόφλειν τὸν λεγόμενον τῶν ἰχθύων βίον. XV. 20, 3

Scytharum & Gallorum facta patrare. Σκυθῶν ἔργα καὶ Γαλατῶν ἐπιτελεῖν. IX. 34, 11.

Vani vana agitant. κενοὶ κενὰ λογίζονται. XXXIII. 3, 3.

indigenæ Ventorum stationes norunt. ἐπιχώριοι τὰς τῶν ἀνέμων στάσεις γιγνώσκουσι. IX. 25, 3.

Prudentia & industria quantum præstent imprudentiæ & ignaviæ, cognitum in Rhodiis. V. 88, 3. prudentia Imperatoria, quantum præstet militari temeritati. III. 105, 9.

prudentissimi interdum capiuntur ab improbis. VIII. 1.

Prusias, rex Bithyniæ, *cognomine Zielas, pater Prusiæ τοῦ* Κυνηγοῦ. *Vide Adn. ad* XXXVII. 2, 1.

Rhodii Prusiam ad belli societatem adv. Byzant. invitant. IV. 47, 7. Prusias, in Byzantios iratus, accipit invitationem. IV. 49. *cf.* III. 2, 5. IV. 48, 13. Hieron & Mysiam Byzantiis adimit. IV. 50. ex Hiero ligna, marmora, tegulas aufert. 52, 7 *sq.* Byzantii contra Prusiam advocant patruum ejus, Tibœten, in Macedonia exsulantem. 50, 1 *&* 8 *sq.*

Pacis conditiones inter Prusiam & Byzantios conclusæ. IV. 52, 6.

Prusias dona mittit Rhodiis, terræ motu adflictis. V. 90, 1. *Idem* internecione delet Gallos Ægosages, quos Attalus in Asiam invitaverat. V. 111. *coll. cap.* 77 *seq.* *De* Prusia (*nescio* patre, *an* filio) *agitur etiam Fragm. hist.* 48 *sq.*

Prusias, (ὁ Κυνηγὸς *cognominatus, i. e. Venator*) *filius superioris*, rex Bithyniæ. *Vide Not. ad* XXXVII. 2, 1.

Philippi, Macedoniæ regis, gener. XV. 22, 1 *sq. coll.* 23, 10. *&* XVII. 4, 7. Philippi auxilio Cium, Bithyniæ urbem, Ætolorum sociam, expugnavit sibique subjecit. XV. 21-23. XVII. 4, 7.

sollicitationem Antiochi, per literas admonitus a Scipione, respuit, & Romanorum amplectitur partes. XXI. 9.

Bellum gerit cum Eumene, ad quod auxilia ei mittit Philippus. III. 3, 6. XXIII. 18, 8. *n.* XXIV. 1, 4. 3, 1 *sq. n. confecto eo bello, socius fuit Prusias Eumenis adv. Pharnacem: certe* in formula fœderis XXVI, 6, 3. ab

una parte *nominantur* Eumenes, Prusias, & Ariarathes; ab altera parte Pharnaces.

post bellum Persicum, liberti habitu Romanum senatum salutat. XXX. 16. per legatos accusat Eumenem Romæ. XXXI. 6, 2. 9, 3. rursus. XXXII. 3. *& cap.* 5, 5.

Attalum acie vincit, templa circa Pergamum diripit, & regionem vastat. XXXII. 25. *conf.* 26, 2. in reditu exercitus ejus fame & morbis laboravit. 25, 14. intervenientibus Romanis, pacem cum Attalo facere cogitur. XXXIII. 10 *seq.*

humile hominis ingenium, & effeminati mores. XXXVII. 2. abalienati ab eo subditi, defectionem spectabant. *ibid. vs.* 7.

Prytanes Rhodiorum. XIII. 5, 1, XV. 23, 4. XXIX. 4, 4. *Fragm. histor.* 53. per sex menses gerunt magistratum, XXVII. 6, 2. eorum curia, Prytaneum, Πρυτανεῖον. XV. 23, 3. XVI. 15, 8. XXIII. 3, 10.

Prytanis, philosophus Peripateticus, leges scripsit Megalopolitanis V. 93, 8.

Psophis, ἡ Ψωφὶς, urbs antiqua & munitissima Arcadiæ, Eleis contributa; IV. 70, 2 *sqq.* 68, 1. 69, 2. propugnaculum Eleorum adv. Achæos, & arx belli. IV. 71, 2. capitur a Philippo; 71 *sq.* Achæis ab eodem traditur. 72, 6.

Psophidii, *oi* Ψωφίδιοι. IV. 71, 13. 72, 8.

Ptolemæi, reges Ægypti. *De* Ptolemæo *nescio quo, agitur Fragm. histor.* 55.

Ptolemæus *primus*, Lagi filius, moritur Olymp. CXXIV. *lib.* II. *c.* 41, 2. *&* 71, 5 *sq.*

disceptatur, utrum ad eum, an ad Seleucum, pertinuerit Cœlesyria, ob devictum Antigonum. V. 67.

Ptolemæus Philadelphus, secundus Ægypti rex, filiæ suæ Berenicæ, Antiochi Syriæ regis uxori, Nili aquam bibendam mittit. *Fragm. hist.* 54.

pincerna ejus, Cleino puella; cui plures statuas rex posuit Alexandriæ. XIV, 2.

uxor, Arsinoë, Lysimachi filia, Thraciæ regis; filius ex Arsinoë, Lysimachus. XV. 25, 2. *n.*

Ptolemæus Evergetes, propter casum Berenices, *sororis suæ*, iratus Seleuco *Callinico*, Syriam bello petit, & Seleucia urbe potitur. V. 58, 10 *sq. n.*

frater ejus, Lysimachus, Arsinoës filius. *Adnot. ad* XV. 25, 2. Uxor, Berenice, Magæ filia; filii duo, Ptolemæus Philopator, & Maga. XV. 25, 2. *n. ubi in Valesii Nota (nobis Tom. VII. p.* 218. *lin.* 23.) *pro* Ptolemæo Epiphane, *scribendum fuerat* Ptolemæo Evergeta.

amicus Achæorum, multa in eos beneficia contulerat. II. 47, 2. *adde* XXIX. 9, 14. dein deserens Achæos, Cleomenem opibus juvat, Antigono *Dosoni* cum oppositurus. II. 51, 2. de ejus societate cum Cleomene, falsa & absurda perhibet Phylarchus. II. 63. extremo regni ejus tempore Alex-

Alexandriam venit Cleomenes. V. 35, 1.

mortuo Evergetæ succeſſit filius Philopator. II. 71, 3. V. 34, 1.

Ptolemæus Philopator, circa Olymp. CXL. ſuccedit patri Evergetæ. II. 71, 3. IV. 2, 8. V. 34, 1. *coll.* 35, 1. Fratrem Magam & Berenicen matrem occidit; negligens & ſocors princeps, aditu difficilis, amoribus & compotationibus indulgens. V. 34, 1. 36, 1. XV. 25, 2. *n.* (*conf. infra.*) eo regnante, perit Alexandriæ Cleomenes. V. 35-39. principem regni miniſtrum habuit Soſibium. V. 35, 7.

ab eo per legatos petunt Achæi & Philippus, ne Ætolos ulla re juvet contra ſocios. IV. 30, 8. Rhodiis deprecantibus, libertatem concedit Andromacho, patri Achæi. IV. 51.

ei Antiochus M. bellum infert de Cœleſyriæ poſſeſſione. I. 3, 1. III. 2, 4. IV. 2, 11. V. 1, 5. V. 3, 1. 38-87. (*Conf.* Cœleſyria, *&* Antiochus M.) denunciatur Antiocho, Ptolemæum conſilia communicare cum Achæo rebelle. V. 42, 8. 57, 2. VIII. 17, 9 *ſq.* a Ptolemæo ad Antiochum deſciſcit Theodotus, Syriæ præfectus. V. 40. *&* 61 *ſeq.* Antiochum Ptolemæus primo legationibus differt; V. 63 *ſeqq.* dein prælio vincit ad Raphiam. 86. Cœleſyriæ civitates, quas ceperat Antiochus, omnes ſe ei tradunt, & miris modis ei blandiuntur. *ibid.* Pacem petenti Antiocho dat Ptolemæus, & fœdus cum ei facit. 87.

Ptolemæum occiſurus Theodotus, medicum occidit. V. 81. ſoror *&* *uxor* Ptolemæi, Arſinoë, expeditioni in Cœleſyriam ſuſceptæ intereſt. V. 83, 8. *de* eadem *vide* XV. 25, 2. *n.*

dona Ptolemæus mittit Rhodiis, terræ motu adflictis. V. 89. per legatos invitat Philippum ad pacem faciendam cum Ætolis. V. 100, 9. Athenienſes turpiter ei blandiuntur. V. 106, 7 *ſq.* a Ptolemæo Romani per legationem frumentum petunt. IX. 44.

ad perditum vitæ genus vertitur. XIV. 12. unde bellum inteſtinum ei conflatur ab Ægyptiis. III. 2, 4. V. 107. XIV. 12, 4. *n.*

ſodalis ejus, Agathocles. XIV. 11, 1. amica, Agathoclea, ſub cujus fuit imperio rex. XIV. 11, 5.

Ptolemæus *Epiphanes*, Philopatoris filius, parvulus ſuccedit patri; & ſtatim de ejus regno dividendo pactum inter ſe ineunt Philippus & Antiochus *Magnus*. III. 2, 8. XV. 20.

aula ejus turbatur ſeditionibus procerum, tutorum pupilli, Soſibii, Agathoclis, & Tlepolemi. XV. 25 *ſeqq.* XVI. 21 *ſeq.*

Ptolemæi dux Scopas ſubigit Iudæam, ab Antiocho præreptam. XVI. 39, 1. *n.* ſed is mox prælio victus ad Panium ab

ab Antiocho, tota rursus Iudæa & Cœlesyria pellitur. XVI. 39, 3 *sqq. & cap.* 40. *Adde Adnot. ad* 39, 3. *&* 40, 1.

Philippus a Romanis jubetur reddere Ptolemæo urbes, quas post Philopatoris mortem Ægyptiis ademerat. XVII. 1, 14. Antiochum legati Romani jubent Ptolemæo cedere urbibus ditionis ejus, quas in Asia occupasset. XVIII. 33, 5. respondet Antiochus, se cum Ptolemæo non solum amicitiam, sed & affinitatem contracturum. 34, 10.

regis inauguratio, *ἀναληπτήρια*. XVIII. 38. per legatum renovat Ptolemæus societatem cum Achæis; & Lycortas ad eumdem mittitur legatus. XXIII. 1, 5 *sqq.* 7, 1 *sq. & cap.* 9 *toto.* laudatur juvenis rex, ut eximius venator. XXIII. 1, 9.

Ptolemæus optimates regni rebelles Lycopoli obsessos, & in deditionem acceptos, e curru revinctos trahit, cruciatosque necat. XXIII. 16.

nullam partem rei militaris attingit, ex pravo Polycratis consilio. XXIII. 16, 7.

Achæis, per legatum, decem naves offert; inde legati Achæorum in Ægyptum nominantur, Lycortas, Polybius, & Aratus; sed morte regis præpeditur ea legatio. XXV. 7.

ejus uxor, Cleopatra, Antiochi M. filia. XXVIII. 17, 9.

(*Nota. In Valesii Adnot. ad XV.* 25, 2. *Tom. VII. hujus edit. p.* 218. *lin.* 23. *per errorem scriptum est* Ptolemæo Epiphane, *cum oportuisset* Ptolemæo Evergete.)

Ptolemæus *Philometor*, *filius Ptolemæi Epiphanis*, frater natu major Ptolemæi Physconis.

ejus nomine Ptolemæus Megalopolitanus Cyprum gubernat. XXVII. 12.

cum Antiocho Epiphane, Syriæ rege, de Cœlesyria contendit Philometor, & ea causa legationem Romam mittit. XXVII. 17. XXVIII. 1.

post anacleteria regis, legatos ad eum mittunt Achæi ad renovandam amicitiam. XXVIII. 10, 8. *ni ibi* junior Ptolemæus, *Physcon, intelligendus; quod ex cap.* 16, 1 *sqq. coll.* 19, 4. *adparere videtur.*

Ægypto pæne tota, excepta Alexandria, ab Antiocho occupata, *Ptolemæus Philometor in Antiochi venerat potestatem*, & junior fratrum interim rex habebatur Alexandriæ; sed major frater, *Philometor*, ab Antiocho in regnum est restitutus intercedentibus Græcorum legationibus. XXVIII. 16 *seqq.* 19, 4. *Inde Philometor* regnat simul cum minore fratre; (*qui Evergetes II & dein Physcon est cognominatus;*) & ambo auxilia petunt ab Achæis adv. Antiochum. XXIX. 8 *seq.*

postquam Ægyptum denuo invasit Antiochus Epiphanes, excedere hunc jubet Popillius, legatus Romanorum; atque ita

ita ſervata eſt Ægyptus fratribus Ptolemæis. XXIX. 11. Ptolemæi fratres, per legatos, gratias agunt Romanis pro beneficio. XXX. 11.

Diſſidentibus inter ſe fratribus, cum Philometor a minore fratre Physcone fuiſſet regno pulſus; rerum mox rurſus potitus Philometor, quamvis in poteſtate habuerit fratrem, eumque exoſum Alexandrinis videret, tamen ei pepercit; XXXI. 18, 4 *ſq. coll.* XL. 12, 5. & regnum cum eo ita partitus eſt, ut Cyrenæ regnum ei relinqueret. XXXI. 18, 4 *ſq.* qua diviſione non contentus Ptolemæus minor, Romam profectus, a ſenatu petiit, ut Cypri regnum ſibi adjiceretur. XXXI. 18. mox idem, Romanis legatis comitatus, Roma proficiſcitur, Cypri regnum ex decreto ſenatus repetiturus: ſed nec Cyprum obtinet, & ex ipſa etiam Cyrenaica, acie victus a Cyrenæis, ejicitur. XXXI. 18, 9 *ſq. & cap.* 25-27.

Physcone denuo apud ſenatum Rom. per legatos de fratre conquerente, legati Philometoris Italia excedere jubentur, tolliturque fœdus Romanorum cum Philometore. XXXII. 1. rurſus ipſe Physcon Romam venit, de fratre conquerens; & a ſenatu cum legatis & quinque quinqueremibus dimittitur, in Cypri regnum reſtituendus, cum commendatione ad ſocios in Græcia & Aſia. XXXIII. 5. Physconem, Cypri regnum occupare molientem, captivum capiens frater Philometor, rurſus non ſolum nullo malo adfecit, ſed etiam beneficiis cumulavit, & filiam ei in matrimonium promiſit. XL. 12, 6.

Philometor in Syria, cujus rex etiam eſt ſalutatus, moritur ex vulnere, in prælio (*adv. Alexandrum Balam*) accepto. XL. 12, 1. clemens princeps & benignus, ſed mollis & luxuriæ deditus. 12, 2 *ſqq.*

Ptolemæus, Evergetes *II.* & Physcon cognominatus. XXXIV. 14, 6. *Vide paulo ante in* Ptolemæo Philometore, *cujus* frater minor *hic erat. Cetera hic utique videtur intelligendus* XXVIII. 16, 1 *& 6. & cap.* 17, 9 *&* 13. *Nam manifeſte diſtingui videtur a* majore fratre, *qui cap.* 19, 4. *memoratur. Quare etiam* Anacleteria XXVIII. 10, 8 *ſq. videntur ad eumdem* juniorem fratrem *pertinere. conf. c.* 19, 13. *Adde* XXIX. 1, 1. *n. & vs.* 4.

ſimul regnat cum fratre, & cum eo auxilia ab Achæis petit. XXIX. 8. cum ſeditionibus vexaretur, ſæpe plebem militibus objecit, & interfecit. XXXIV. 14, 6 *ſq.* tyrannicum magis quam regium habuit animum. XXXI. 26, 14.

eo regnante (*ſolo, poſt fratris mortem,*) Alexandriæ fuit Polybius. XXXIV. 14, 6. *Conf. Teſtim. de vita Polybii, Tom. V. hujus edit. p.* 14 *ſq.*

Ptolemæus, Ceraunus, rex Macedoniæ, moritur circa Olymp. CXXIV.

CXXIV. *lib.* II. *c.* 41, 2. victus a Gallis. IX. 35, 4.

Ptolemæus, Aëropi fil. præest equitibus Antiochi in pugna ad Panium. XVI. 18, 8.

Ptolemæus, Agesandri (*vel* Agesarchi) filius, Megalopolitanus, præfectus Cypri sub Ptolemæo Epiphane & Philometore, diligenter & fideliter res administrat, ad extremum vero ad flagitiosam & libidinosam vitam deflexit. XXVII. 12. XVIII. 38, 6 *&* 8. *n.*

Ptolemæus, Alexandriæ præfectus sub Ptolemæo Philopat. quo tempore periit Cleomenes. V. 39, 3.

Ptolemæus, Eumenis filius, minister Ptolemæi Epiphanis. XVIII. 36, 8 *sqq.*

Ptolemæus, unus ex Philippi ministris, sodalis Leontii & Megaleæ, seditionem excitat adversus Philippum. V. 25, 1. 26, 8. *e quibus locis intelligi etiam videtur, fuisse eumdem* agemati præfectum. Supplicio adficitur. V. 29, 6.

Ptolemæus, Ptolemæi Physconis legatus, cum fratre Comano Romam missus. XXXI. 27, 2. *Fortasse idem cum sequente.*

Ptolemæus rhetor, legatus Ptolemæi Physconis ad Antiochum Epiphanem. XXVIII. 16. *Non diversus videtur a superiore.*

Ptolemæus, Sosibii filius, ex aula Macedonica Alexandriam reversus, spernit Alexandrinos, & obtrectat Tlepolemo, regni administratori sub Ptolemæo Epiphane. XVI. 22.

Ptolemæus Sympetesis (*vel* Sympetesius,) genere Ægyptius, Cyrenarum regno a Ptolemæo Physcone, per ipsius abientiam, præfectus; dein defectionis Cyrenæorum particeps. XXXI. 26, 6 *sq.*

Ptolemæus, Thraseæ filius, dux phalangis in exercitu Ptolemæi Philopatoris. V. 65, 3 *sq.*

Ptolemais, ἡ Πτολεμαὶς, urbs Cœlesyriæ (*s. Phœniciæ, aut Palæstinæ*) *ad mare, olim Acco.* Ptolemaidem & Tyrum Theodotus Ætolus, Ptolemæi præfectus Cœlesyriæ, Antiocho M. tradit. IV. 37, 5. V. 62, 2 *sq.* in ea Theodotus obsessus fuerat a Nicolao. V. 61, 5 *sqq.* ibidem hiemat Antiochus. V. 71, 12.

Publius. *Sic nude plerumque* Scipiones *vocat Polybius, quibus id prænomen fuit. Ceterum vide Fragm. hist.* 50 *seqq.*

Pueri annorum 12. cum patribus in senatum Romæ admissi perhibentur, cum de bello Pun. II. deliberaretur. III. 20, 3.

pueri Alexandriæ & Carthagine, in turbis publicis, non minus tumultuantur quam viri. XV. 30, 10.

puerum delicatum Romani nonnulli, Scipionis Æmiliani ætate, talento emerunt. XXXII. 11, 5. *adde* XXXI. 24, 2.

puerilia ludicra solennia, apud Arcadas. IV. 20, 9.

Pugilibus solertibus similes Pœni & Romani ad Erycem in Sicilia. I. 57, 1 *sqq.*

Pugnæ *variæ, paulo uberius a Polybio descriptæ.*

pugna Hannonis cum Romanis ad Agrigentum. I. 19, 7 *seqq.* C. Duilii pugna navalis ad Mylas in Sicilia. I. 22 *seq.* C. Atilii anceps pugna navalis ad Tyndaridem. 25. M. Reguli triplex prælium navale ad Ecnomum. 26 *seqq.* M. Reguli pugna cum Pœnis in Africa, duce Xanthippo. 34. Metelli & Asdrubalis ad Panormum. 40. Romanor. & Pœnor. ad Lilybæi mœnia. 45. C. Claudii infelix pugna Navalis ad Drepana cum Adherbale. 49-51. pugna Navalis C. Lutatii ad Ægusam cum Hannone. 60 *seq.*

pugna Navalis Achæorum cum Illyriis ad Paxos. II. 10. Romanorum pugna cum Gallis Insubribus, Boiis & Gæsatis ad Fæsulam. II. 25. Romanorum cum eisdem Gallis ad Telamonem, ubi acies bifrons Gallorum. 28. Antigoni *Dosonis* & Achæorum cum Cleomene, ad Selasiam. 65 *seqq.*

prælium equestre Scipionis & Hannibalis ad Ticinum fluv. III. 65. pugna Sempronii & Hannib. ad Trebiam. 72 *seqq.* ad Trasimentum lacum in Etruria. 84. pugna navalis Cn. Scipionis & Asdrubalis ad Iberi fluvii ostia. 96. pugna Cannensis. 113 *seqq.*

Philippi cum Lycurgo ad Spartam. V. 22 *seq.* Antiochi M. cum Molone. V. 53 *seq.* Antiochi & Nicolai in ora Phœniciæ ad Libani montis radices; simul pugna navalis in proximo mari. 69. pugna ad Raphiam, Antiochi M. cum Ptolemæo Philopatore. 84.

Scipionis cum Asdrubale, Hamilc. filio, ad Bæcula in Hispania. X. 39. Antiochi cum Bactrianis, ad Arium fluv. X. 49.

Asdrubalis, fratris Hannibalis, cum Livio & Nerone Coss. in Italia. XI. 1. Philopœmenis cum Machanida, ad Mantineam. XI. 11 *seqq.* Scipionis Afric. maj. ad Ilipam in Hispania, primum cum Magone & Masinissa; 21. dein, cum Asdrubale, Gisconis filio. 22 *seqq.*

Alexandri & Darii in Cilicia. XII. 17 *seqq.*

Scipionis cum Syphace & Asdrubale, Gisconis filio, in Magnis Campis in Africa. XIV. 8.

Scipionis cum Hannibale, ad Zamam. XV. 9 *seqq.*

pugna Navalis ad Chium, Philippi cum Attalo & Rhodiis. XVI. 3 *seqq.* ad Laden, Philippi cum Rhodiis. XVI. 14 *seqq.* Antiochi M. & Scopæ, ad Panium montem Cœlesyriæ. 18 *seq.*

Ti. Flaminini cum Philippo, ad Cynoscephalas. XVIII. 5 *seqq.*

Pulcer campus, τὸ Καλὸν πεδίον, inter Euphratem & Tigrim, *in Armenia;* in quo est urbs Armosata. VIII. 25, 1. *n.*

Pulcrum Promontorium, τὸ Καλὸν ἀκρωτήριον prope Carthaginem. III. 22, 5. *n.* 23, 1 & 4. 24, 1.

Punica

Punica verſutia utitur Hannibal. III. 78, 1.

Punica bella. *vide* Carthago & Carthaginienſes. *Punicum bellum primum; conf.* Sicilia & Siculum bellum. *Punicum bellum ſecundum; conf.* Hannibal, & Hannibalicum bellum. *Tertium Punicum bellum; vide* P. Cornelius Scipio Æmilianus.

Puniceus pannus, pugnæ ſignum. II. 66, 11.

L. Pupius, Λεύκιος Πόπιος, legatus Romanorum ad Ligures. XXXIII. 7, 1.

Puteoli, Δικαιάρχεια, urbs Campaniæ, ad mare. *Cives* Puteolani, Δικαιαρχῖται. III. 91, 4.

Puteos in Parthia corrumpit Arſaces, ad Antiochi adventum. X. 28, 5 *ſq.*

Pylæ, αἱ Πύλαι, *eædem quæ* Thermopylæ, in Theſſalia. X. 41, 5. Intra Pylas exercitum ducere Antigonum vetant Ætoli. II. 53, 8. rurſus Philippum. X. 41, 5.

Pylæ Amanicæ, αἱ Ἀμανίδαι Πύλαι. XII. 17, 2. *n.*

Pylæ Ciliciæ, αἱ Κυλίκιαι Πύλαι. XII. 9, 3. *n.* 17, 2.

Pylon, ὁ Πυλῶν, locus in Via Ignatia, ubi Illyria diſtinguitur a Macedonia. XXXIV. 12, 7.

Pylus, ἡ Πύλος, opp. maritimum Meſſeniæ, fruſtra oppugnatum a Scerdilæda & Demetrio Phario. IV. 16, 7. 25, 4. IX. 38, 8. Meſſeniorum legati coram ſenatu Romano cum Achæis contendunt de Pylo. XVIII. 25, 7.

Pyrenæus mons, ἡ Πυρήνη. XXXIV. 7 & 10, 1. III. 35, 2. τὰ Πυρηναῖα ὄρη. III. 35, 7. 37, 9. 39, 4.

eum tranſit Hannibal. III. 35, 7. 40, 1. 41, 6.

Pyrenæi montis terminus ad mare mediterraneum eſt ῥαχία, *id eſt*, ſcopuli in mare procurrentes. III. 39, 4. *n.*

Pyrgus, ὁ Πύργος, oppidum Triphyliæ. IV. 77, 9. in deditionem accipitur a Philippo. 80, 13.

Πύργος ὁ ἐν τοῖς Περιππίοις, caſtellum Eleorum, prope Laſionem, captum a Philippo. V. 102, 6. *n.*

Πύρος *mendoſe codices* XII. 17, 3. *pro* Πίναρος.

Pyrrheum, τὸ Πύρρειον, Pyrrhi regia domus Ambraciæ. XXII. 10, 2. *conf.* 15, 9.

Pyrrhi Caſtra, ὁ Πύρρου καλούμενος χάραξ, locus Laconiæ, a Pyrrho nomen habens, Achillis filio. V. 19, 4. *n.*

Pyrrhias Ætolus, dux miſſus Eleis ab Ætolis, Achaiam populatur. V. 30, 2. incurſionem in Meſſeniam facit, cum Lycurgo copias conjuncturus; ſed mox repulſus, in Elidem redit. V. 91, 3. 92. in ejus locum, alium ducem ab Ætolis petunt Elei. 94, 5.

Pyrrhichus; *vide* Pyrrichus.

Pyrrhus, Epiri rex, a Tarentinis in Italiam invitatus; I. 6, 5. a Romanis Italia pellitur. I. 6, 7. biennio ante cladem Gallorum Delphicam, in Italiam trajecit. II. 20, 6. circa Olymp. CXXIV. II. 41, 11.

circa

circa Pyrrhi transitum in Italiam, postremum Fœdus ante bellum Siculum ictum est inter Pœnos Romanosque; & de ipso Pyrrho agebatur illo fœdere. III. 25.

ex Bello cum Pyrrho, perfecti athletæ certaminum bellicorum evaserunt Romani. II. 20, 9 *sq.*

Pyrrhus, sicut & Alexander ejusque successores, bella non insidiis gessit, sed aperto marte. XVII. 3, 6. in bello cum Romanis usus est armis militibusque Italicis; & alternatim manipulos in acie locavit more Romanorum instructos, & manipulos in phalangis modum. XVIII. 11, 10. in Argos urbem irrumpens, imprudens nullum sibi receptum reliquum fecerat. *Fragm. gramm.* 14.

Pyrrhi filia, Nereis; ejusdem ex ea nepos, Hieronymus, rex Syracusarum, Hieronis filius. VII. 4, 5. Pyrrhi regia fuerat Ambracia urbs. XXII. 15, 9. *conf.* Pyrrheum. Pyrrhi hepteris; qua dein vectus est Hannibal superior, in pugna navali cum Duilio. I. 23, 4.

Pyrrichus, amicus olim Philippi, ab eodem occisus, & liberi ejusdem in vincula conjecti. XXIV. 8, 8 *sq.*

Pyrsiæ, *αἱ πυρσεῖαι*, earumque varia genera. X. 43-46.

Pythagoreorum collegia, in Magna Græcia incensa. II. 39, 1 *sq.*

Pytheas, itinerator & Geographus, quem ut fabulatorem reprehendit Polybius. XXXIV. 5. *& cap.* 10, 7.

Pytheas, Thebanus, *altera fax belli Achaici.* XL. 1. *n.* cum uxore & liberis, relicta patria, in Peloponnesum profugit. XL. 3, 10.

Pythia; cur ad ejus oracula Lycurgus omnia sua instituta retulerit. X. 2, 8 *sqq.*

Pythiadas, Erythræi maris præfectus. V. 46, 7 *&* 11.

Pythias, Pellenensis, Psophidi præficitur ab Achæis. IV. 72, 9.

Pythion, cum Damocle missus ad speculanda Romanorum consilia. XIII. 5, 7.

Pythionici sepulcrum Tarenti. VIII. 30, 9.

Pytho, Prusiæ legatus Romam. XXXI. 6, 1 *sqq.*

Pythodorus, Lampsacenorum legatus Lysimachiam ad Romanos. XVIII. 35, 2.

Q.

Quadi. *Sic enim Casaub. Vide* Cadi.

Quadriremis Punica, singulari arte fabrefacta, subsidens in aggere ad Lilybæum, capitur a Romanis. I. 47, 5 *sqq.* quadriremes Rhodiæ. XVI. 7, 2. 31, 3.

Quæstor urbanus Romæ, excepto sumtu quem facit consul, nullum sumtum facere absque SCto potest. VI. 13, 2. Quæstoris locus in castris; 31, 1. in castris duplicibus, ubi ambo consules castra juncta habent. 32,

4. custodia nocturna quæstorii. 35, 4.

Quinctius; *vide* T. Quintius.

Quinqueremis, πεντήρης, πεντήρικὸν σκάφος. Quinqueremes 100, triremes 10, in prima classe Romanorum. I. 20, 9. quinqueremium 200 classis Romana, privatorum sumtu parata; naves fabricatæ ad exemplar quinqueremis captæ Hannibalis Rhodii I. 59.

Quinqueremibus potissimum, non triremibus, mari gestum est primum Bellum Punicum. Romani eo bello 700 quinqueremes amiserunt, Pœni 500. I. 63 *seq.* Etiam Græci sub ea tempora quinqueremibus maxime navibus, atque etiam majoribus, utebantur, & triremes inter apertas & minores naves numerabant. XVI. 2, 9 *sq. n. conf.* 3, 3 *sqq.* 5, 1 *&* 4. 7, 1.

T. Quintius Crispinus, Consul cum M. Marcello, a Pœnis intercipitur. X. 32, 1 *sqq.*

T. Quintius (*vel* Quinctius) *Flamininus*, Τίτος Κοίντιος, *& plerumque nude* Τίτος, (Consul cum Cn. Domitio. XXII. 15, 13. *n.*) colloquium cum Philippo habet in ora sinus Maliaci. XVII. 1-9. imperium ei in Macedonia prorogatur. XVII. 12, 2. non major 30 annis, singulari prudentia administrat omnia. 12, 3 *sqq.*

ad Cynoscephalas vincit fugatque Philippum. XVIII. 1-10. inducias ei concedit & colloquium ad Tempe. 17-22. Quintii abstinentiam, fu-

spectam Ætolis, defendit Polybius. *c.* 17 *extr. & seq.* Corinthi in Isthmicis ludis per præconem recitat SCtum de Pace Philippo data, & de libertate Græcis restituta. XVIII. 29.

Brachyllæ Bœoti cædem se non impediturum promittit. XVIII. 26, 10 *sqq.* Romæ operam dat, ut Bœoti jubeantur recipere Zeuxippum exsulem, cædis illius auctorem. XXIII. 2, 4. arcano colloquio Demetrium, Philippi filium, Romam legatum, demulcet, & spem regni ei facit. XXIV. 3, 7 *sqq. n.* Romæ cum Q. Cæcilio & Appio Claudio judicat controversiam de exsulibus Spartanorum. XXIV. 4, 8 *sqq.*

legatus ad Prusiam & Seleucum. XXIV. 5, 1. amicus Dinocratis Messenii, infensus Philopœmeni. 5, 2 *sq.* frustra petit ab Achæis, ut sibi concilium gentis cogatur. 5, 15 *sqq.*

Quintus, *nescio quis*, cum Canulcio legatus in Ægyptum fuerat tempore Ptolemæorum fratrum, Philometoris & Physconis. XXXI. 18, 4.

Quintus, *nescio an idem cum superiore*, legatus mittitur ad bellum Rhodiorum cum Cretensibus componendum. XXXIII. 14, 4.

Quintus, *qui memoratur* XXXV. 4, 2. *est* Q. Fulvius Nobilior.

Quirinus; *vide* Ἐνυάλιος.

Rabba-

R.

Rabbatamana, (*s.* Rabboth-Ammon,) τὰ Ῥαββατάμανα, urbs Arabiæ, vi expugnata ab Antiocho. V. 71.

Ragæ, Ῥαγαί; *an ſic legendum pro* Ταγαί? X. 29, 3.

Raphia, ἡ Ῥαφία, primum oppidum Cœleſyriæ, quod occurrit Rhinocolura ex Ægypto venientibus. V. 80, 3. Pugna ad Raphiam, inter Antiochum M. & Ptolemæum Philopat. V. 82 *ſeqq.* Raphiam ex pugna ſe confert Antiochus; V. 85, 13. accedente vero Ptolemæo, Gazam ſe recipit. 86, 2 *ſq.* Raphia potitur Ptolemæus. 86, 8.

Rates, σχεδίαι, trajiciendo Rhodano. III. 42, 8.

Raucus *vel* Rhaucus; Ῥαῦκος, Cretæ urbs. XXXI. 1, 1. Raucii, Rhaucii, Ῥαύκιοι. Rauciis Lycaſtium, Cnoſſiis ademtum, adtribuunt Gortynii. XXIII. 15, 1. Gortynii & Cnoſſii bellum gerunt cum Rauciis, & in eorum perniciem conjurant. XXXI. 1, 1.

Receptum nobis reliquum faciamus, nec peribimus. Ἀναδρομὴ γίγνοιτο, καὶ σφαλούμεθα. *Fragm. gramm.* 14.

Reges; *conf.* Monarchia, & Regnum.

Reges, amicos & inimicos non niſi utilitate æſtimant. II. 47, 5. *cf. Fragm. gramm.* 81. in Regum adoleſcentia plurimum valet delectus amicorum & comitum. VII. 14, 6.

Regis & Tyranni diſcrimen. V. 11, 6. ex Monarcha, invidioſo nomine, ſenſim fit Rex. VI. 6, 10 *ſq.* ex Regibus fiunt Tyranni. VI. 7.

apud Lacedæmonios, reges perpetuum imperium habent. VI. 45, 5. Carthaginienſium reges; VI. 51, 2. *quos* Suffetes *vocant Romani ſcriptores.* III. 33, 3. *n.* 41, 6.

Reges omnium gentium prohibentur Italia. XXX. 17, 6.

Regnum, una e tribus reip. formis. VI. 3, 5. differt inter regnum & tyrannidem. VI. 3, 9 *ſq.* 4, 2. V. 11, 6. oritur ex Monarchia. V. 5 *extr.* & *cap.* 6 *ſeq.*

Regula hiſtoriæ, veritas. XII. 7.

Regulus; *vide* Atilius.

Religionis anxia cura Romanorum, inventa ad coërcendam multitudinem. VI. 56, 6 *ſqq.*

Remiges claſſis Romanæ exercentur in terra. I. 21, 1 *ſq.* Remiges 300 in quaque navi, cum 120 militibus. I. 26, 7. phalangitas Macedonicos ad remigium exercuit Philippus. V. 2, 4 & 11.

Reprehendere alios facilius eſt, quam ſe ipſum ab erroribus præſtare immunem. XII. 25, 10.

Res maximæ a parvis ſæpe initiis oriuntur. III. 7, 7. multis res ſecundiſſimæ, quibus illi uti neſciverunt, perniciоſiſſimæ evaſerunt; contra, aliis res adverſæ, generoſo animo latæ, maximas utilitates adtulere. III. 4, 5.

res Græciæ Italicis & Libycis immiſceri cœptæ. V. 105, 4.

Respublica Romana. lib. VI. *vide* Romana Respublica.

Rerum publicarum variæ formæ. VI. 3-10. tres formæ præcipuæ: regnum, aristocratia, democratia. VI. 3. Ista vero distributio haud satis adcurata. 3, 6 *sqq.* Optima resp. illa est, quæ ex tribus illis formis mixta. 3, 7. cujus generis est Romanorum respublica. VI. 11, 6 *sqq.*

Rerumpublicarum ex alio in aliud genus conversiones adcurate explicavit Plato. VI. 5, 1. *n.*

Rerumpublicarum veteribus celebratarum collatio cum Romana republ. VI. 43-56. *Vide suis locis*, Lacedæmonii, Cretenses, Mantinenses, *&c.*

Duæ res rempublicam continent; Leges, & Mores. VI. 47, 1.

respublicæ habent suum tempus crescendi, vigendi florendique, & decrescendi. VI. 51.

Oriuntur jurgia in republ. ubi sumtus deficiunt. V. 93, 2 *sqq.*

Rex; *vide* Reges, *&* Regnum.

Rhæti, Ῥαιτοί; per eos patet transitus Alpium. XXXIV. 10, 18.

Rhaucus; *vide* Raucus.

Rhegium, Ῥήγιον, (*&* ἡ Ῥηγίνων πόλις, X. 1, 1.) ad fretum Siculum, ex adverso Messanæ. I. 7, 1. obsidetur a Dionysio seniore. I. 6, 2. vi subigitur a præsidio Romano. I. 6 *extr.* *&* *seq.* adjutoribus Mamertinis. I. 7, 8. III. 26, 6. Mox Romani, pœna capta de perfidis, urbem Rheginis restituunt. I. 7.

Rhegio quinqueremes Romanas Apolloniam petere nunciatur Philippo. V. 110, 3 *&* 9. Roma discedens Hannibal, Regium petiit; IX. 7, 10. & Rheginos propemodum sedibus suis ejicit. 9, 4.

a Rhegio usque Tarentum, ora Italiæ importuosa. X. 1, 1.

Rhigosages; *vide* Rigosages.

Rhinocolura *vel* Rhincorura, τὰ Ῥινοκόλουρα, Ῥινοκόρουρα, extrema urbs Ægypti versus Cœlesyriam. V. 80, 3.

Rhium, τὸ Ῥίον, promontorium Achaiæ ad fauces sinus Corinthiaci, cum portu vel commoda statione navium, unde in adversam Ætoliam trajicitur. IV. 10, 4 *sqq.* 19, 6.

Philippum invitant Ætoli, ut ad Rhium conveniat ad colloquium de Pace; sed ipsi ad dictam diem non adsunt. IV. 26, 5. V. 28, 3. 29, 3.

Rhium Ætolicum, τὸ Ῥίον Αἰτωλικόν, *promontorium Ætoliæ ad easdem fauces sinus Corinthiaci, oppositum Rhio Achaiæ, alias* Antirrhium *dictum.* V. 94, 8. *Idem* Rhium Ætolicum *intelligendum* 6, 8.

Rhium, ipsum fretum, inter utrumque promontorium interjectum. IV. 64, 2. *Confer Melam* II. 3.

Rhodanus fluvius, ὁ Ῥοδανός. Ejus fontes & cursus. III. 47, 2 *sq.* eum respicit alterum Latus Alpium. II. 15. quinque

que Rhodani ostia statuit Timæus, duo Polybius; XXXIV. 10, 5.: quorum id, quod prius est ab Italia venientibus, Massiliense vocatur. III. 41, 5. Rhodani accolæ negotiationem maritimam exercent, lembis utentes. 111.

inter Rhodanum & Alpes, prope ipsum Rhodanum, sedes habebant Galli Gæsatæ. II. 22, 1. 34, 2. ad Rhodanum pervenit Hannibal. III. 47, 1. longitudo viæ ab Hannib. confectæ ab Emporiis Hisp. ad Rhodanum, &c. III. 39, 7 *sq.* Rhodanum trajicit Hannibal. 42 *seq.* & 46. ad Rhodanum, Numidæ Hannibalis equites fugantur ab equitibus Scipionis. 45. juxta Rhodanum progreditur Hannibal. 47, 1.

Rhodii; *vide* Rhodus.

Rhodon, Phocæensium legatus ad Seleucum, Antiochi M. filium. XXXI. 4, 4.

Rhodope, ἡ Ῥοδόπη, mons Thraciæ. XXXIV. 10, 15.

Rhodophon, Rhodius, cum Romanis faciendum censet bello Persico. XXVII. 6, 3. XXVIII. 2, 3. legatus Romam mittitur de societate. XXX. 5, 4.

Rhodus, ἡ Ῥόδος. Rhodii, οἱ Ῥόδιοι. Argivorum colonia. XXII. 7, 11. Eorum ditio in opposita continente; *vide* Peræa. Rhodiorum colonia, Agrigentum. IX. 27, 8.

Rhodii persequuntur Demetrium Pharium, Cyclades insulas populantem. IV. 19, 8. maris tenere videntur imperium. IV. 47, 1.

Rhodii & Prusias bellum faciunt Byzantiis, portorii causa quod illi exigebant a navigantibus in Pontum. III. 2, 5. IV. 47 & 49 *seq.* Pacem cum eisdem faciunt. 52. a Ptolemæo petunt libertatem Andromachi, patris Achæi. 51.

Cnossiis auxilia mittunt. IV. 53, 1 *sqq.* Sinopensibus, a Mithridate bello petitis, omne genus subsidiorum mittunt. 56, 3 *sq.*

Rhodiorum & Chiorum legati, cum Philippo agunt de pace cum Ætolis facienda, & finiendo Bello Sociali. V. 24, 11. rursus. V. 100, 9. Rhodiis intercedentibus; Ptolemæus Philopator Antiochum M. legationibus differt. V. 63, 5.

Rhodii terræ motu adflicti, brevi jacturam farciunt, opibus regum, principum & civitatum adjuti. V. 88-90.

Rhodiorum populus, coronatus a populo Syracusiorum; statua Rhodi dedicata. V. 88, 8.

Rhodiorum classem in portu incendit Heraclides ex Philippi mandato. XIII. 3, 1. & *cap.* 4 *seq.* dolosa legatione decepti a Philippo, hostem eum declarant. XV. 22 *extr.* & *seq.* Rhodii classem sociant, cum Attalo in Pugna ad Chium adv. Philippum. XVI. 2 *seqq.* & in Pugna ad Laden. XVI. 41 *seq.* Rhodiorum legati, Athenienses ad bellum inferendum Philippo hortantur; Rhodiorum populo Athenienses coro-

nam & jus æquum civitatis decernunt. XVI. 26, 8 *sqq.* Rhodii, invitati ab Achæis ad pacem cum Philippo faciendam, nihil inconsultis Romanis faciendum censent. XVI. 35. Eorum postulata in colloquio Philippi cum T. Quintio. XVII. 2, 3 *sq.* 6, 1 *sqq.*

Rhodii declarant Antiocho, se classem ejus præternavigare non passuros. XVIII. 24, 11. 8. deliberant cum Romanis de pace Antiocho danda. XXI. 8, 4 *sq.* Romam legatos mittunt, ejusdem pacis caussa. XXI. 14, 12. XXII. 5 *seq.* 7, 10 *sqq.* pro Ætolis intercedunt, & pacem eis impetrant. XXII. 8, 10. 12, 1 & 9. 13, 7. 14, 1 & 5.

Fœdere Romanorum cum Antiocho comprehenduntur. XXII. 26, 16 *sq.* Rhodiis Romani, post bellum Antiochicum, Lyciam Cariamque dant usque ad Mæandrum. XXII. 7, 7. 27, 8. III. 3, 7. At Lycii, socios tantum, non subditos Rhodiorum declaratos se esse a Romanis contendebant; unde gravis inter Lycios Rhodiosque contentio & bellum. XXIII. 3. nonnulla etiam Rhodiorum castella ab Eumenis subditis infestabantur, non invito Eumene, & Lyciis etiam favente. XXV. 5, 13. *coll.* XXVII. 6, 5 *sq.* *quo ex posteriori loco prior alter interpretandus.* Lycios bello vincunt Rhodii; XXVI. 7, 2. sed Romani, offensi Rhodiis, quod Perseo sponsam Laodicen magna pompa adduxissent, per legatos eis significant, Lycios eis non pro munere, sed ut socios & amicos, fuisse adtributos. XXVI. 7 *seq.*

Romanis Rhodii omnia officia spondent ad bellum Persicum. XXVII. 3, 2 *sqq.* & legatis Persei suam erga Romanos voluntatem declarant. XXVII. 4. Rhodiis Lucretius per aliptam literas & mandata mittit. XXVII. 6, 1. illi, licet Dino & Polyaratus ad Persei partes eos traducere conarentur, tamen fidem Romanis servant, & postulatas naves mittunt. *cap.* 6 *seq.*

Rhodii alii Romanis, alii Perseo favent; impetrant tamen a Romanis facultatem frumentum e Sicilia exportandi. XXVIII. 2. simul legatos Romam mittunt, simul alios ad Q. Marcium Cos. & ad præfectum classis. XXVIII. 14 *seq.*

Alexandriam legatos mittunt, ad dirimendum bellum Antiochi Epiphanis cum Ptolemæis fratribus. XXVIII. 15, 15. 19, 1 *sqq.*

legatos mittunt Romam & ad Perseum de diriimendo bello. XXIX. 4. Persei & Genthii legatis benigne respondent, pollicentes, se bello finem imposituros. *cap.* 5, 1 *sqq.* cum Cretensibus omnibus, missis legatis, amicitiam renovant. *cap.* 4, 6 *sq.* legati, victo Perseo Romam advenientes, cum ludibrio accipiuntur. XXIX. 7.

Novis legationibus & donis iram Romanorum deprecantur, & societatem fœdusque cum eis

eis jungere frustra studeant; XXX. 4 *seq.* postquam consulto per 140 annos, amici licet Romanorum, Fœdus de Societate cum eis facere noluerant. XXX. 5, 6 *sq.*

Caunii & Mylassenses defciscunt a Rhodiis; & mox quidem ab eis rursus subiguntur, sed per idem tempus advenit decretum senatus Romani, quo Cares & Lycii omnes liberi prorsus renunciantur: cui decreto parentes Rhodii, regionibus istis penitus excesserunt, & ditissimos reditus amiserunt. XXX. 5, 12 & 16. XXXI. 7, 4 *sqq.*

Nova legatione, frustra societatem Romanorum petunt. XXX. 1. Tandem illam obtinent, patrocinante Ti. Graccho. XXXI. 7, 18. Calyndam ut tenere sibi liceat, petunt obtinentque & Colossum Romanis in æde Minervæ decernunt. XXXI. 16 *seq.*

bellum habent cum Cretensibus. XXXIII. 14, 3 *sq.* ad quod bellum auxilia petierunt ab Achæis. *cap.* 15.

apud Rhodios navarchus, *i. e.* classis præfectus, potestatem habuit societatis sanciendæ, etiam absque diferto decreto in eam rem facto. XXX. 5, 5. quare navarchis pro legatis nonnumquam usi sunt, *ut loc. cit.* & XVII. 1, 4.

Rhodiorum classis præfectos, Pausistratum, Pamphilidam, Eudemum, *alios; vide suo loco. De Prytanibus, vide* Prytanes. *Adde Fragm. hist.* 53.

Rhositeles, Sicyonius, Achæorum legatus ad Ptolemæum Epiphanem. XXIII. 1, 6. *Sositeles voluerat Reiskius.*

Rhynchus, Ῥύγχος, locus circa Stratum Ætoliæ. VI. 59, 6.

Rhyndacus, Mysiæ fluvius; *Polybio* Megistus, Μέγιστος. V. 77, 9. *n.*

Rhytum, ῥυτὸν, poculi genus. XIV. 11, 2.

Rigosages Galli, Γαλάται Ῥιγόσαγες. *Sic mssti omnes, & superiores editiones in Græcis; pro quo Casaub. in lat. versione* Tectosages *posuit, quod a nobis in græcum etiam contextum receptum est;* V. 53, 3. *vereor tamen, ne temere. Rectius fortasse fuerat* Αἰγόσαγες, *ni ipsum* Ῥιγόσαγες *teneri debuit. Vide Adnot. ad l. c. & ad* V. 77, 2.

Rizo, ὁ Ῥίζων, fluvius & opp. Illyrici, quo se fuga recipit Teuta. II. 11, 16. *n.*

Roma urbs a Gallis capta. I. 6, 2. II. 18, 2. Romæ trepidant omnes ad nuncium de Hannibalis adventu in Galliam Cisalpinam; III. 61, 7. *rursus*, post cladem ad Trasimenum lacum; III. 85. *rursus*, ante pugnam Cannensem; III. 112, 7 *sq.* & post pugnam. III. 118. *rursus*, ad Hannibalis adventum a Capua, cum is quinque M. P. a Roma castra poneret. IX. 5 *seq.* rursus, *nescio qua occasione. Fragm. gramm.* 97.

Romæ, *i. e.* Romano populo, coloſſus erectus Rhodi in æde Minervæ. XXXI. 16, 4. *Adde mox* Romana Reſp. *&* Romani.

Romana respublica. *De Reipub. Romanæ Forma* ex profeſſo commentatus eſt Polybius *libro VI.* ad quam partem ſui operis ille provocat I. 64, 2. X. 16, 7. XXI. 10, 11. eamdem promittit III. 2, 6. 118, 11. *conf.* V. 111, 10. *Vide autem potiſſimum Reliquias ex lib. VI. cap.* 11-18.

Ipſa forma & conſtitutio reipublicæ maximum Romanis momentum attulit ad dominatum Italiæ Siciliæque, poſt clades bello Hannibalico acceptas, recuperandum, Hiſpaniamque & Galliam ſuæ ditioni ſubjiciendam, denique, victis Pœnis, ad cogitandum de totius terrarum orbis imperio. III. 2, 6. Romana resp. ex clade Cannenſi brevi ſe recepit. III. 118, 9. e variis mixta formis. VI. 3, 3. *&* *cap.* 11 *ſeqq.* & omnium commodiſſima, ipſa ex ſe malis ſuis parans remedia. VI. 18. Quænam converſiones illam maneant. VI. 9, 12 *ſqq.* futura reip. Rom. ruina. VI. 57.

Romanæ reip. cum aliis rebuspublicis collatio. VI. 43-56.

Romani, *&* Romanorum Imperium. Eorum imperium cum imperio Perſarum & Græcorum collatum. I. 2. eorum prima cum exercitu trajectio ex Italia. I. 5, 1. *&* *cap.* 11 *ſq.* prima claſſis bellica. I. 20. eorum magnitudo animi & mira audacia in rebus gerendis. I. 20, 11. 55, 3 *ſqq.* 59. VIII. 3. contra mare & cœlum ipſum pugnare audent. I. 37. Pervicaces inprimis & terribiles ſunt in rebus adverſis. XXVII. 8, 8 *ſq.* III. 75, 8.

Romanis Sicilia cedunt Pœni. I. 63. *vide* Sicilia, *&* *ibi* Siculum Bellum.

Romanorum potentia non caſu & fortuna, ſed conſilio & virtute parta. I. 3, 7 *ſqq.* 64, 9. XVIII. 11, 4 *ſq.*

Romani Pœnis bello Africo fidem ſervant; commeatus eis advehere permittunt ſuis mercatoribus; a mercenariis in Sardiniam invitati, cum a Pœnis illi defeciſſent, reſpuunt conditionem. I. 83. ſed ab eisdem mercenariis, cum a Sardis Sardinia eſſent ejecti, denuo invitati, Sardiniam ſibi ſubjicere adgreſſi ſunt, & Pœnos, ut eam ſibi permitterent, coëgerunt. I. 88. III. 10.

primum cum exercitu in Illyricum & in illas Europæ partes trajiciunt. I. 13, 4. II. 2-12. prima legatio ad Ætolos & Achæos, tum ad Corinthios & ad Athenienſes. II. 12, 4 *ſqq.* Iſthmiorum ludorum participes fiunt Romani. II. 12, 8.

Romanorum imperio quo pacto ſubjectæ fuerint partes omnes cognitæ orbis terrarum, docet Polybii hiſtoria. III. 1. eorum dominatio fugienda ne & vituperanda ſit, an probanda & laude digna, docet eadem

dem hiſtoria. III. 4, 7. eorumdem imperium Græcis, cognoſcendi orbis terrarum ſtudioſis, multos terræ tractus patefecit, aditu prius difficillimos. III. 59.

Romani religioni & ſuperſtitioni indulgent, præſertim periculoſis temporibus; ſic ante pugnam Cannenſem. III. 118, 5. ea religio & ſuperſtitio inventa eſt ad coërcendam multitudinem. VI. 56, 6 *ſqq.* *De religione Rom. confer* Iusjurandum.

de retinenda Italia deſperant poſt pugnam Cannenſem. III. 118, 5. Sive Romani bello viciſſent, ſive Pœni, in Græciam arma translaturi erant victores. V. 104, 3 & 10. XI. 7. 1 *ſqq.* Romani, veriti Philippi audaciam, in Græciam legatos miſerunt. V. 105, 7.

Romanorum Militia, & bellandi genus. VI. 19-42. *Adde, de* Vallo Romanorum & Græcor. XVIII. 1. *Confer etiam* Legio, *& alia huc facientia.* Cavent Romani, ne Bellum umquam ultro intuliſſe videantur, & nonniſi vim inlatam repellentes. *Fragm. gramm.* 97. Indicunt bella, inſidiis raro utuntur; & cominus rem gerentes, pugnam edunt ſtatariam. XIII. 3, 7. cominus non tam cæſim feriendo, quàm punctim rectis utuntur gladiis, crebro repetitis ictibus. II. 33, 6. in pugna ſpatium a tergo relinquunt, quo ſe recipere manipuli poſſint. *ibid. vs.* 7. per vim capta urbe, mire ſtatim ſævire in oppidanos ſolent. X. 15, 4 *ſq.*

Romanorum Reſp, *vide ſupra, in* Romana Respublica. Civi Romano, capitis reo, impune in ſpontaneum exſilium abire licet. VI. 14, 7 *ſq.*

Romani facile aliorum mores adſciſcunt, & optima quæque inſtituta imitantur. VI. 25, 11.

Fœdus faciunt cum Ætolis & Attalo adv. Philippum, eisque Sulpicium cum claſſe auxilio mittunt. IX. 30, 7 *ſqq.* 42, 1 *ſq.* X. 41, 1. ejus Fœderis conditiones. XI. 6, 2 *ſqq.*

Romanorum legati Athenis conveniunt cum Attalo. XVI. 26. cum Nicanore expoſtulant, Philippi duce, Atticam vaſtante. 27, 1 *ſqq.* Romani legati juventutem ridet Philippus. XVI. 34.

Romanorum abſtinentia & innocentia ante bella transmarina; ejus documenta eximia dederunt L. Æmilius, & Scipio Æmilianus. XVIII. 18. ad luxuriam diſciſcunt poſt bellum Perſicum. XXXII. 11.

Romanorum inſtitutum eſt, non funditus evertere victum hoſtem, imperata facere paratum. XVIII. 20. eorum mos, liberaliter agendi cum regibus, qui eorum partes ſequuntur. XXI. 9, 5 *ſqq.* Romani omnia, etiam parum ad ipſos pertinentia, ab omnibus populis ex ipſorum ſententia adminiſtrari volunt. XXV. 1, 4. ita ſolertes ſunt, ut, dum videntur beneficium aliis dare, eodem

tempore per illorum imprudentiam suum augeant imperium. XXXI. 18, 7.

prudentes, non negligunt adsensum eorum qui sunt extra concilium. *Fragm. hist.* 56.

ingens numerus civium Romanorum, bello Hannibalico captorum, & in Græcia servientium, liberantur a Græcis, hortante T. Flaminino. *Spicileg. ex lib.* XIX. *T. V. p.* 40 *sq.*

Rostra. Mortuorum laudatio pro rostris. VI. 53, 1 *&* 9.

Rubrum Mare; *vide* Erythræum.

Rusćino, Galliæ fluvius, ὁ Ῥόσκινος, *rectius* Ῥουσκίνων *vel* Ῥοσκίνων. XXXIV. 10, 1.

Rutubis, portus Africæ, ad Atlanticum mare. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 7.

S.

Sabinorum auxilia, Romanis adv. Gallos parata. II. 24, 5.

Sacer ager Milesiis restituitur a Romanis post bellum Antiochicum. XXII. 27, 5.

sacer olim fuerat & nulli bello obnoxius ager omnis Eleorum. IV. 73, 10.

Sacerdotibus Ægyptiorum summi honores & imperia olim deferebantur. XXXIV. 2, 7.

de Sacerdotum Romanorum collegiis ex professo scripsit Polybius libro sexto; *sed ea pars non superest.* XXI. 10, 11. *n.*

Sacramenti militaris formula apud Romanos. VI. 21, 1 *sq.* sacramentum castrense. VI. 33, 1 *sq.* X. 16, 6 *sq.*

Sagalassensium agrum, τὴν τῶν Σαγαλασσέων γῆν, *in Pisidia*, populatur Cn. Manlius, ipsosque dein in deditionem recipit. XXII. 19.

Saguntum, ἡ Ζάκανθα, III. 17, 1, 61, 8. VI. 37, 4. *&* *sic sæpe alias*; *gen.* Ζακάνθης, Ζακάνθῃ, Ζάκανθαν. (*Semel* Ζάκανθον *vulgo editum erat ex Bav. consentientibus aliis nonnullis codicibus.* IV. 66, 8. *n.*) ἡ τῶν Ζακανθαίων πόλις. III. 14, 9 *sq.* 16, 5. Situs & ager urbis. 17, 2 *sq.*

Saguntini in fide & clientela sunt populi Rom. III. 15, 5 *&* 7. Circa finem belli Pun. I. nondum fuerant socii Romanorum; III. 21, 5. sed tamen pluribus annis ante Hannibalis tempora. 30, 1 *sq.* Crebris nunciis certiores faciunt Romanos de progressibus Hannibalis in Hispania. III. 15, 1.

Saguntum oppugnat expugnatque Hannibal; III. 17, 4 *sqq.* IV. 66, 8. contra fœderum fidem. XV. 17, 3. Ea injuria, caussa est belli Punici secundi. III. 8, 1. Sagunti custodiuntur obsides, quos Pœni ab Hispanis exegerant. III. 98, 1. urbem obsident fratres Scipiones. 97, 6. 98, 7. obsides Hispanos Abilyx, decepto Bostare, tradit Romanis. *cap.* 98 *seq.*

Saguti, sinus in Africæ ora, ad mare Atlanticum. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 7.

Sais, ὁ Σάϊς, urbs Ægypti. XXIII. 16, 4.

Sala,

Sala, fluvius Africæ. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 7.

Salapia; ibi ſua fraude capitur Hannibal. *Spicil. lib.* X. *num.* 2.

Salaſſi, Σαλασσοί; per eorum fines patet tranſitus Alpium. XXXIV. 10, 18.

Salentini. *Spicileg. ex lib.* XXXIV. *num.* 4.

Saliorum collegio adſcriptus erat P. Scipio Afric. maj. XXI. 10, 10 *ſqq.*

Salmantica, ἡ Ἑλμαντική, urbs Vaccæorum in Hiſp. capitur ab Hannibale. III. 14, 1 & 3.

Samaria, ἡ Σαμαρεία; ad præſidendum Samariæ, Hippolochum & Keræam mittit Antiochus Magnus. V. 71, 11. eamdem, *præreptam ab Ægyptiis*, victo Scopa recipit Antiochus. XVI. 39, 3.

Sambucæ Marcelli ad Syracuſas. VIII. 6-8. σαμβύκαι *ſive* σάμβυκες. VIII. 6, 2. *n.*

Sambuciſtrias (σάμβυκας) curat juvenis Ægypti rex, Ptolemæus Philopator. V. 37, 10. *n.*

Samicum, Σαμικὸν, oppidum Triphyliæ. IV. 77, 9. eo potitur Philippus. IV. 80, 9 *ſqq.*

Samnites, οἱ Σαυνῖται. I. 6, 6. *n. Conf. quæ notavimus ad Appiani Præfat. cap.* 14.

a Romanis debellati. I. 6, 6. cum Gallis arma ſociant, & cædunt Romanos in agro Camerte; rurſus vero ab illis in agro Sentinate cæduntur. II. 18, 5 *ſq.* ſocii Romanorum, bello Gallico Ciſalpino. II. 24, 10.

Samnis, ὁ Σαυνίτης, cognomen Magonis. IX. 25, 4.

Σαυνίτων, *quod* X. 1, 3. *vulgo legebatur, in* Δαυνίων *mutavimus.*

Samnium, ἡ Σαυνῖτις. Samnium intrat Hannibal. III. 90, 7. via e Samnio Capuam. III. 91, 9. Capua per Samnium Romam contendit Hannibal. IX. 5, 8.

Samoſata, τὰ Σαμόσατα, urbs Commagenæ, ad Zeugma. XXXIV. 13, 3 *ſq.*

Samus, (*aliis* Samius,) Chryſogoni filius, poëta epigrammaticus, σύντροφος Philippi regis. V. 9, 4. *n.* ejus verſiculus *adfertur ibid. vs.* 5. Occiditur a Philippo. XXIV. 8, 9.

Samus inſula, in ditione eſt regum Ægypti, ſub Ptolemæo Eupatore. V. 35, 11. eam invadit Philippus, rex Maced. III. 2, 8. *n.*

Sami cum claſſe Romana ſtat L. Æmilius *Regillus*. XXI. 6, 1. *n.*

Sanguine ſemel guſtato, efferantur animi. XXX. 14, 5. VII. 13, 7

Σάπειρες, Σάπειροι. *Vide* Σάσπειρες.

Saporda, ἡ εἰσβολὴ ἡ ἐπὶ Σάπορδα, una ex viis, quibus per fauces Climacis montis ex Milyade in Piſidiam tranſitur. V. 72, 4. *n.*

Sarapidis fanum, τὸ Σαραπιεῖον, in Thracia, ad Bosporum Thracicum. IV. 39, 6.

Sardanapalus, idem Concolerus nominatus. *Fragm. hiſt.* 9.

Sarda-

Sardanapali vitam agebat Prusias, Bithyniæ rex; XXXVII. 2, 6. non Philippus, Amyntæ filius; quem eo nomine temere reprehendit Theopompus. VIII. 12, 3.

Sardes, *αἱ Σάρδεις*, Lydiæ urbs; ubi sedem rerum suarum habuit Achæus. V. 77, 1. *coll. cap.* 57, 4 *&* 8.

Vrbs munitissima, jam in alterum annum obsessa ab Antiocho; VII. 15. capitur tandem, felici audacia Lagoræ. VII. 15-18. Arx Sardium, in quam se receperat Achæus, VII. 17, 4. capto per dolum Achæo, VIII. 17 *seqq.* traditur Antiocho. VIII. 23. qui eam retinet. XXI. 9, 1. 10, 1.

Sardibus, urbe & arce, potiuntur Scipiones. XXI. 13, 1.

Sardibus cum Chiomara colloquitur Polybius. XXII. 21, 12.

Sardes accusatores Eumenis invitat Sulpicius. XXXI. 10.

Sardinia insula, *ἡ Σαρδώ*, hominum frequentia & fructuum proventu præstans. I. 76, 6. 82, 7.

tota est in potestate Pœnorum. I. 10, 5. eam Pœnis eripere cogitant Romani. I. 24, 7. Hannibal cum classe in Sardiniam missus, obsidetur a Romanis, & multas naves amittit. 24, 5 *sq.*

Sardiniam præsidio tenentes mercenarii deficiunt a Pœnis. I. 79. & Romanos advocant, sed ab his (qui fidem Pœnis, pace post bellum Siculum facta, servare volebant) non audiuntur. 83, 11. iidem mercenarii ex insula ipsi ejiciuntur a Sardis, adeoque Pœnis prorsus eripitur Sardinia. 79, 5 *sq.* 82, 7. Tum ab eisdem mercenariis, insula ejectis, rursus invitati Romani ad opem ipsis ferendam, navigare in Sardiniam instituerunt. 88, 8. Inde, cum Pœni, finito bello Africo, bellum & in Sardos, ad recipiendam Sardiniam, & adv. mercenarios in Italiam profugos, pararent; Romani, id bellum adversus se parari caussantes, Pœnis bellum indixerunt; eaque ratione coëgerunt Pœnos, ut Sardiniam Romanis permitterent. I. 88. III. 10, 3. 27, 8. 28, 2.

in Sardiniam C. Atilius Cos. abit cum exercitu. II. 23, 6. inde redit. 27.

Incolæ Sardiniæ, Sardi, *οἱ Σαρδόνιοι vel Σαρδώνιοι.* I. 79, 5. *n.* 88, 10. *οἱ Σαρδῶοι.* I. 88, 9. *n. Conf. mox* Sardoum Mare. *Σάρδους pro vulgato Ἀργίους* XXVI. 7, 1. *legendum censuit Casaubonus, ex Livii lib. XLI. cap.* 8 *seq. eosdem* Sardos *intelligens, quos Σαρδῴους & Σαρδονίους, non Σάρδους, alias Polybius cum aliis quibusque græcis scriptoribus solet appellare.*

Sardonius risus. XVII. 7, 6. *& Adn. ad* I. 10, 5.

Sardoum mare, *τὸ Σαρδόνιον, Σαρδώνιον, Σαρδῷον πέλαγος.* I. 10, 5. *n.* 42, 6. II. 14, 6 *&*

6 & 8. III. 41, 7. 47, 2. XXXIV. 6, 6. *n.*

Sardoum ab Africo vel Libyco mari dividit Lilybæum promontorium. I. 42, 6. in Sardoum mare influit Narbo fluvius. III. 37, 8. Hannibal, a Pyrenæo ad Rhodanum proficiscens, ad dextram habuit Sardoum mare. III. 41, 7. *Conf. Add. ad* XXXIV. 6, 6.

Sariſſarum menſura & ratio, quibus utitur phalanx. XVIII. 12 *ſeq.* Sariſſas in altum erigunt Macedones, cum ſe dedere aut tranſire ad hoſtes volunt. XVIII. 9, 9 *ſq.*

Sarmata, Σαρμάτης, Gatalus. XXVI. 6, 13.

Sarſinates (οἱ Σαρσινάτοι) & Vmbri, Apenninum incolentes, Gallis opponuntur, bello Gallico Ciſalpino. II. 24, 7.

Saſo, Σάσων, inſula in introitu Ionii maris. V. 110, 2.

Σάσπειρες, Σάπειρες *aut* Σαπειροί. *Sic legendum ſuſpicatus eſt Gronov. pro vulgato* Σατράπειοι *aut* Σατραπεῖαι. V. 44, 8. *n.* 55, 2.

Sation, Σατίων, oppidum Illyriæ ad Lychnidium lacum, captum a Philippo. V. 108, 8.

Satrapii *vel* Satrapiæ, Σατράπειοι *vel* Σατραπεῖαι, *mendoſa (ut nobis viſum erat) ſcriptura,* V. 44, 8. *n.* 55, 2. *pro* Ἀτροπάτιοι,

Saturni tumulus, Κρόνου βουνὸς, ad novam Carth. X. 10, 11.

Satyrus, Achæorum legatus Romam. XXXI. 6, 1.

Satyrus, legatus Ilienſium, pro Lyciis intercedens apud Romanos. XXIII. 3, 3.

Scala; *vide* Climax.

Scalarum commetiendarum ratio. IX. 19, 5 *ſqq.* Scalas juſto breviores Meliteæ adplicat Philippus. V. 97 *extr.* & *ſeq.* IX. 18, 5 *ſqq.*

Scardus Mons, τὸ Σκάρδον ὄρος, Illyriæ; *vulgo* Σκόρδον *edd. invitis mſſtis.* XXVIII. 8, 3. *n.*

Scelatiti, populus Africæ. *Spicil. leg. lib.* XXXIV. *num.* 7.

Scerdilaidas, Scerdilædas, *Livio* Scerdilædus, Illyrius, ὁ Σκερδιλαΐδας. *De nominis ſcriptura, & de ipſius viri rebus geſtis, copioſe dictum in Not. ad II.* 5, 6.

dux copiarum Teutæ, per Antigoneæ fauces Epirum intrat, Epirotas ad Phœnicen acie vincit; inde induciis pactis domum redit. II. 5 *ſeq.* quindecim lembos auxilio mittit. V. 3, 3. 4, 3. *Reliqua* ad Scerdilædam pertinentia, *collecta vide in Not. ad* II. 5, 6. *Polybii loca ſunt* IV. 16 & 29. V. 3 *ſeq.* 95. 101. 108. 110. X. 41, 4.

Filius fuit Pleurati; Agronis frater; nepotis ex fratre, Pinnæ vel Pinei, ſucceſſor in regno; pater Pleurathi; avus Genthii.

Scientia; *vide* Cognitio.

Scipio; *vide* Cornelius.

Sciron, Σκείρων, *aliis* Σκύρων, Scyron; ephorus Meſſeniorum, expoſtulat cum Dorimacho Ætolo, prædonibus favente. IV. 4. *Confer* Chironis villa.

Sciro-

Scironides petræ, Scironia Saxa, *αἱ Σκιρωνίδες & Σκιράδες*, ab oriente Corinthi. XVI. 16, 4 *sq. n.*

Scopas, Ætolus, Aristonis prætoris Ætolorum cognatus, cui ille curam belli & administrationem aliarum rerum permisit. IV. 5, 1. Scopam Dorimachus ad bellum Messeniis privatim inferendum incitat. IV. 5, 2 *sqq.* Scopas cum amicis privato consilio Messeniis, Epirotis, Achæis, Acarnanibus, Macedonibus, bellum infert. 5, 10. cum multitudine Ætolorum in Peloponnesum transit, & ex Phigalea fines incursat Messeniorum. 6. reditum in Ætoliam simulans, Aratum cum Achæis ad Caphyas adoritur, & prælio vincit fugatque. IV. 10-12.

Prætor creatur Ætolorum. IV. 27. Dum Philippus Ætoliam invadit, Scopas cum Ætolis impressionem facit in Macedoniam, & Dium devastat. IV. 62. V. 11, 1.

a Dorimacho prætore dux auxiliorum mittitur Eleis cum Agelao. V. 3, 1.

ad novas leges scribendas & novas tabulas conficiendas, cum Dorimacho nominatur ab Ætolis. XIII. 1. *coll. Fragm. hist.* 68. frustratus magistratu, cujus caussa novas leges scribere erat ausus, Alexandriam abit, ubi cupiditate fuit inexplebili. XIII. 2.

